PRAXIS
EPISCOPALIS
Prima Pars.

IN QVA, VLTRA EA QVÆ A SACRIS Canonibus, Sacroq. Concil. Trident. decisa sunt,

ETIAM QVAE PER VARIAS BVLLAS DIVERSORVM Summorum Pontificum, ac Responsiones Illustriss. Cardinalium Sacræ Congregationis vsque ad hodiernum diem circa id declarata, limitata, aut ampliata fuerunt, quàm breuissimè continentur.

AD SANCTISS. CLEMENTEM VIII. Ponitificem Optimum Maximum.

AVCTORE REVERENDISSIMO D. THOMA ZEROLA Beneuentano Episcopo Minorensi S. T. D. & V. I. Professore.

ACCESSERVNT NVPER ADDITIONES LOCVPLETISSIMÆ, & practicabiles eiusdem, in calce operis insertæ, & nunc demum aliæ ab eodem satis exuberantes, suis quibusq; locis literarum seriẹ interlocatæ.

Cum Priuilegio Senatus Veneti, & aliorum Principum.







Venetijs, Apud Georgium Variscum. M. D. CII.

Cum Superiorum Licentia.





SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
CLEMENTI OCTAVO
Pontif. Optim. Maxim.

REVERENDISS. D. THOMA ZEROLA Beneuentanus, S. T. D. Artium, & V. J. professor, Episcopus Minorensis, perpetuam felicitatem.





IRA Gubernandi vigilantia nauim Ecclesiæ, Ouium totius Christianæ Reipublicæ vectricem, pio Saluatoris nostri cruore redemptam, hoc, in tot hæreseos procellis, diuersis bellorum ventis, latronum nymbis, & turbine pelago iactatam turbulento, temporibus hisce calamitosis, rebusq́. propemodum exulceratis omnibus, Sanctissime Pater tutandam, regendamque suscepisti. Deus qui est benedictus in sęcula, ipsi adeo laboriosissimæ curæ maiestatis tuæ sit adiumento. Verum huius oneri, humeris formidando Angelicis, omnium sollicitudo Ecclesiarum accessit: qua sanctitas tua proculdubio infirmatur assiduè: Quam vastissimi laboris, ac indefessi studii machinam Romana pro tota Republica, siue dum Doctor

teras integerrimus,siue Cardinalis, & Legatus á latere solertissimus expertus es: dicta, ac facta abs te sapienter tot in priuatis, publicisque bene gestis negotiis clarissimè testantur, quibus diuini, humanique iuris, præstantissimarumque omniũ Artium exactissimam tibi cognitionem comparasti: omittam fortassis Poloniæ Legationem, ad cuius Regni sceptrum cum multi variis ex nationibus conuolassent Principes, vastissimis fauoribus, vel armis freti, tu singulari animi magnitudine omnia composuisti: verum hoc non immeritó, cum ab ineunte ætate concrescentem prudentiam, iustitiam, inuicti fortitudinem animi, constantiam, modestiã, omneque virtutum decus summa omnium admiratione vendicaueris, & ita quidem, vt dignus fueris, qui diuturna collatione intra Sacrosanctum Illustrissimorum Cardinalium cõclaue habita Spiritu sancto cęlitus afflante, vnanimi omnium consensu in Maximum Pontificem totius orbis & Vrbis inenarrabili expectatione deligereris, & non ætate adeó senili, vel decrepita: prout in cęteris Pontificibus assumendis fieri consueuerat, sed virili, iuxta illud Sapiẽtię Senectus venerabilis est, non diuturna, neq; annorũ numero computata, cani autem sunt sensus hominis, et ætas senectutis, vita immaculata: & illud de beata Agnete, Infantia quidẽ computabatur in annis, sed erat senectus mentis immensa: vt nomine, & re Clementis nomen diuinitus assumpseris, vt vere alter Clemens existimeris, vir ante Pontificatum doctrina, & moribus insignis, qui ex beati Petri precepto Ecclesiæ Ponticatum gubernandum suscepit, sicut ei á Domino Iesu Christo cathedra tradita, & cõmissa fuerat, vt ipse in Epistola, (quæ ad Iacobum fratrem Domini scripta est,) explicat, vt non dicam quodam successionis iure Ponficatui iuuenili ætate successor electus, nec non Diui Pauli in Euangelico labore adiutor & socius vigilantissimus, quique Catholicis constitutionibus, ac

Episto-

Epistolis Decretalibus Christianam religionem illustrauit, restituit, reformauit. Quid mirum, si dum Doctorum Doctor, Episcoporum episcopus, Pastorumque Pastor omnium, moxque suprema Maiestas in cunctorum culmine Principum existis, vniuersali morum reformatione omnium, ac Episcoporũ potissimum studio, ac pietate totam Christiani nominis molem cupis, & sacrorum censura Canonum, & vtriusque regimine legis administrari, quod ipse Tuæ Sanctitatis seruulus, & vasallus, dum multis in Cathedralibus Vicarium egisse, & nunc potissimũ animaduerterim, hanc EPISCOPALEM PRAXIM ex Summorum Pontificum tuę Sãctitatis prædecessorum Constitutionibus, sacris Oecumenicis, Prouincialibus, & Diœcesanis Conciliis Sanctorum Patrum, ac vtriusque iuris interpretum, necnon ex Sacrorum Theologorum placitis, sententiisque coaceruatam, sub vmbra manus, ac tegumento Sanctitatis tuæ, typis tradere optimo consilio in animum induxi meum.

Accipe igitur Sanctiss.me Pater humilibus precibus munusculum hoc, quale quale sit, tuarũ intra profundissimũ scientiarũ oceanum, non Auctoris, operisuè paruitatem, ac imbecillitatem, sed tuam Sacrosanctæ Sedis, cui præsides, sublimitatem, post Dei maximam, cui nihil nisi altũ offerri decuit, benigno animo, serenisq; oculis suscipiens, vt Sanctitatis, ac admirabilis vento sapientię tuæ, vt non dicam fauore protectioneq; Ecclesię puppi, sponsæ tuæ, per huius sæculi mare, tuto nauigio valeat remeare: & tua Maiestas compositis hęreticorum procellis sedatis bellorum ventis exterminatis latronum populationibus, Ecclesiæque reformato Senatu in empyreo Regno triplici immortalitatis corona triumphum summo ab omnium remuneratore, cęlicolis omnibus exultantibus, senio iam confecta tantorum pro meta laborum iure optimo consequatur.

STVDIO-

STVDIOSO LECTORI.



N hac tertia editione habes studiosè lector, quam plurimas Additiones pro quotidiana practica, non parum opitulantes, quas literarum ordine more glossarum, suis quibusque locis interpositas facilè reperies.

Et hinc paucos ad menses, tibi tertiam partem huiuscemodi negotij, Deo adiuuante, in qua recentiora multa diuersis ex Vrbis Pratorijs excerpta, pro occurrenti Praxi pollicemur. Interea vale, Minori die 21. *Januarij* 1601.



AVCTORIS PROTESTATIO:
AD ILLVSTRISSIMOS,
& Reuerendissimos Prælatos.





Irabitur fortasse quispiam, cur me elucubrationes hucusque meæ compulerint, vt praxim hanc Episcopalem comentarer, dum eadem ijsdem insit locis, quibus excerpta est, sane ratio in promptu est lapides, & cœmenta reliqua varijs, diuersisque terrę partibus reperiri, verum vt fabricam construant, ea coaceruaſſe opus sit, vidi audiuique plerisq; in locis, & cathedralibus a doctis pijsque præsulibus, quantum in animarum guberno iustitiæ administratione, beneficiorum collationibus Ecclesiasticæque tuitione iurisdictionis deficiatur, & à recto tramite recedatur, & quo moralissimus ille Diuus Gregor. artem artium regimen animarum esse indubitanter asseruit, & Clemens primus septem vrbis regiones, septem diuisit notarijs, singulas singulis attribuens, qui vitas martyrum, & res ab eis gestas diligentissime conquisitas literis demandarent; Alphabetica hanc serire volui collocare, vt minori, ac faciliori procederetur indagine, & interdum multa dicere, & nunc pauca referre, at vbi discussione egeretur aliquantula volui per extẽsum protraxisse velum, et indixisse, vbi sufficere poterat, solas Doctorum remissiue conclusiones, & placita breuiter: veruntamen obijcitur, illud alibi inueniri, huiuscemodi relicto labore, fat. or, sed facilius, comodiusque; in vnum recollecta, prosunt, deseruiunt, facilitant Doctorem moxque reddunt attentum, docilemque inuentorem, eo vel maxime, cũ necessaria magis vtiliora, ac practicabiliora potissimum recenseantur, vel quę sunt de iure nouissimo ignotisque pœne abstrusa Sum. Bullis Pontificum, nec non Illustriß. Cardinalium sacrarum congregationum in alma Vrbe, ac præcipue S. Conc. Trid. delucidationibus. Illudque potissimũ quod diuersorum est prætoriorum, vnde spiritualem inter ac temporalem iurisdictionem controuersia oriri solet, ad hoc, vt ipsi Prælati recta semita haut turbulentam sibi à Deo, perambulent commissam Prouinciam, laicorum decus tribunalium non lædatur, & quod Cæsaris est Cæsari, & quod Dei, Deo inoffenso calle reddatur, & ad imitationem Dei Opt. Max. qui diuina prouidentia cuncta gubernat, dispersa congregat, & congregata conseruat, vnde enim diuersorum emolumenta SS. Patrum, cathenam in vnam aurcam Doct. ille Angelicus cumulauit, vnde ciuitatis diuinæ libros ex uetustissimis scriptoribus, uel ethnicis composuit doctor ille, lumen Ecclesię? quid dicam de venerabili illo presbytero, qui tabulam confecit in Aristotelem? quid de Cassiodoro in historiam tripartitam? quid de D. Ambrosio in libris officiorum? quid de Areopagita in omnibus, sed pręsertim in diuinis nominibus? quid de Hieron. de scriptoribus Ecclesiasticis? quid de Gregor. in Dialogis? quid de Isidoro in Etymologijs? quid de Arist. in 1. Phis. & lib. 1. de Anima? quid de Platone in

diuersis

diuersis dialogis, ac præcipue in Thimeo, & Thedone? quid de Illust. Neotoricis S.R.E. Card. Borromeo in actis Eccl. Mediolanensis, Varmiensi in hæreticos, Albano in Bartolum & doctissimo Sarnano in Scotum, & Francisco Toleto in Arist. & D. Cæsarem Baronio in vastissimis Annalibus Ecclesiast. & laborosissimis annotationibus in Romanum Martyrologium? quid de S. Concil. Trid. quod maiori ex parte veteres Canones, & antiquorum decreta conciliorum innouauit, ad pristinamque conatur reducere obseruantiam? quid de septima Synodo generali de sacris imaginibus? quid de Felici Papa in Epist. ad Petrum Antiochiæ Episcopum? quid de Reuer. Symancæ in Hæreseos, Mayolo de irregularitate, & in centurias, & Leonardo Episcopo Puteolano in Fascinum? quid de D. Syluest. Aldobrandino nostri Sum. Pont. parente optimo, legum lumine, in Imperatoriam Maiestatem quid de Couarruuia, de Nauarro? quid de D. Vinc. de Frane. Sacri Regij Concilij Neapo. præsidente suis in doctissimis Decisionibus? quid demum de D. Ioan. Iacobo de Laurent. conciui meo in opere (quod nunc molitur) de omnium suspicione iudicum? & quid demum de recentioribus singulis? quo rapior? omnes recensisse uanum, superfluumque proculdubio foret, hoc vnum dicam, satis, superque esse scriptoribus, moderníoribus antiquorum si placita scriptorum suum ad propositum serio afferant, quo oratorum ille maximus Romanorum pertulit, ea nostra dici posse, nostrumque ad vsum accommodauimus: & illud poetæ Comici, nil dictum, quòd non sit dictum prius, & illud sapientis, nihil sub sole nouum: sed enim iuxta Hieronymi multis in locis sententiam, nusquam maleuoli deficiunt, ac vbique præualet inuidia: dicam illud Hipponensis Episcopi: Sentias quicquid velis de Augustino, quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Accipiant igitur Illustres, ac Reuer. Præsules, pupilla oculi Dei, columnæ Ecclesiæ, summi sacerdotes gerentes personam Christi eiusque Vicarij Apostolorumque successores (hisce enim nomenclaturis appellari solent) munus hoc, quodcunque sit, illud profecto eis humiliter obtuli, ad quod multi me Prælati animarunt, quodque humana, fragilesque vires, quo ad licuit hactenus nonnullis inter iacentibus incommodis subministrarunt, valeant in Domino semper.



NI-

INDEX TITV-
L O R V M.

CVIVS PRIMA LITERA ANTERIOREM, secunda; verò posteriorem Paginam denotat.



a Com-

In-

Finis Indicis Titulorum.

IN.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM MAGIS
NOTABILIVM.

Quæ in hoc volumine continentur.

CVIVS PRIMA LITERA ANTERIOREM, secunda verò posteriorem Paginam denotat.

A



Bene-

Bene-

C



canonicus

Clericus

com-

cuicun-

Dispen-

fasci-

G

I

Clausulæ

&

L

mira-

P

pœnę

prescri-

Q

Questio-

Con-

reſtitutio

T

V

Finis Indicis Rerum magis notabilium.

PRAXIS EPISCOPALIS REVERENDISSIMI DOMINI. THOMAE ZEROLAE BENEVENTANI Episcopi Minorensis.



Absolutio.

SUMMARIUM.

1 AN *Episcopus in sua Diœcesi residens possit absoluere subditũ suum, uel quempiam irretitum aliqua censura ecclesiastica a iure, uel ab homine in aliena diœcesi.*

2 *An absolutio habita tempore Iubilei, uel alio, suffragetur in foro exteriori?*

3 *An infirmus, qui amisit loquelam, & non potest per nutus, uel per signa aliqua exteriora confiteri, possit absolui sacramentaliter?*

4 *An Episcopus per cap. licet, Sess. 24. Sac. Conc. Trid. posit absoluere hæreticum occultum.*

5 *An confessarij tempore Iubilei possint absoluere ab hæresi occulta, si in eo detur huiusmodi facultas sub clausulis generalibus.*

6 *An cõfessarij tempore Iubilæi possint absoluere a casibus Episcopalibus absque licentia ipsius episcopi?*

7 *An Episcopus existens extra suam diœcesim posit absoluere subditum suum irretitum aliqua censura ecclesiastica lata a se, uel a iure, uel ab homine, modo non sit alicui reseruata?*

8 *Quibus casibus alicui est deneganda absolutio.*

9 *Qua praxi utendum in absolutione ab excommunicatione.*

1 D primum absolutio ab excommunicatione lata ab homine haberi debet ab eo, qui eam tulit, ita communiter Doct. in cap. pastoralis. §. præterea, de offi. deleg. Nauar. c. 27. num. 40. notab. 5. Syluest. in ver. absolutio primo. nu. 2. uer. 1. Angel. in uer. absolutio, 1. num. 8. Armill. eodem uer. nu. 36. Flor. theol. in 4. Sent. trac. de excomm. con. 2. & 6. Caiet. in sum. in ver. absolutio ab excommunicatione, cap. ult. D. Tho. in addit. 3. par. q. 24. ar. 1. in cor. sum. Asten. lib. 7. tit. 14. q. 5. & est communis omnium Doct. antiquorum. Inno. in c. prudentiam, n. 13. de offi. deleg. Secunda opinio & verior est. Naua. 27. n. 44. Sot. in 4 Sen. dist. 22. q. 2. ar. 3. col. 4. Couar. in c. alma mater, de sent. excom. li. 6. par. 1. §. 12. n. 4. ver. 2. I mo. in c. graue, col. 4. de preben & potest colligi ex c. nuper, de sent. excom. isti dicunt, quod ab ea possit absoluere omnis, & quicunque habens authoritatem episcopalem, idem Naua. in cons. 51. de sent. excom. & tract. de Iubileis. notab. 2. gl. vlt. nu. 35.

Pro notitia prædictorum est notandum quod excommunicatio ab homine, uel est reseruata ipsi excommunicanti, uel non, si primum, non potest absolui, nisi ab eo, qui sibi reseruauit, si secundum subdistingue, uel est specialis. 1. contra certam personam, tunc similiter ipse absoluit qui excommunicauit, c. per tuas, de sent. excomm. si generalis. 1. generaliter lata, ut qui nocte Natiuitatis Domini luderet ad aleas, uel qui furtum fecerit, uel qui alloqueretur moniales absque licentia, tunc dico, quod ab ista excõicatione potest absoluere omnis, & quicunque haberet auctoritatem episcopalem, & sic cõcordantur omnes opiniones, ut cõmuniter Doct. in c. nuper, in 2. respon. de sen. excom.

Restat dubium, quid si fuerit reseruata, uel specialiter lata contra aliquem? dico. Primum quod debet absolui ab eo, qui eam tulit, ut patet ex dictis: Secundum si habet difficultatem accedendi ad ipsum Episcopum, ut quia incurrit excõicationem reseruatã Neapoli, & ipse commoratur Medionali, tunc dicerem cum D. Thom. vbi sup. quod possit absolui a suo Episcopo, præstita iuratoria cautione quod parebit mãdato illius Iudicis qui sententiam tulit, si cõmoditas sibi erit illuc accedendi, max. si facta est restitutio parti læsæ. Tertium similiter si non facta est restitutio, & ille est in periculo mortis, Concil. Trid. sess. 14. cap. 7. de cas. reser. Quartum similiter si esset in regione longinqua, uel si non soluendo, uel si non esset obnoxius restitutioni, ut quia solum transgressus est præceptum superioris, quo incidit in cẽsuram generaliter, uel specialiter, & hæc sunt notanda pro praxi quotidiana. Quintum etiam si fuerit accusatus a cõcilio prouinciali. Abb. cap. graue, nu. 13. de præbe. idem censet Nauar. cons. 1. de paroch. de illo qui est longe a suo domicilio, & uellet contrahere matrimonium, nã domicilium est, vbi quis commoratur sine fraude, & in cons. 49. de Sent. excom. vbi ait posse Episcopum loci, vbi quis deget, absoluere eundem excommunicatum, tam ab homine, quam a Iure, etiam si fuerit homini reseruata propter morbum, vel impedimentum eundi ad quærendam absolutionem, ut quia longe distat a suo ordinario, a quo fuit excommunicatus cum reseruatione, facit c. eos, in princ. de sent. excom. lib. 6.

AD SECVNDVM Si quis per violentam manuum iniectionem in clericum, vel per contumaciam, vel quouis alio modo fuerit excommunicatus nominatim, vel causa sit deducta in iudicium, adueniente Iubilæo, uel bulla aliqua dante facultatem absoluendi a quibuscunque censuris, & pœnis etiam Papalibus, etiam in bulla Cœnæ Domini, ille sic inquisitus, & excommunicatus facit se absoluere vigore illius Iubilæi, vel bullæ, an ualeat illa absolutio in foro exteriori, & si interim administrauerit aliquod sacramentum, uel aliquod huiusmodi, efficiatur irregularis? respondetur omissis difficultatibus, quod non valet ista absolutio in foro fori, & ille efficitur irregularis, Couar. in c. alma mater, p. p. §. secundo, num. 16. vers. 5. de senten. excomm. libro sexto, & in lib. 2. cap. 10.

cap.10.nu.3.uaria.resol.Fran.Peng.in commen.25. colum.2.fol.241.super 2.par.direct. inquisit. ait, adeo esse veram hanc doctrinam, quod contrariam putauerit esse erroneam gloss.in capit.de his criminalibus, in fine, de accus.& ibi Innocent.glo.in cap.fraternitatis, in uers.cum argum. 12.q.2.glo.in cap.admonere, in uer. pœnitentia. 33. q. 2. Gomes.in q.14.colum.2.in reg.cancell.de non Iud.iuxta for.suppli.Mara.6.p.in titu.de inquisit.num.87.Abbas Fel.Maria.in d.cap.de his crim.& in ca. accepimus.num.2.de purg.canon.& in cap.2.num.2.de empt,& ven.& hoc clare patet ex uerbis Sum.Pon. in foro conscientiæ, ac pœnitentiali tantum, & ad effectum consequendi huiusmodi Iubilæum, ita Greg.XIIII.in Iubilæo edito anno 1590.nonis Ianuarii Pontif.sui, anno primo.Nauar.de Iubil.& indulg. notab.11.num.20.

AD TERTIVM Casus potest ita figurari, ægrotat quis, petit confessarium, antequam confessarius venit, egrotus amittit loquelam, iudicium, delirat, peritur, an confessarius poterit eum absoluere absolutione sacramentali a peccatis, prima opinio Nauar.ca.26. num.28.& c.27.num.269.notab. 2.Sot.4.Sent.distin.18.q.2.art.5.Circa primum argumentum Flor.Theol.4.Sent.tract.de confess.fol.mihi 217.in pri.parte, isti dicunt, quod non, Sotus dicit, esse sacrilegium, & Nauar. quod deficit pars essentialis, nempe materia, videlicet peccata. Secunda opinio est Asten.lib.5.tit.16.col.3.Ange.in uer. confessio, 4.nume.8.Melchior.Cani in relect. de pœnit.& nonnullorum recentiorum, isti dicunt, quod sic: ratio est, quia nulli fit præiudicium, quid dicendum? ego censerem cum secunda opinione, quia adest canon, is qui pęnitentiam.26.qõ.6.qui omissis retorsionibus, quibus Sot.eum torquere conatur, uidetur apertissime hoc dicere, cum dicat quod absoluatur ad testimonium illorum, qui eum audierunt, scilicet petentem confessariũ & accipiat pœnitentiam, quæ debet intelligi de sacramentali, quia uerbum simpliciter prolatum debet intelligi in potiori significato.c.penult.de sen.exc.& quia sumus in materia fauorabili animarum: nec ualet ratio Soti.& Nauar.quia habemus materiam, nempe desiderium prolatum, quando petiit confessarium, signa, dolorem pręteritum in actu, nunc autem in uirtute, quę sunt quasi materia huius sacramenti.Conc.Trid.sess. 14.c 3.can. 4. Adest contritio, seu attritio, quia dolet, confessio, quia petiit; hoc confirmatur per auctoritatem D. Tho.in opusc.65.& D. Anton.3.par.sum.tit. 10.cap.2.& est ita quasi communiter in praxi, & hoc etiam tenet Abb.in c.a nobis, il 2.num.3.de sent. excom.per cap.quem pęnitet.de pęn.dist.prima. tutior tamen est prima opinio.consule quæ dicentur in secunda par. uersiculo, Absolutio, §.secundo.

AD QVARTVM Figuratur casus; est aliquis hæreticus occultissimus, qui tactus dolore intrinsecus, vult resipiscere, agereq; pœnitentiã de suo errore pessimo, an possit episcopus eum absoluere, & uidetur quod sic, etiam in foro exteriori, data abiuratione, & reddito ad ecclesię vnitatem, c. vt officium inquisit.& c. ut commisti, de hæret.lib.6.cap. presbyteros.50.distin.Ioan.de Sylua.tract.de benef.4.par.q.7.numero 1. Concil.Trid. Sess. vigesimaquarta, cap. sexto, de reform. Flores Theolog.in 4.Sent.tract.de confes. p. p.folio mihi 232.oppositum habet Nauar.capit.vigesimoseptimo, numero 271. notabil. decimoquinto, vbi ait, nec Pium Quintum, nec Gregor. XIII.Pontif.Maxim.voluisse concedere hanc auctoritatem summo Pœnitentiario: accedet declaratio Sac.congregat.numero 486.vbi nec Episcopus, nec Inquisitores, hoc posse declarat, & sic videtur coarctata auctoritas concessa in d.cap.6. Vide quæ dicuntur in secunda par. ver.absolutio, §.8.per multa dicta.

AD QVINTVM Videtur etiam quod sic, valida ratione, quia vel hæresis est reseruata Summo Pont. in corpore iuris, vel in processu literarum cęnę Domini, vel in aliquot Bullis, sed in Iubilęo datur facultas absoluendi ab omnibus casibus, vt patet in verbis in eo poni solitis, tamen hac ratione non obstante contrarium est verius. Couar. in capitul. alma mater. de sententent. excommunication. libro sexto, parte prima, §. secundo, numero decimoquinto, versiculo secundo, Nauarr. loco citato, Syman. de

cathol.instit.tit.secundo, 3.n.2. quicquid dicat Sot.4.sen.dist.22.q.2.ar.3.& Flor.Theol. loc.cit.& multi recentiores. adest valida ratio ultra prædictos Doc.grauissimos, nam se vereretur confessarium quendam non bene callentem hanc materiam hæreseos, posse absoluere & citius manum imponere, non addito sufficienti pharmaco huic pessimo morbo, si darentur laxæ habenæ, ergo cum sit maximi momenti, optimo consiliducti Sũmi Pont.hoc sibi reseruarunt, nulli concedendo, nec uigore Iubilei, licet aliquãdo hoc concedatur explicitè prout in Iubileo concesso a Sanctissimo Papa Sixto V. de mense Septembris, 1589. ubi solum reseruauit sibi hæreticos declaratos, & condemnatos, ex quo sumitur, quod nisi specialiter concedatur, non intelligitur generaliter concessum, per c.in generali, de reg.iu.lib.6.& c.fi.de off.vic.& cap.2.de pœnit.& remis.eod.lib.& Din.in d.reg. Tamen oppositum sustinemus in practica nostra pœnitentiali, c. 15. q.4. hic deficit §.an regulares possint absoluere a casibus reseruatis episcopis, vigore suorum priuilegiorum, qui tamē habebitur in 2.par.uer.absolutio, §.i.ibi uideto, uide etiam quæ dicentur ibi §.8.

Dicet quis, quid dicendum, ubi in istis priuilegiis & confessionibus fit expressa mentio de casibus Episcopalibus, dicerem pro nunc, primo, quod nunc possent, quia princeps est, qui concesit (salua meliori consideratiõe) prout uide in Indulgentiis concessis Pio IIII. societati nominis Iesu sub anno 1563. die 13. Aprilis, anno quinto sui Pontificatus per bullam, quæ incipit, iniunctum nobis apostolica, in forma Iubilei, & a Gregor. Decimotertio, quæ incipit: Bulla alias fœlicis, die 9. Iulii 1590. In eadem forma Iubilei, & hæc omnia uide impressa Romæ 1589.& Neap.sub anno 1584. facit quod Princeps ex causa potest tollere iura alterius, l.item si uerberatus, ff.de rei uendic.Fel.in capit. quæ in ecclesiarum, colum.9.& decima, de constit.& quæ dicit Capyc.decis.51.nu.13.& 14. Secundo dicerem, non posse quia concilium Mediolanense citatum loquitur de priuilegiis concessis, uel ante, uel post Concilium ex mente Summi Pontif.& ita seruatur magis communiter. Vide quæ habentur in 2.p. uer.absolutio, §.1. ubi habebis posse regulares absoluere a casibus reseruatis, vigore priuilegiorum concessorũ uel confirmatorum post sacrum Concil.Trident.

AD SEXTVM Videtur primo, quod non, c.super eo, & ibi glo. in uer. intentionis, de off.deleg.& cap.ex tuorum, & ibi glo.in uer.permittat, de aucto.& usu.pal.Sylua.tract. de benef.1.p.q.3.num.4.& p.3.q.13.numero secundo, Staph.de litt.grat.fol.357.nume-23.Nauar.capit 27.num.263.uer.5.cap.si Episcopus, de pœni.& remiss.li. 6.adest ratio, quia confessarii nullam auctoritatem habent nisi quam a superioribus accipiunt, quia delegatus nullam propriam habet iurisdictionē, sed fungitur munere Iudicis delegantis l.1.§.quę manda.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdict. Iason in.l.si cum tibi nu.4. de iudi.sed superior non dat, nisi limitatam potentiam, ergo non possunt a casibus Episcopalibus absoluere etiam tempore Iubilei; prima opinio est quorundam modernorum. Iriceta auctoritatibus prędictis, secunda opinio est communis & multorum recentiorũ Verum ego censerem cum secunda opinione, quam etiam sequitur Nauar.in manua.in noua impressione, & quia est fauorabilior. Nec vrgent contraria adducta, nam intelliguntur quando Princeps concedit priuilegium, seu rescriptum alicui personæ particulari, sed Iubilæum est priuilegium, seu indultum uniuersale, dãs Iubilationem toti Christianæ Reipublicæ, hoc patet manifeste, sicut etiam antiquitus in.Leuit.capitu.25.extra uag.uni en:tus, & pęnit.& remiss.capit.si quis aliquando.§.in Leuitico, d.1 pęnit.distin. prima. Nec ualet argumentum a priuilegio, ad hanc gratiam uniuersalē, quia primum est stricte interpretandum, cum sit odiosum, & contra ius, capitu. porro.de priuileg. capit.cum dilectus, de consuetudin. Syluest.in uerbo, priuilegium, §.tertio Nauar.capi vigesimosecundo, nume.79. Abb.in capitu. sugestum.numero 3. de decim. Secundum largissime, quia omnibus prodest, nulli obest, capitulo ita nobis, de uerb.significa. faciunt ea, quæ dicit Rebuf. in pract. benef. titu. de differe. inter priuileg. rescr. & mand.

mand.n.6.& Capy.lo.cit.nec Naua.est contrariæ opinionis, quia ibi loquitur non tempore Iubilei, sed ꝙ confessarii præsentari non possunt absoluere a casibus Episcopalibus, precisè loquendo, imò n. 255. clare tenet idem, nec ualet ratio de limitata auctoritate, nam tunc temporis Confessarij habent illam a Summ. Pontif. extendenti ipsam limitatam potentiam in fauorem animarum, Vide Abb. in c. Deus, qui. nu. 5. de pen. & rem. nam fauor ampliat priuilegium, quod supra uel extra ius in commune conceditur, l. 1. ff. ad munic. & l. vn. lib. 10. C. de thesa. & Din. in c. quod ob gratiam, n. 8. de reg. iu. lib. 6. & hoc clare patet per uerba Iubilei, vt dicitur, ut assumant vnum confessarium approbatum ab ordinario, qui possit absoluere, & c. ergo Papa solum requirit, ut sint approbati ad audiendas confessiones, facit ꝙ Papa est fons totius iurisdictionis, & auctoritatis ecclesi. c. Sot. 4. sent. dist. 22. q. 2. ar. 1. & hoc explicauit Sanctissimus dominus noster Papa Greg. XIIII. in Iubileo, de quo supra, vbi etiam in casib. tam locorum ordinariis, quā sedi apostolicæ reseruatis, & c. quamuis posset dici, prout dictum est superius §. 5. in fine, sed melius dici potest, ꝙ uoluit tunc declarare lucidius, quod obscurius prius dubitabatur, facit quod notat Panormi. in c. olim. nu. 3. de uerb. signi. quem uideas. & Couar. lib. 1. c. 10. nu. 11. uar. resol. & nouissime Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII. Pōt. Max. in Iubileo suo, de mense Februar. 2. 1592. uidendus est etiam Dyn. in cap. quæ a iure, nu. 7. de reg. iu. lib. 6. & tex. clarus in c. inter alias, §. ut igitur, de sent. excom. & quod dicit Staph. per illum tex. in c. de graduatis, fol. 255. in fin. & Inno. in c. percipimus. nu. 4. de priuileg. & Naua. in cap. nullum, 18. quæstio. 2. nu. 12. ubi habetur, Principem velle præiudicare Iuri alterius quando non est de illo, quod exprimit.

AD SEPTIMVM Respondetur, Episcopum posse absoluere subditum suum, qui incurrit excommunicationem, tam si Episcopus est extra diœcesim suam & excommunicatus intra quam e contra, etiam si ambo extra, & excommunicatio est, de quibus dixi superius. §. j. Fel in c. cum inferior, col. 2. de maior. & obed. & ibi Abbas, Gom. in cap. 2. §. statuto. nume. 48. de constitut. lib. 6. Similiter legatus extra legationem, c. penul. de offic. deleg. licet gl. in c. nouit, in ver. terminos, de offic. leg. & glo. in Clem. 1. de foro comp. in uer. iurisdictionem. dicant oppositum. ratio est, quia Episcopus, & Legatus extra territorium possunt quicquid est iurisdictionis voluntariæ, vt idem ibidem, sed hoc intellige, quando esset sine contradictorio iudicio. Capy. decis. 203. num. 16. Sed hæc intelliguntur, quando non requirit causę cognitionem, quia aliàs non propter turbationem iurisdictionis alterius. Gemin. in c. 2. uer. item quia, de constit. lib. 6.

AD OCTAVVM Dico primo absolutionem non esse impendendam ei, qui non vult desistere a peccato, c. peccati uenia. de reg. iur. lib. 6. ratio est, quia non potest absolui, qui adhuc vult permanere ligatus, ut usurarii, concubinarii, rancorem cordis dimittere nolentes, & propinquas peccatorum occasiones minime relinquentes, Naua. c. 3. nu. 5. per totum, argum. c. cum ab omni specie mali; de vita, & honest. cleric. & alia huiusmodi, secundo meretricibus est deneganda absolutio, sed nō confessio peccatorum, c. ꝙ quidā, de pęnit. & remiss. tertio, qui in alia confessione promiserunt restituere, & id efficere neglexerunt, & possunt, non sunt absoluendi secunda vice, ni prius restituant, c. peccatum, de reg. iu. in sexto, Caiet. in Sum. in uer. restitutio, c. 6. circa vltimum. Nauar. c. 17. nu. 49. D. Anto. 2. p. tit. 2. cap. 8. & dicam in uer. decimæ, inferius. Quarto, qui non est soluendo tempore confessionis, hac praxi est utendum, prout uidi vti quēdam Reuerendissimum Archiepiscopum satispium, & habetur in c. ex parte, il primo, de ver. sig. & ibi gl. in uer. sufficiens; vel det pignora, vel fideiussores, vel faciat aliq̃ scripturam, siue apocham confessario cum testibus sub alio colorato titulo, spondens se esse debitorem illi pro tanta pecuniæ quantitate, & hæc omnia ea prudentia, & grano salis, ut non detegatur directe peccatum; nisi ipse pœnitens hoc permitteret. Nauar. capit. 26. numero septimo, c. ad hæc, & ibi glossa, in versicu. sufficienti, de sentent. excommunic. Stapb. de litt. gra. fol. 292. numero 2. vide Couarr. libro tertio, capitulo tertio, numero sexto, var. resol.

Aeducta, seu statuta.

AD NOVM Si loquitur de absolutione in foro iudiciali, vide cap. a nobis, il. 2. de sent. excomm. Nauar. c. 26. n. 5. notab. 3. Syluest. in ver. absolutio, 3. num. 3. qua poterit vti etiã in foro cõscientiæ ex parte; Si loquimur de absolutione facienda ab episcopo, vide in Pontificali, & si Episcopus absoluerit aliquẽ ab excommunicatione sine satisfactione valet absolutio, sed male facit sic absoluendo. Inno. in capitulo cum ab ecclesiarum, numero sexto, de offic. ordin.

Adulterium.

PRIMO. Adulterium non committitur cum sponsa de futuro, sed solum cum coniugata de præsenti, & etiam ante copulam, siue consummationẽ matrimonii, glos. in ca. discretionem, in ver. reatum, de eo qui cognouit &c. Gloss. in capit. si vero, il primo in vers. cum vxore, de sent. excom m. Couar. de sponsl. p. p. capitu. 1. numer. 8. nec in primo casu tenetur quis confiteri circunstantiam adulterii. Idem loc. cit. numero 13. & 14. nec in secundo casu esset adulterium, nisi fuerit contractum cum circunstantiis requisitis a Sac. Concil. Trid. sess. 24. cap. 1. de refor. matri. nec incurruntur pœnæ impositæ contra adulteros. Couar. ibidem nume. 14. vers. 5. Secundo de clericorum adulterorum pœnis, vide Diaz. prac. crim. can. c. 79 & Grill. de pęn. omnis. coi. capit 6. Tertio nonnulla contra adulteros optime sanciuit Sixtus V. in quadam bulla, quam videas, licet sit vrbana tantum. Quarto adulterium qua pœna puniatur in muliere confessa in iudicio, Grama. decis. 31. per totam, ubi fustigandam, & in monasteriũ detrudendam esse dicit; & ita decisum fuisse. Quinto & an procedi possit ex officio in hoc delicto; vide eund. ibidem, & Mara 6. p. tit. 1. num. 170. & c. 1. de offic. ord. & c. solicitatores. de pęn. d. 1. Diaz. lo. cit. & Affli. decis. 36. & And. de Iser. in constitu. regni. Humanitatem, Romanum in sing. 654. Hispanum in pract. crim. contra clericos. c. 9. Sexto Probatur uerisimiliter per personas domesticas, Iason in l. non dubium, num. 32. 33. 34. & 35. de legib. Septimo. In adulterio uero nõ admittitur transactio, secus uerò in præsumpto, & est quãdo præmissa trina protestatione, reperitur aliquis alloqui mulierem, Iason in l. transigere n. 5. de transac. Octauo de iure Cod. est pœna sanguinis, idem ibi nu. 5. Nono, ob adulteriũ mulier perdit dotem, et bona paraphernalia, & applicantur marito, l. consensu, de repudi. Iason in rub. de Iudi. num. 4. Glos. in ca. plerunque de donat. inter uir. & uxor. in uer. dotalium.

Aedicta, seu statuta.

SVMMARIVM.

1 *An Episcopus possit facere edicta in sua diœcesi.*
2 *An addere pœnas vltra ius commune in illis.*
3 *An durent post mortem ipsius.*
4 *An Capitulum possit facere statuta sine Episcopo.*

AD PRIMVM Respondetur affirmatiue c. ut animarum, de constit. lib. 6. c. si quis, de maio. & obed modo non sint contra ius canonicum. Gom. in d. c. vt animarum. §. statuto. num. 1. Fel. in d. c. si quis, Bart. in l. 1. ff. quod quisque iuris, & in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, sed non potest facere edicta contra legem superioris, Gom. lo. cit. numero 25. sed potest contra ius ciuile disponere. idem ibidem, num. 29. Abbas in ca. cum venerabi'is, de iudic.

AD SECVNDVM Respondetur affirmatiue dicendo primo, quod potest pone-

re

re pœna,ipſo iure in edictis,vbi ius imponeret aliam pœnam non ipſo iure, ita Gemin. ibidem notab. tertio,Abbas in cap.cum contingat,in columna ſecunda,de foro comp. Secundo poteſt imponere pœnam priuationis beneficii ipſo iure clericis non reſidenti bus,Card.in capit.ex tunc, de cler.non reſid.Gom.vbi ſupra numero 16.Sylua. tract. de benef.4.p.q.5.numero 3.Gl. in Cle.ſecunda,in uer.tolli,de elect.& glo.in Clem. 2.in uer.ut ij,de æta.& qual.ratio eſt:quia Epiſcopi ſuis edictis, ſeu conſtitutionib. poſſunt adiuuare ius canonicũ imponendo pœnam, ubi non eſt,Ioan.And.in cap.fin. de offic. Archiep.Diaz.in prac.cri.can.cap.136.Rebuſ.in prac.beneſ.ti.de diſpenſ.de non reſid. numero 12.13.& 14.vbi plus dicit, quod tunc poſſunt priuari, etiam ſine monitione præcedenti.Panor.in capi.quoniam.§.porro.colum.quarta,ver.aduertendum tamen, ut lit.non conteſt.Rebuſ. titu.de diſpen.de non reſid.nume.25.Tertio poteſt facere edicta ad reformationem morum ſubditorum,& imponere pœnas,licet non contra ius canonicum,ut dictum eſt,ſed præter.i.ampliando pœnam,& augere,Abb.in cap.licet, in 2.notab.de offic.ord.& hoc non ſolum ab eccleſiaſticis,ſed etiam a laicis iudicib.poſ ſe fieri,ex multis Doc.tenet Couar.de ſponſ.1.p.c.6.§.vlt.nu.17.Quarto poteſt factum a iure damnatum prohibere ſub certa pœna, Abb.in c.a nobis,de ſent. excom. Fel. in d. capit.ſi quis,columna quinta, & ſic poteſt facere edictum fulminãs excommunicationem ipſo iure contra tenentes beneficia ſine titulo. Gom.lo.cit.numero 18.

Quinto poteſt facere edicta etiam cõtra laicos,concernentia ſalutem animarum,quia ratione animæ laici ſubſunt Epiſcoporum ſtatutis, Gom. ibidem numero 31. Firma. tract.de Epiſ.fol.28.quia Epiſcopus habet iuriſdictionem in laicos,non ſolum de iure, ſed ex protogatione, Boer. deciſ.69.numero 4. & ſic poteſt prohibere ludos nocte Natiuitatis Domini,& ne accedant ad monaſteriũ monialium,vt ſoluant decimas,& alia huiuſmodi,vt patet in verſi.decimæ in verſ moniales, & per vniuerſalem conſuetudinem . Sexto quoties iure reperitur aliqua pena,quæ propter diuerſitatem opinionum eſt dubia,tunc poteſt Epiſcopus illam imponere ipſo iure Io.de Anan.in cap.fraternitatis,colum.penul.de hæret.Io.And.in cap.ex parte,il tertio,de verb.ſignif.Gom.lo.cit.nu mero 26.Septimo non poteſt imponere pœnam ipſo iure, quæ afflictionem corporis, vel infamiam induceret,Bald.in l. programma. numero ſecundo, C. comm. vel epiſ.& Salic.ibidem,Gom.loc.cita.cum propter periculum irregularitatis,per c.2. de homic.li. 6.& Clem.vnica,eod.titu.tum etiam, quia Epiſcopus non debet eſſe percuſſor, 1.ad Timo.c.3.& lingua,& ſcripto poteſt cauſari percuſſio.D.Auguſtinus ſuper Pſalmum. 63.Octauo,nõ poteſt ſtatuere,& imponere pęnam in ſubditos extra ſuum territorium nec illi ſi contrauenjant,dictam pęnam incurrerent, etiam ſi fuerit pęna excommunicationis,Abb.in capit.quæ in eccleſiarum,de conſtitut.in principio, & in rub.de foro comp.& in cap.1.de raptor.Alex.in conſilio.3.in p.volu.Gom.loc.cit. nume.39. & 40. ratio aſſignatur in diſtinct.capit.2.de conſtituti.lib.6.Nauar.cap.27.num.272. Couar. in cap.alma mater.p.p.§.10.nume.3.de ſent.excommun.lib.6.l.vlt.ff.de iuriſdictio. om. iud.quicquid dicat Bart.in l.cunctos populos,num.45. de ſum.Tt in. & fide cat.Nono, hinc fit, Epiſcopum,vel Archiepiſcopum, Primatem,vel Patriarcham poſſe incidere in pœnam impoſitam in ſtatuto ſiue edicto alicuius Epiſcopi,vel Vicarii ipſius generalis, quia delinquens in illius territorio,incurrit pœnas, Abb. in c.cum inferior,de maior.& obed.Gom.loc.cit.nume.53.& dicam in ver.excommunicatio, de cau.mater.§.i.dub.j. vbi etiam poteris videre ſi ſtatutum Epiſcopi ſe extendit in loco exempto.Soc.conſi·77. incipiente, conſiliis noſtris.colum.3.ver.1.in 1.volum.vide Afflic.in conſt.Homines, nu.8.Decimo poteſt facere edicta,& conſtitu. ne clerici accedant ad tribunalia laicorum.c.1.& vlt.de poſtulat.imo nec clerici poſſent deponere teſtimonium veritatis in iudicio laicali,ſine licentia ſui ordinarii,tam in criminalibus,quam in ciuilibus c.monachi, cap.de præſentium,& ibi gloſſ.in ver.defenſor,16.quæſt.1.cap. 2 de poſtul.cap mag.ne cler.vel mon.Foll.in frag.num.9.Guid. Pap.quæſt.65. vbi dicit quod nec de li-

centia sui ordinarii, si agitur criminaliter. Inn. in cap. 1. num. 2. de iur. calum. Vndecimo ne clerici agant negocia, seu procurationes laicorum, c. sacerdotibus, ne cler. vel mon. capit. fina. de vit. & honest. cler. Diaz. in prac. cri. can. cap. 52. Vndecimo vt deferant habitum clericalem, & tonsuram. Concil. Trid. sess. 14. ca. 6. de refor. Diaz. loc. cit. cap. 69. capitu. non licet, il 2. 23. distinct. cap. nullas, 21. quæst. 4. Ange. in ver. clericus, 4. §. 1. & 3. Syluest. in uer. excommunicatio, 6. nume. 4. glo. in Clem. si. in ver. uideatur, de vit. & honest. cler. adest bulla Sixti V. circa habitum, & qualitatem ipsius, quam videas. Decimotertio ne deferant arma. cap. in audientia, de sent. excomm. c. clerici 23. q. 8. c. ex multa. §. de clericis de voto, & vot. redemp. c. non pia, & ibidē Clem. prima de vit. & honest. cler. Ang. in ver. clericus, 10. in initio. Decimoquarto ne descendat a diœcesi sine licentia ordinarii. c. quærentes, de cler. non resid. Sylua. tract. de benef. 4. p. q. 4. 5. & 6. Concil. Trid. sess. 23. c. 6. & 11. de refor. Decimoquinto ne cohabitent cum mulieribus suspectis in toto titul. de cohabit. clerico. & mul. & Concil. Trid. sess. 25. c. 14. de refor. Decimo sexto ne ludant ludis prohibitis, nec illorum sint inspectores, cap. clerici, il 2. de vit. & honest. cler. Conc. Trid. sess. 22. c. 1. de refor. Decimoseptimo ne exerceant aliquam artem sordidam, clem. prima. de vit. & honest. cler. Decimoctauo ut intersint horis canonicis, & diuinis officiis, c. dolentes, de celeb. miss. c. si. 92. distin. Nauar. trac. de hor. cano. c. 5. nume. 3. 11. & 14. Syluest. in uer. hora canonica, §. 1. ver. 4. Clem. j. de celebrat. miss. & hoc sub pœna subtractionis fructuum, & quotidianarum distributionum, c. vnico, de cler. non resid. lib. 6. & dicam inferius in ver. distributiones quotidianæ. Decimonono ne parochus absit a sua parochia vltra biduum sub pœna pecuniaria mediæ decimæ, & non vltra, declarat. sac. congreg. 37. & si ultra sub pœnis prout dicam in uer. priuatio inferius, & Concil. Trid. sess. 23. cap. 1. §. eadem omnino, de refor. Vigesimo ne clerici peregrinentur, Abb. in cap. scripturæ. num. 9. de voto. & alia multa prout in iure sacris cōciliis, & diuersis aliis constitutionibus. Vigesimo primo vt clerici seruent antiquos canones de vestitu, gestu, & alijs, de eorum morib. dispone ntes 3. Nau. in c. statuimus, nu. 28. 19. q. 3. & præcipuè ne fulgidis, & claris vestibus utantur, ca. primo 21. q. 4. Vigesimo secundo potest prohibere, ut laici, uel nō gaudentes priuilegio clericali, non portēt tonsuram, uel habitum clericalem Gemin. in c. unico, de biga. lib. 6. per illum tex.

AD TERTIVM Gl. in d. c. 2. §. statuto, de const. lib. 6. dicit quod sunt perpetua sicut statuta legatorum, c. si. de offi. leg. & glo. ibi in vers. statuta, tamen opinio contraria est verior, nempe quod sint temporanea, & exspirent morte cōditoris, Bal. & Doct. in l. 1. ff. de verb. oblig. Firm. tracta. de Episcopo. 2. p. lib. 4. q. 15. fol. 26. Aret. in §. aliæ, Institut. de actio. Gomes. loc. cit. a nu. 62. vsque ad 66. secus in statutis legatorum, quæ sunt perpetua; ratio diuersitatis est: quia in Legato reperitur in iure cautū, in Episcopo uero non; fallit tamen hoc in edictis, seu ordinationibus factis in sinodo prouinciali, vel diœcesana, quæ sunt perpetua, & non exspirant morte conditoris Naua. c. 27. num. 2. ratio est, quia tunc illa edicta, seu constitutiones, habent vim legis, & canonis, & ita intelligitur etiam de excommunicatione, & casibus reseruatis in synodo prouinciali, vel diœcesiana, quia sunt perpetui, imo Ab. in c. a nobis, nu. 12. dicit esse perpetua, etiam facta a Capitulo sede uacante, nisi reuocentur per Episcopum de nouo creatum, hoc intellige exceptis synodalibus, prout supra. ita Socrates in historia tripartita lib. 1. c. 9. ubi inter cætera ab Imperatore constantino sancita in fauorem authoritatis Episcopalis asseruit decreuisse inconuertibiles esse terminos synodales. Hosti. in Sum. tit. de offi. leg. §. quid pertinet, nu. 3. cum aliis allegatis, & §. in quo loco. Ad quartum respōdetur, quod non in tan genribus statum ecclesiæ, generalem, uel tangunt Episcopum, alias potest, Glo. in c. 2. §. cæterum, in uer. statutum, de uerb. signif. lib. 6. Gemin. in ca. cum in tua. notab. 2. de consuetu. lib. 6.

Assassini

Aßaßini.

ASSASINI hodie non reperiuntur in illo genere, in quo disponitur in cap. 1. de homi. libr. 6. quia illi erant soli, & quidam Pagani, seu Sarraceni, seu Agareni sub ditione, vel vasalli cuiusdam Domini, qui sibi persuadebant, esse opus notabile, & heroicum interficere aliquem, quem suus Dominus iuberet, quomodocunque, & quacũque de causa ille imperaret, imo non esse omittendum id, quamuis opus esset interfici, Nauar. ca. 27. num. 135. Syluest. in ver. assassinus, num. 1. Ang eo. ver. si. initio. Armil. in eo. versi. & in ver. excommunicatio. cap. 67. glos. in d. cap. primo, in ver. formidantem, Hinc fit hodie, non incurri pœnas impositas in illo c. nisi pœnas temporales, prout narratur in tex. ista est communis sententia. Couar. lib. 2 cap. 20 num. 9. ver. 1. 2. & 3. var. resolut. Syluest. loc. cit. numer. 2. §. 1. Nauar. loco citato Capyc. decis. 112. & 155. numero 22. & 25. quicquid dicant Angel. loco citato. & Diaz in pract. crim. can. capit. 91. nisi intelligant assassinum in proprio significato, vt sup. & Aegid. Bos. in tit. de mandat. ad homic. num. 16. Aret. consi. 164. colum. 16. Ioan. And. & Archid. in illo cap. & hoc nomen assassinium non reperitur expressum in iure ciuili, cum non sit nomen artis, sed per æquipollens fit mentio de eo, l. non solum, §. si mandato. ff. de iniur. Baldi in l. non, ideo minus. C. de accusat. Vide Gemin. in dicto capitulo, & Ioan. And. in cap. penult. de cler. non resid.

Hinc oriuntur multę decisiones in praxi. Prima quod hodie quo ad pœnas tēporales omnis qui occidit, vel mandat occidi aliquē mediante pecunia, est assassinus. Capyc. & Couar. locis citatis, Gram. consi. 1. de for. iu. nu. 59. Secunda, quod persona occisa sit Christiana, Bos. vbi supra, nu. 22. & Couar. vbi supra, ver. 30. secus si esset Sarracenus, Paganus, vel infidelis. Syluest. loc. cit. nu. 2. Tertia, quod comprehendit quinque genera personarum, mandantis, etiam nō sequuto effectu, modo delictum sit saltem ad actum insultus, vel vulnerum, Boss. ibi. nu. 16. in fine, receptantis, defendentis, & occultantis, dubium est de quinto, scilicet de mandatario an incurrat dictas pœnas. Boss. loc. cit. nu. 13. tenet partem affirmatiuam, Couar. libro secundo, nume. 9. idē affirmat, licet dubitet, & Boss. tit. de foro comp. numero 141. & de offic. corrupt. num. 7. & Couar. loco cit. c. 20. nu. 10. & in Clem. si furiosus, 2. p. §. 1. num. 9. Diaz loco cit. ex Aret. in consi. 165. & aliis Doct. tenet partē negatiuam, quam etiam sequuntur Armil. & Syluest. loc. cit. ego autem in foro interiori censerem cum secunda opinione, ratio est cōmunissima, quia in pœnalibus non facienda est extensio, & etiam in foro ecclesiastico, secus vero in foro laicali, quia ibi mandatarius, accepta pecunia, vel promissa, vel alio quopiam nomine, dicitur assassinus. Capyc. loc. cit. num. 22. Nouel. de iur. prothom. §. secundus, nume. 90. Vinc. de Franc. decis. 176. per totam. extat Pragmatica regni edita a Cardinale Granuellano Pro rege exordiens (In ogni tempo) faciunt, quæ dicuntur per Glo. in capit. sciant cuncti, in ver. alios, & Gemi. ibi ver. nota istam glossam, de electio. lib. 6. & quæ dicuntur in cap. felicis, de pęnis lib. 6. vbi explicat, an, & quando mandatarius incurrat pœnas, & qui per alium facit.) Quarta, quod clericus delinquens in hoc delicto, est ipso facto degradatus, adeo quod iudices seculares possint procedere contra eum sicut contra laicos absque vlla degradatione, Diaz loco citato, Couar. pract. quæst. capit. 32. numero secūdo, ver. primo, in vlt. Foller. in addit. ad Mara. 4. par. distin. 2. num. 76. Paris de Put. de syndic. in uer. inquisitio, cap. 3. numero 13. & 14. Couar. loco cit. uer. 1. in vlt. q. 4. p. & Boss. de foro comp. num. 142. Boer. decis. 69. num. 18. Gui. Pap. q. 138. numero 5. & Boer. decision. 69. numero 17. vbi dicit, quod clericus ter monitus, etiam trina monitione generali, & incedens in habitu, & tonsura, habetur pro degradato, quod congruit cum sacro Concil. Trident. sess. 14. capitulo sexto, de reform. vbi dicit, sufficere monitionem per edictum publicum. Quinta, quod clericus mandans, vel faciens vnum

ex actibus.

ex actibus prædictis non excommunicatus, nec incurrit aliquas censuras, cap. quærenti, de verbo. signifi. ista conclusio patet ex dictis, & ex omnibus doctoribus citatis & ex Coua. loco cit. versic. secundo, & Gaiet. in sum. versi. assassinus, & in ver. excommunicato. capit. 16. de alijs concomitantibus vel requisitis in assassinio, vide Boss. & Capyc. & alios criminalistas.

Dubitatur quando fiunt banna, seu indulta, vt quicunque interfecerit talem assassinum, vel diffidatum, vel bannitum, vel contumacem, gaudeat indulto vitæ, vel lucretur tantum præmij, vtrum hoc liceat sine peccato mortali? respondetur ex Syluest. lo. cit. nume. 3. §. 3. & in ver. homicidium primo, nume. 7. §. 3. Angel. lo. cit. nume. 2. vbi dicunt, quod sic, modo fiat zelo iustitiæ, Sot. lib. 5. q. 1. ar. 3. de iust. & iure non satis videtur admittere hoc, immo reprehendit Veneros hoc facientes, tamen concludit, quod vbi fieret purgata conscientia sine odio, & iracundia, licere, vide Fel. in cap. quæ in ecclesiarum, nume. 14. de constitut. Boss. de for. comp. num. 142. & tit. de hæret. num. 29. & tit. de defen. reorum num. 63. idem affirmat, & loquitur de iure canonico fundans se in d. cap. 1. de homic. lib. 6. ergo licet in conscientia, quia ius canonicum præcipue respicit animam, cap. vt animarum, de constitu. lib. 6. & ibi Goza. num. 2. & infra vide Bal. in margarita. Ium. in ver. excommunicatus, vbi dicit quod licet occidere bannitum, etiam extra territorum bannientis, Abb. in c. 1. nu. 9. de conuers. infidel. vide Clar. libro 5. §. homicidium, versic. sed nunquid.

Auctoritas.

PRIMO, Auctoritas sacræ Scripturæ potest allegari in causis. cap. 1. & ibi Gem. de re iudic. libro 6. Secundo, an idem sit de auctoritatibus sanctorum, vide Iser. in prælud. feud. num. 46. & 47. & Innoc. in c. cum venerabilis, num. 6. de except. Tertio de dictis Theologorũ, Philosophorum, Historicorum, Prouerbiorum, & aliorum rationabilium dictorum, vide Melchior. Canũ trac. de loc. Theol. & Doctores in l. 1. si certum petatur. Barthol. ibi a num. 13. & infra Abb. in c. estote. num. 2. de reg. iur. Fely. in c. 2. char. vltima de rescrip. & in ca. ne innitaris. de constit. Barba. in ca. primo, de offic. deleg. Anani. cons. 62. Præposi. in procem. decr. Quarto & an possit allegari ratio naturalis, & sufficiat? vide Abb. in cap. ratio nulla. num. 1. de præb. & Abb. in ca. cum Apostolica. num. 4. de his. q. f. a. p. & in ca. certificari. num. 3. de sepul. & cap. penult. de sepul. de secund. nup. in ca. cum fine. n. 2. de decimis. tex. glo. in uer. quam rationis, & Gemi. in c. ex eo initio, de elect. lib. 6. Quinto an auctoritas alicuius Sacti prævaleat auctoritati Summi Pont. vide eundem in cap. sua, num. 5. de decimis. Similiter si aliquis gratis hæsitaret de Illustrissimorum Cardinalium sacrarum congregationum in verbe declarationibus, quod non idem robur habeant, sicut si a summo Pontifice fuissent emanatæ: respondetur ex eadem sac. congregatione, nu. 264. in meis; in hac verba, eadem ratio habenda est de his, quæ scribuntur a Cardinalibus sac. congregationis sac. Concil. Trid. nomine ipsius congregationis, ac si a Papa scripta essent.

Abbas.

PRIMO. Quos ordines possit conferre, & an literas dimissorias ad ordines ecclesiasticos concedere clericis secularibus sibi subditis, vide Concil. Trid. sess. 23. cap. 10. de refor. & declarat sac. congreg. 190. vbi quo ad secundam partem responde tur negatiue: his verbis, Nulli Abbati, quibusuis munito priuilegiis, liceat concedere dimissorias cuiquam clerico seculari, similiter nec Præposito, licet sit Cardinalis, similiter nec Archipresbytero exempto, quamuis habeat Iurisdictionem ordinariam, ita fuit responsum a sac. congreg. declarat. 513. in facto Illustriss. Cardinalis Medices, Præpositi Terræ Prati, & pro Archipresbytero terræ Colli, & pro Archiepiscopo Barensi,

de

de menſe Iunii 1576. & 1579. Secundo quod hoc intelligi debet de veris Abbatibus, non de Commēdatariis, vt dixi in ver. beneficiū, ver. commēda, vt ſunt Abbates habētes vſum deferendi baculum, & mitram, vt ſunt Abbates Benedictini, & alij prout in c. cum contingat, de ætat. & qualit. c. 1. & 2. 25. diſt. & c. Abbates, de priuil. lib. 6. Summa ſacr. de ſacra ord. q. 243. Syl. in ver. ordo, 3. §. 2. vbi habetur poſſe eos dare omnes quatuor ordines minores, Hoſtien. in d. c. Tertio hoc limita, quod non poſſunt conferre hos ordines ſecularibus, Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis, niſi accedat ipſius conſenſus, & a dicto Epiſcopo litteras dimiſſorias quiſque impetrauerit, in ſac. cong. declarat. 290. & 470. ex qua declarat. deducitur. Primo poſſe Epiſcopū dare hos ordines minores, & alios clericis ſecularibus ſubiectis iuriſdictioni ipſorū Abbatum, & nō iuriſdictioni dicti Epiſcopi, modo ſint intra ambitum ſuę diœceſis ſine dimiſſoriis ipſorum Abbatum. Secundo deducitur ex dicto c. 10. Concil. Trid. quod nec poſſunt dare ipſi Abbates hos ordines minores regularibus, qui ipſis ſubditi nō ſint, niſi accedant litteræ dimiſſoriales ſuorum prælatorum, & conſenſus Epiſcopi, iuxta cuius diœceſim Abbas ordinator commoratur. Quarto, an ſufficiat vt ſolum ſint electi ad hoc vt poſſint conferre præſcriptos ordines, & quod non ſint benedicti, vel conſecrati, prout in Pontificali, & videtur quod ſic, per ea quæ dicit Sylu. trac. de benef. p. p. q. 2. nu. 54. & facit c. 1. & ibi glo. in ver. alia, de ſupp. negli. pręlat. & quia hodie, aut raro, aut nūquam iſti Abbates benedicuntur, aut cōſecrantur, ſed eligūtur a ſuis monachis, vide Rebuf. in prac. ti. de cler. & a quibus, & quomodo creentur. nu. 14. & 16. vbi etiam habetur, ꝙ a quibuſdam Prioribus poſſit conferri prima tonſura. Sed requiritur, vt ſaltem ſit profeſſus expreſſe alias non poteſt eligi in Abbatem. Abb. in c. cum in magiſtrum, nu. 1. & 2. de elec. & in c. meminimus, nu. 1. & 7. de accuſa. dicit melius, & in c. cum inter monaſterium, nu. 25. de re iudi. Quinto nec ipſi Abbates poſſunt conferre hos ordines, niſi in ſuis monaſteriis, c. quoniam, 69. diſt. nec ſuis monachis, niſi profeſſis. Rebuf loco citato. ſol. 9. nu. 71. Innoc. in c. 1. nu. 2. & 3. de cler. pereg. & in d. ca. 1. nu. 2. de ſuppl neg. præl. Sexto quod clerci ſubditi iuriſdictioni ipſorum Abbatum quando mittūtur ordinandi ad alios epiſcopos, debent habere dimiſſorias ab Epiſcopo illius diœceſis, intra cuius limites commorantur, nec inquiritur conſenſus ipſorum Abbatum, ita Concil. Trid. loco citato. Septimo, ipſi Abbates poſſunt ordinare ſuos, quo ad minores, ſine Epiſcopi examinatione. Nau. conſ. 14. de priuileg.

Alienatio rerum eccleſiaſticarum.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis liceat fieri alienationem rerum eccleſiaſticarum, & quid alienationis verbo contineatur.*
2 *An liceat fieri locationes ad longum tempus. i. vltra triennium.*
3 *Quæ dicantur ſolita concedi ad longum tempus.*
Quando fiunt vltra triennium in ſolitis quæ requirantur conditiones, & circumſtantiæ.
5 *An hoc ſit verum in rebus paruis.*
6 *Quæ dicantur res paruę quantitatis.*
7 *Quæ diſpoſita circa hoc ſint a ſac. Concil. Trid.*
8 *Quot nam modis eſt recepta extrauagans Pauli II. de qua inferius.*
9 *An aliqui habeant hanc facultatem alienandi ad longum tempus.*
10 *Quando dubitatur de adhibitis ſolennitatibus, quid agendum.*
11 *Quot perſonę peritę ad procedendum quoad rem eccleſiæ alienandam requirantur.*

AD

AD PRIMVM Vide gl.in sum.12.Sylue.in ver.alienatio, §.1.Couar. lib.1. ca.17. nu 2.var. resol.quia hodie omnes illæ causæ,etiam per bullam Pauli.2.quæ incipit, Ambitiose, sub ti.de reb.ecclesi.non alien.admittuntur per illa verba in casibus a iure permissis,ita Couar.lo.cit.num.4.conclu.1.tamen quicquid sit de iure communi,de stylo non venduntur,etiam in istis casib.immobilia ecclesię neq; mobilia preciosa,absque summi Pont.concessione,vide Nouel de iure prothom.§.quartus,nu.78.& Affl.decis.386 nu.6.ita Gomes.trac.de breuibus,num.22.& Staph de lit.gra. fol.352.nu.1. vbi dicunt,quod hoc conceditur per breue,etiam in dispositione,c.terrulas,12.q.2.&in authe.item prædium,C.de sacrosan.eccl.& glo.in ver.onere,in l.si fundus,ff.de reb.cor.. & sic cessant hodie,quæ dicuntur,in d.glo.in sum.12.q.& c.nulli,de reb.eccl. non alie & in l.Iubemus,§.œconomus,C.de sacrosan.eccl.Couar.loc.cit.c.16.nu.7.Quo ad secũdum,vide Abb.in c.nulli,nume.13.& 14.de reb.eccl.non alie.Sed potest Episcopus de communi vsu alienare rem modici naloris sine decreto,& quæ potius damno, quam vtilitati sit ecclesię.Glo.in c.1.12.q 7.Bertach.tract.de Epis.4.p.q.36.num.110.Rodoan. tract de reb.eccl.non alien.q.13.a num.1.

AD SECVNDVM Respondetur,quod dicta bulla non prohibet fieri locationes ad longum tempus,in rebus solitis sic locari,vt patet intuenti,nec in casibus a iure permissis Nauar.cap.27.num.149.nec in rebus immobilibus minimis,Caieta. in sum in ver.excommunicatio,cap.75.

AD TERTIVM Sit prima conclusio, illæ possunt concedi ad longum tempus,de quib. disponitur in c.ad aures,hoc tit.& res minus vtiles & onerosæ ecclesiæ,quæ plus incõmoditatis afferunt, quam vtilitatis,possunt alienari etiam sine aliqua solennitate, c.vt super,§.possessiones,hoc tit.Gui.Pa.q. 156.& res steriles ecclesiæ possunt alienari absque decreto.Capyc.decis.113.num.2.& 3.Nauar.tract.de reb.eccl.non alien.num. 3.d. c.terrulas.Secunda conclusio,quando res esset bis locata,vel concessa lapsu quadraginta annorum,dicitur solita concedi ad longum tempus.Clarus in §.feudum,q.13. Imola in c.fi.de loc.& con l.in vlt.carta,ver.quando autem dicatur. Iason in l.2.nume. 209. ver. per ista concludo,de iure emphyt. Tertia conclusio;etiam si semel sine solennitate, ratio est,quia res semel facta alienabilis, durat perpetuo alienabilis, l. pater filium,§. 15.ff.de leg.2.Capyc.decis.156.nu.22.etenim de aliis rebus nunquam datis,vel concessis,quando adest consuetudo,dandi rem ecclesiæ sine solennitate,quia valet consuetudo,sine solennitate,in vtilitatem ecclesię,Paris.consi. 101.nu.3.lib.1. Cranet.consi.151. in principio.Dec.consi.341.nu.12.in fine,& quod ista consuetudo valeat,quod nõ adhibeantur solennitates iuris, vide Syluest.lo.cit.§.13.Roc.de cur.in repet.cap. fi.de consuetud.fol.23.Nauar.lo.cit.Boer.decis.1.nu.20.& licet Deci.in cap.1.hoc tit. dicat talem consuetudinem non præualere,hoc tamen intelligitur,quando omne ius ecclesiæ alienatur, nihil ipsi remanens, Ruinus consi.41.num.38.Couar.lo.cit.cap 17. numero 4. Quarta conclusio;si fuerit alienata res ecclesiæ sine solennitate iuris,& dicta alienatio tendit in euidentem ecclesiæ vtilitatem, valet dicta alienatio, Iason in l.Iusiurandũ, §.pupillus,columna fi.ff.de iureiur. Abb in c.causam,colum.penul.in fine,de iud. Marta 4.p.di.l.16.numero 46.Goz.in c.si annum,§.si vero,num.24.de iud.libro 6.Capy. lo. cit. nume.4.Boer.decis. 144. Addit.ad decis.Rotæ.156.Abb.in capit.1.de his, quæ fi. à præl.si.con.Capit.& Gui.Pa.q.159.& sequen.& ibi addit.in q.151. imo ecclesia potest compellere emptorem,vel locatorem,vel emphyteutam,vt stet contractui, etiam si in eo non interuenerint solennitates debitæ.Tiraqu. de retrac.conuent.in fine, numero 150.iuxta finem,Vinc.de Fran decisi.35. nume. 138.& 139. Quinta conclusio, hoc extenditur,etiam ad mobilia preciosa,patet initio dictæ extrauagantis,& ratio est, quia mobilia ecclesiæ preciosa censentur immobilia,Panor.in cap. 1.de his,quæ fin.a prel. & c.Syluest.loc.cit.num.9.§.10.Tiraq.loc.cit.§.1.gl.7.num.99.Sexta conclusio, hoc extenditur ad annuos census, seu reditus, in Cle.Exiui, in §. quia igitur, versiculo, cum

que

que annui reditus, ratio est, quia isti annui reditus inter immobilia numerantur. Septima conclusio, hoc extenditur etiam ad pecuniam quæ est in banchis, Tiraquel. de vtroque retrac.glo.6.1.Folle.prac.crim fol.62.à numero 1.& fol. 108. numero 1 13. sed hoc debet intelligi, quando illa pecunia reseruata in banchis esset deputata ad emenda bona immobilia, Tiraque.loco citato.glo.7.numero 105.& 112.& an idem sit de pecunia redacta ex venditione rei immobilis,vtrumque tenet Tiraquel. loco citato. numero 3. sed tutius mihi videtur esse eiusdem naturæ,cuius res erat,ex cuius venditione confecta est,Syluest.loc.cit.num.7.§.8.vet.1.licet Boer.decis.209. teneat oppositum, nempe dictam pecuniam esse numerandam inter mobilia.Octaua conclusio,hoc fallit, primo in censibus,siue annuis redditibus,qui extinguuntur cum persona, nam habent symbolum mobilium, Abb in cons. 13.colum.4.libro 2.Gomes.in q.1.colu.3. de trien. posses.Nona conclusio,fallit in locatione facta vltra triennium, quia remanent valida solum quo ad triennium,Couar.loco cita.cap.16.num.5.& ita dicit esse in praxi,Bal. in auth.si quas ruinas,C.de sac.sanct.eccl.Imola in cap.ex parte,de feud.col. penult. Alexan.cons.38.facit,c.vtile,de reg.iur.in 6.Decima conclusio,fallit in fructibus, & redditibus ecclesiasticis,quia locationes istorum non videntur prohiberi per dictam extrauag. vltra triennium, Couar.loc.cit.nume. 6.§.6.quamuis.Boer.decis.224.num.2.idem censeat in fructibus,& ita passim seruetur in praxi.Vide Panor.in c.nostro,de locat. & Rodoan.de reb.eccles.non alien.q.17.num.9.Nauar.de spoliis.§.4.negare videtur etiam de vsufructu.nu.1.Imo.in cons.11.de reb.eccl.non alie.id negat etiam de fructib.pẽsionis. Vndecima conclusio, non potest fieri locatio ad sex vel nouem annos,cum hac clausula,vt tot sint locationes,quot triennia,& finito triẽnio,tunc censeatur facta noua locatio,Coua.loc.cit.numero 4.versi.1.Card.in Clem.1.hoc tit.§.si.q. vlt.Lapus,alleg.12. Ancahr.cons.57.adest ratio,quia euidentissime posset quis committere fraudem contra dictam extrauagantem. Duodecima conclusio, licet prohibeantur locationes ad longum tempus,& alienationes,non tamen hypothecatio ex magna ecclesiæ vtilitate, præmissa tamen canonica solennitate,Couar.loc.cit.numero 7.sed Iser.in rub.per quos fiat inuestitura,numero 2 dicit,quod prohibita alienatione, prohibetur etiam pignorũ ablatio.Decimatertia conclusio,Prælatus successor tenetur stare locationi factæ a prædecessore suo,quando locauit nomine ecclesiæ,secus si nomine proprio,vt quia fructus pertinebant ad ipsum prælatum,Couar.loco citato,capi.15.numero vlti.Vinc. de Fran. decis.163.numero.8.14.& 15.facit c.quia,de iudic.& ibi glo.cap.sihnificasti,de rescri. & ibi glo.in ver.viueret,glo.in ca.dilecti filii, in ver.contra. de for.compet.is qui in ius,de reg.iur.lib.6.Gom.in c.1.nu.64.de constitut.lib.6.Decis.Rot.29.de procur. in nouis,Gomes.in q 62.de ann.poss. & Addit.2.decis.18.de rescrip.vbi habetur,an,& quando teneatur, & conueniatur successor prælatus pro prædecessore, & quando successor posset uti iure prædecessoris, vide Boer. decis.204.numero 48.& decis.224.nume.3.& decis.58. numero 9.hoc fallit in casu,de quo in ver. Episcopus,nume.16.& Afflic.decis.101.& an idem sit de uxore,circa locationem factam a viro, casu soluti matrimonii, vide Couar.li. 2.c.14.num.5.ver.resol.uide Bal.in margar.Innoc.in uer.prælatus. Decimaquarta conclusio,potest fieri locatio rei ecclesię per nouem annos,in casu de quo Couar.lo.cit. c.16. versic.3.

AD QVARTVM Habetur ex Panor.in ca.primo,de his,quæ fi.a.præl.&c.& in cap.tua, & in c.cum Apostolica,& in ca.nulli,de reb.eccle.non alien.& ibi Doc.ubi in summa habes,quod ista debent concurrere ad solennitatem contractus huiusmodi. Primum tractatus clericorum ad sonum campanellæ. Secundo consensus omnium, uel maioris patris.Tertio subscriptio omnium, ut singulorum.Quarto quod sit in euidentem ecclesiæ utilitatem.Quinto consensus Episcopi,vel Abbatis,vel aliorum prælatorum habentium ecclesias pleno iure.Abb. in Clem.1.num.7.de reb.eccle. non alie. & ibi gl. in uer. proprii,si res est parui momenti.nec ultra triennium,Capy.dec.105.vel consensus Papæ,

fiest

si est de non solitis, & vltra triennium, & de rebus non paruis, vt dicam, ad 5.§.cap.fine exceptione, 12.q.2.c.placuit, ibidem Syl.in ver.alienatio, §.3.& 4.Gui. Pa.q.149.decisio. 160.vide multa in Vinc.de Franc.decis.160.nu.9.12.13.& 14.Sed an requiratur consensus Episcopi ecclesiæ, an loci, vbi est res alienabilis. vide Abb.in ca. pastoralis, nu.10.de priuil.& Bar.in l.1.C.de contrah.emp.

AD QVINTVM In locationibus, prout in canone terrulas, non habet locum Paulina, patet per verba ibidem posita: nam licet alienare absque solennitate, dummodo duo copulatiue interueniant, quòd sint terrulæ, & quod necessitas adsit, ita quotidie in materia faudali similia practicamus, quando quæritur, quæ sint illa, quæ concedi possint per Barones absque domini assensu ad ratam fructuum, de quo per Iser.in capitulo 1.an ille, qui interf.in fine, Capy.in inuestitura feudorum.in ver.feudorum alienationis uer. limita 5.Camera.in cap.Imperialem, pagi.4.colum.3.versi.5.vbi late, & adde, quod personę ecclesiasticæ quamuis locare adhibitis requisitis a iure possint, tamen de rebus ecclesiæ de nouo feudum concedere nequeunt. cap.1.Episcopum Abbatem, vel Abbatissam, sed solitas antea infeudari in feudum dare possunt, nisi prædecessor prælati stetisset spatio triginta, vel quadraginta annorum quod non infeudasset, sicut prædicto temporis interuallo præscribitur vasallagium, l. eum qui, C.de fun.rei princip.libro 11.quod intelligendum est de vltimo prædecessore, nam attenditur quod vltimus fecerit, l.mella, §.sed si alimenta, ff.de alim.& cib.leg.Iser.de his, qui feudare poss.in princip. vide Bal. in marg.Innocen.in ver. prælatus concedendo, & quod locatio, prout in d. cap.terrulas, seu alienatio debeat fieri cum omnibus requisitis superius, excepto assensu apostolico, sed solum sufficit decretum superioris, Capy.& Gui. pa.loc.cit.§.3.Couar.loc. citat. cap.17.num.2.vbi dat rationem, quam videas, & Inno.in c.inita, de his, quæ fi.prel.&c.

AD SEXTVM Gl.in d.ca.terrulas, in ver.exiguas, dicit, illas dici posse terrulas, & vineolas, quæ non valent vltra viginti solidos, vel quod sint null.us redditus, secundum glo. in cap.vt super, §.sessiones, & ibi Imola, numero 9.de reb.eccles.non alien.Abb.in cap. secundo, de his, quæ fi.a prælat.Innoc.in d.cap.vt super, quod confirmatur, ex c.si quos, 12.q.2.Verum quid, & quanti valoris sit solidus, vide Couar. in c.11.lib.2. & 3.var. resolut.& tract.de manumis.§.primo, & secundo, vbi declarat discrimen inter solidum, & aureum.facit, qui subdiaconum, 17.quæst.4.& cap.conquerente, de offic. ordinar.& Rodoan.tract.de reb.eccles.non alienan.q.52.num.77.vbi dicit hoc esse arbitrarium iudici, Staph.de litt.gr.fol.352. & nu.1.& 2.vbi dicit, quod d.c.terrulas, extenditur ad valorem centum ducatorum, aut ad annuum censum quinque ducatorum, & ita audiui practicari in Archiepiscopali Curia Salernitana, tempore Marci Antonij Marsilij columnæ Archiepiscopi viri doctissimi, tamen glos.siue apostilla gl.d.c.nu.5. ex Hostien.dicit, hoc debere attendi, iuxta consuetudinem terræ, facultates ecclesiæ, & rei venditæ, seu locatæ, quantitatem.Host.in sum.in tit.de his, quæ fi.a prel.§.vlt. in princ.vide Gom de grat.expect.nu.98.Staph.in 9.for.grat.nu.37.Host.in sum.in tit.de his, quę fiunt ab Episcopis, §.fi.

AD SEPTIMVM Sac.Concil.Trid.sess.25.cap.15.de refor.cupiens innouare ius commune, & dictum Pau.ducere in viridem obseruantiam, statuit, prout infra, & sic sit prima conclusio, omnes locationes, quę fiunt anticipatis solutionibus in præiudicium successorum, nullæ, & inualidę intelligantur: verbi gratia, ecclesia vult alienare, seu locare aliquam rem pro annuis ducatis, quinque, vel sex, & facit, vt conductor, seu emptor prius soluat viginti, vel triginta ducatos, pro ingressu, vel pro intratura, vt vulgo dicitur, hæc reprobat Sacr.Concil.ratio est, quia redundat in præiudicium successorum, & in lucrum præsentium, sed vt non sit in præiudicium successorum, fiat, vt illi viginti, triginti, seu quadraginta ducati conuertantur in maiorem annuum reditum, siue censum, & si cum anticipatis illis faciebant annuum censum pro quinque, vel sex accipiant nihil pro intratura, & augeant pro septem, octo, uel nouem, & sic de singulis, & hoc

non

non erit in succesforum praeiudicium, quando vero fieret aliqua anticipata solutio, & non in praeiudicium successorum, hoc non reprobatur a Conc. vt sunt quaedam laudemia, siue Quartae, vt aiunt, & Syluest. in ver. laudemium, & in verbo, emphyteusis, numero vigesimooctauo, & §. vigesimo primo. Secunda conclu. locationes rerum ecclesiasticarum confirmatas etiam auctoritate apostolica factas ad longum tempus in damnum ecclesiae a triginta annis citra, synodus prouincialis, vel deputandi ab ea contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt, Concil. Tride. loco cit. ex qua cõlusio ne elicitur. Primo quod si aliqua locatio, seu alienatio facta sit contra canonicas sanctiones, & est in ecclesiae vtilitatem, non irritatur per ea, quę dixi supra, §. tertio, conclu. 4. & ratio est, quia Conc. requirit, vt sit in damnum ecclesiae, & contra canones. Secundo, quod a triginta annis citra non intelligitur, ex nunc, sed a die, qua incipit obligare Sac. Conc. quod fuit Kalendis Maij, 1564. prout in bulla Pij IIII. sub datum Romae, eodem anno Kalendis Augusti, Pontificatus ipsius anno quinto, adeo quod illae dicuntur factae locationes a triginta annis citra, quae factae fuerunt triginta annis, antequam inciperent obligare decreta Concilij. Tertio, quodnam dicatur tempus longum de iure communi, & quid secundum dictam Paulinam, de primo, vide gl. in Clem. prima, in ver. ad tempus modicum, de reb. eccl. non alien. vbi recitat varias opiniones, tamen gl. in Clem. Exiui, in ver. cumque annui reditus, in fin. dicit longum tempus esse vltra decennium, Nauar. loc. cit. nu. 151. gl. in l. codicillis, §. instituto, de leg. 2. Nauar. in c. 1. §. 2. nu. 5. de poenit. dist. 1. tract. com. opin. c. de praescrip. dicit decem, vel viginti annorum intelligi longum tempus; de secundo quo ad longum tempus ex dispositione dictae Paulinę, intelligitur vltra triennium, vt patet ex dictis Tiraq. de vtro. retrac. c. 1. gl. 6. num. 9.

AD OCTAVVM, Nauar. & Caiet. loc. cit. dicunt dictam Paulinam, alibi in nihilo esse receptam, alibi solum quo ad irritationem contractus, & sic uidetur esse receptam in regno Neapolitano.

AD NONVM, Ordo S. Augustini Eremitanorum, habet hanc facultatem alienandi in emphytheosim bona ipsius ordinis, ultra triennium in euidentem ecclesiae utilitatem, Greg. XIII. bulla 9. fol. 1202. in bullario, & hanc facultatem dicunt etiam habere fratres ordinis Prędicatorum, ut audiui in facto, sed non uidi.

AD DECIMVM, Si dubitatur in quibusdam contractibus antiquis alienationum rerum ecclesiarum, non adfuisse solennitates extrinsecas, prout dixi superius, §. 4. dico, quod praesumitur omnes adhibitas fuisse, Capyc. decis. 16. num. 1. Afflict. decis. 368. Vide Gemin in cap. 1. uers. quero quare, de praescrip. lib. 6.

Bullas, & constitutiones diuersorum Summorum Pontificum, dantes formas de hac materia, vide Rodoan. in vltimo tract. de reb. eccl. non alien.

AD VNDECIMVM Respondetur, quod duae, non una, quia agitur de praeiudicio ecclesiae, prout Deci. in c. proposuisti, nu. 13. de probat. §. quod autem, Auth. de non alien. reb. eccl. Fel. & Abb. in d. c. nu. 6. nisi vna tantum persona perita reperiretur in loco, facit c. cum causam, de prob.

Archidiaconus.

ARCHIDIACONVS antiquitus de iure communi habebat multas iurisdictiones, quibus hodie, vel per ius nouum, vel per consuetudinem contrariam est priuatus. Primo habebat perpetuam vicariam & iurisdictionem ordinariam, cap. primo, & ibi gl. in ver. Vicarium, & cap. ad haec, de offic. Arch. Syluest. in ver. Archidiaconus, §. primo, quod hodie non habet per Concil. Trid. Sess. 24. c. 16. vbi capitulum eligit vicarium infra octo dies, de quo vide inferius, in ver. Capitulum, §. 3. ergo Archidiaconus nõ est ipso iure Vicarius, sed potest dici, ꝙ infra illos octo dies Capitulo nõ eligente Vicariũ, Archidia-

Alienatiua.

Archidiaconus est Vicarius ordinarius, ratio est, quia a iure antiquo non est recedendum, nisi quo ad excepta in nouo, in l. præcipimus, C. de appellat. Nauar. c. 22. num. 39. sed Concilium dat spatium Capitulo eligendi Vicarium infra octo dies, ergo durante octendio restat Vicarius ipse Archidiaconus, de iure communi. Secundo institutio ad beneficia iuris patronatus, per d. capit. ad hæc, uer. in quadam, sed hodie non habent ipsi Archidiaconi, nam de consuetudine pertinet ad Episcopum, cap. licet Episcopus, de præb. lib. 6. Couar. lib. 3. c. 16. num. 8. §. tertius, uar. reso. & c. ex iniuncto, in fi. de seruit. & Din. in cap. 1. num. 4. de reg. iu. li. 6. sed ad dictum c. ad hoc potest dici, institutionem ibi sumi, pro in possessionē missione, quæ competit Archidiacono de iure, prout gl. & Din. in d. cap. Tertio Archidiaconum præcedit Vicarius generalis Episcopi, vide in uer. Vicarius, conclu. 15. Quarto, nec causas matrimoniales, nec criminales, vt antea, per cap. licet, de pœn. Conc. Trid. sess. 24. c. 20. §. ad hæc, de refor. Quinto nec causas concubinatus, Concil. Trid. sess. 25. c. 14. de refor. Sexto, & quod dicitur de Archidiacono, idem dici potest de Decanis, & aliis dignitatibus inferioribus Episcopo, Conc. loc. ci. & licet de iure habeant iurisdictionem, non tamen in actu, per consuetudinem, Gram. decis. 64. nu 2. 3. & 4. cætera remanent in robore suo, nisi per contrariam consuetudinem diuersorum locorum sint eis ablata, argum. c. 1. de rescrip. lib. 6.

Alternatiua.

PRimo, quo ad beneficialia, vide in ver. beneficium, §. 2. Fal. 4. & in ver. derogatio, vbi habes quomodo prælati gaudeant alternatiua.

Secundo, Quando alternatiuæ dictiones non ponātur disiunctiue, sed augmentatiue, uel declaratiue, uide in uer. beneficium, §. octauo. Concil. quarto, & Gomes. in capitul. statutum, num. 23. & 43. de rescript. libro sexto. Vide Gemin. in cap. generali, notab. ult. ex. Archidia. de elec. lib. 6. ubi ait dictionem siuè, aut uel, quando ponūtur inter diuersas uoces, idem tamen significantes, exponi, pro id est. Gl. in c. bonæ depostul. prælat. eod. li.

Tertio, quando in alternatiuis sufficiat alterum tantum probari, vide c. inter cæteras, & ibi Doct. de rescript. Staph. de lit. gra. fol. 25. num. 5. & fol. 309. num. 2. gl. in c. ex parte, il primo, in uer. perpetuo, de rescrip. decis. Rot. 7. de rescrip. in nouis, & ibi Addit. c. in alternatiuis, & c. locupletari, de reg. iur. lib. 6. & ibi Din.

Quarto, an in prælatis inferioribus Episcopis, habentibus potestatem conferendi beneficia, prout dixi in uer. beneficium, §. 2. fallen. 7. habeat locum alternatiua? uidetur quod sic, quia si ligat maiores, & minores ligare debet, & valet argumentum a maiori ad minus, Staph. fol. 190. nu. 6. & in præfatione, litt. gram. num. 20. & 21. gl. in c. 1. in ver. Episcoporum, & ibi Gem. de temp. ordin. lib. 6.

Archiepiscopus.

SVMMARIVM

1 *Quod ius habeat in Suffraganeos suos.*

2 *An possit exercere Pontificalia intra prouinciam suam.*

AD PRIMVM Vide multa, quæ dicam in ver. appellatio, & quæ dicit glo. in ca. pastoralis, de offic. ordin. tamen dico Primo, quod Archiepiscopus est iudex ordinarius suorum Suffraganeorum, gl. cit. in ver. inuitum, Coua. pract. quest. c. 10. initio, ver. eadem ratione, vbi ex mente Innocentij, Abbatis, & Alciati concludit, posse Archiepiscopum cogere suos Suffraganeos ad agendum quicquid, de iure facere debeant ut Iudex cogit suos subditos iustitia mediante. Secundo ad Archiepiscopum deuolui-

tur

tur collatio beneficiorum non collatorum à ſuis ſuffraganeis infra ſemeſtre, nam ipſe Archiepiſcopus habet aliud ſemeſtre, & ſic gradatim ad Primatem, ad Patriarchã, vltimo ad Papam, Abb. in cap. ſecundo, de conceſſ. pręb. num. 7. facit c licet, de ſuppl. negl. prælat. ſimiliter, & de inſtitutionibus iuris patronatus, deciſ. Rot. 4. de iure patr. in nouiſ. Sylua. tract. de benef. 3. p. q. 64. nu. 3. Tertio circa ſuffraganeos, ſufficit dicere, quòd ſi Archiepiſcopus ſit eorum iudex ordinarius, eos enim poteſt excommunicare, ſuſpendere, & interdicere ſuccedente caſu, gl. in c. de ijs, il tertio, 12. diſtin. vide Concilium Antioch. can. 14. & 15. & Abb in c. poſtulatis numero 11. de ſent. excomm. Quarto ſubditorum ſuffraganeorum Archiepiſcopus non eſt iudex, niſi appellationum, & ſic non poteſt auocare cauſas a ſuis ſuffraganeis. Couar. pract. quæſt. c. 9. nu. 10. & dicam, in ver. appellatio. Hoſtien. in ſum. tit. de off. ordin. §. ſunt autem diſtinctæ, nu. 7.

AD SECVNDVM Reſpondetur, primo negatiuè, per Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. de refor. & licet videatur loqui de Epiſcopis, tamen intelligitur, etiam de Archiepiſcopis, glo. in c. 1. in 2. notab. de off. ordin. lib. 6. Couar. lo. cit. c. 9. nu. 2. & Feli. in d. c. paſtoralis, co. vlt gl. in Clem. fin. in ver. etiam celebrare, de priuileg. dicit quis quòd hoc videtur repugnare, c. 1. & cum ſimilibus, de auct. & vſu. pal. vbi habetur Archiepiſcopum poſſe vti pallio in tota prouincia: ad hoc reſpondetur. Primo illud procedere, de iure antiquo, quando Archiepiſcopi viſitabant totam prouinciam, prout in capitulo primo, de cen. libro ſexto, & tunc exercebant pontificalia in tota prouincia: nunc vero ſecus de iure nouiſſimo, facit quod dicitur, c. primo, de auctor. & vſu. pal. in illis verbis (vbi cunque) quod exponens Hoſtien. in ſum. eodem titulo, §. quo loco, numero ſexto, vbi cunque ideſt in loco competenti. Secundo reſpondetur, quòd intelligitur, quando de licentia ſui ſuffraganei ſic exerceret pontificalia intra ſuam prouinciam, vt poſſet uti pallio, prout patet per ſuperius allegata, & hodie requiritur expreſſa licentia, nec ſufficit tacita, prout verba concilii ſonant. Tertio non tamen prohibetur, Archiepiſcopum poſſe exercere pontificalia in locis exemptis, exiſtentibus intra ſuam prouinciam, etiam ſine licentia Epiſcopi, intra cuius territorium, ſiue diœceſim eſt ſitus ille locus exemptus, per Clem. Epiſcopalem, de priuil. ratio eſt, quia a iure. antiquo nõ eſt recedendum, niſi & c. Sed locus exemptus non dicitur de diœceſi, prout multis doctoribus probat Syluest. in ver. excommunicatio. 2. nu. 12. & locus exemptus eſt, ubi pręlatus illius hẽt iuriſdictionem Epiſcopalem, D. Anto. 3. pa. tit. 24. ca. 65. §. 1. vt verbi gratia, eſt Abbatia Sancti Angeli ad faſanellam, ſita intra diœceſim Caputaquenſẽ, & quando Archiepiſcopus poſſit punire ſubditos ſui ſuffraganei, vide Abb. in cap. ex parte, de inſtitut. Bal. in marga. Innoc. in ver. Archiepiſcopus. cæterum, cum Archiepiſcopi hodie non poſſint viſitare prouinciam; nec pontificalia exercere, ſolũ eis remanſit crux, & mozeta, quia poſſunt per totã prouinciã crucem, & mozetam portare. de primo vide Syluest. in ver. Archiepiſcopus, nu. 6. §. vlt. de ſecundo ita habet conſuetudo, & vidi obſeruari in multis Archiepiſcopatib. vide Abb. in c. antiqua, nu. 7. & 8 & de priuil. vbi tractat de cauſa etiam Epiſcoporum: Sed an poſſit concedere indulgentias per totam prouinciam, videtur quod ſic ca. noſtro, & ibi Abb. nu. 1. ſed non videtur poſſe per dictum Conc. Trid.

Archiuium.

ARCHIVIVM, Circa hanc materia, dico primum, quod ſanctiſſimæ ſac. congreg. Card. declarat. 38. cenſuit in hæc uerba, Canonici, & beneficiati debent dare notã, & copiam authenticam omnium bonorum, ad dictos canonicatus, & beneficia pertinentium Capitulo, & Archiuio cathedrali, vt eas reponere, & ſeruare poſſint in illo & in multis viſitationibus, quæ paſſim factæ ſunt, & fiunt in dies, à viris

doctis,& piis,vidi hoc obseruari, vt omnes presbyteri beneficiati registrarent instrumenta,& inuentaria redituum,censuum,& aliorum,quæ possident sua beneficia,& afferrent copiam authenticam ad ipsum Episcopum,& originale remanerer penes eos,quæ registrarentur in libro quodam magistrali,perpetuo conseruando in Archiuio cathedrali,sub hac forma: Ecclesia N. possidet petiam terrę, siue domum sitā in loco,N.propriè vbi dicitur,N.Iuxta bona,N.& N.relicta à quondam, N. vel empram ab N.patet instrumēto cōfecto manu notarii,N.sub die N. mense N. anno N.& est reditū pro ducatis N.aut pro modiis frumenti,olei,vini, ac aliorū singulis annis dictę Ecclesiæ N.& de hoc saluberrimū bānū exiit ex ordine Sāctissimi Domini Sixti V.sub anno Domini,1588.die 14.mensis Septembris, Pontificat.sui, anno 4. quo pręcipitur,vt omnes notarii,per terras Ecclesiæ Romanæ,eique immediate,uel mediate subiectas,afferre debeāt omnes scripruras, quorumcunque contractuum, quos fecerint,in termino quindecim dierum,a die cōfectionis ipsorum ad archiuiū erigendum in singulis terris prædictis mediante salario prefixo,prout ibi.

Secundò dico,quòd est necesse in omnibus cathedralibus, fiat registrum omnium bullarum beneficialium,& ordinatorum ad ordines ecclesiasticos,& sic seruatur in omnibus cathedralib.bene firmatis,vt in ca.quoniam contra,& c.cum causa, & ibi gl. de probat.& fere per totum ti.de fid.instrum.& c.ad audient.de præscript. & ibi fere per totum,& in tit.de priuil.& Clem.vnica,de iurciur.& ibi glo.in uer. archiuiū & ibi Abb.nu.20.vide Conc.prouinc.Beneuent.celebratum sub Cardinali. Sabello Archiepiscopo,in cap.de catast.bon.eccles.sed an scripturæ registrorum faciant fidē, vide Inn.in c.1.de procur.

Arma siue insignia.

PRimo,quando arma,siue insignia possint auferri,vel mutari a capellis,seu ecclesiis, vide Capyc.decis.27.num.41.& infra,quando probent absque scripturis, vide Gui. Pap.uide Bart.in materia,in suo tract.de insig.& arm.

Secundo,arma,insignia,seu literæ,siue epitaphia inscripta in lapideis marmoreis, an probent? dic q sic,gl.in c.1.in ver.scripturam,de instru.nouell.de iure prothomis.§.quintus,nu.94.tertio per litteras marmoreas probatur etiam ius patronatus: Bal.cōs.310. vol.5.Bar.cons.135.Ripa,l.1.nu.37.ff.si cert.pet.Guid.Pap.decis.341.n.3.Vin. de Anna.singul.283 Abb.in c.proposuisti,nu.9.de conf.eccl.uel altar, glo.in c. cum causā. in ver.per libros,de probat.& libri cronicorum,seu historiarum apud Aquens. deci 190.secunda p.

Tertiò,Arma prohibita,vt archibusettos,breuioies mensuræ duorum palmorū deferentes, quas pœnas incurrant, vide Pij IIII.Bullā 65. & deferentes pugiones, cultello & aliud genus armorū breuioris mensuræ triū palmorū pœnas,vide Pij V.bullā 151. quarto,clerici nō possunt portare arma c.quicunque,23.q.8.nisi causa inimicitiæ arma defensiua,gl.ibi,sed dicit,vt faciant sicut Moses c.si.36.dist.Afflict.in constit.Apostatantes.nu.19.

Accusatio.

PRimò videto Diaz,pract.crimin.can.c.6.quomodo fieri, vel formari debeat.

Secundo,quod discrimen sit,quando proceditur via accusationis, vel inquisitionis, uide in c.inquisitionis.de accus.

Tertiò,quid si confiteatur,etiam quando per viam inquisitionis,uide Diaz,lo.cit.c. 19. Foller.pract.cri.ti. de confess.nu.86.& c.2.de confes.& f.96.

Quartò,licet de iure accusator describi debet ad pœnā,si non probet,vt in c.super his,

de

de accus. tamen si omissa fuerit inscriptio, non ideo vitiatur processus, & ista inscriptio accusatoris, hodie recessit ab aula, per contrariam consuetudinem, Foller. vbi supra, fol.98. numero 3.& hoc affirmat ex Afflicto,& Aret. vt ibi est videre: quod vtinam hodie obseruaretur, vt antiquitus. Iuxta ea, quae dicit Bernar.in lib.de considerat.ad Eugenium, Couar.lib.2.c.9.nu.1. var. resol. tamen accusator deficiens, arbitrio iudicis puniendus est. dicto cap. super his, & Clarus q.18. vers.quando, dicit esse communem opinionem, sed hoc fuit abolitum ab vsu, quia multi, perterriti subscriptione,nolebant accusare,& ita sublata fuit subscriptio,idem Clarus q.81.ver. sed quaero,tamen quando deficiunt in probatione. possunt etiam puniri.

Quinto, vsque ad quem gradum admittantur ad accusandum consanguinei prosequentes suorum iniuriam, vide Maran. 6. par. cap.1. numero 62. vbi concludit vsque ad sextum inclusiue.

Sexto,clericus potest accusare reum cum cautela, prout in cap. Praelatus, de homicid. lib.6.quia stante illa cautela, etiam si post accusationem sequatur mors, vel mutilatio, non ideo est irregularis, Syluest.in ver.accusatio,§.4.Gomes.in q.2.col.4. de ann. poss.Foller.vbi supra,in fragm.num.7.Sot.lib.5.art.1.in fi.& hoc non solum in criminalibus,quae sunt contra bonum publicum, sed etiam contra bonum priuatum, Couar.in Clem.1.de homic.2.p.§.5.Caiet.2.2.q.35.art.7.& Sot.in tract.de rat.teg. vel deteg.secre.Nauar.in c.periculose,nu.6 .in glo.de poenit. dist.1.

Septimo,accusari an possit quis pluries de eodem crimine,vide cap.perscriptae, §.libellorum,2.q.8.Couar.lib.2.cap.10.var. resolu. 8. accusatus actore non probante an sit diffinitiue,vel ab obseruatione iudicij absoluendus? vide, & distingue cum Couar lib.2.c.10.var.resol.8.accusatus actore non probante an sit diffinitiue , vel ab obseruatione iudicij absoluendus? vide, & distingue cum Couar.lib.1.c.1.nume.8.& 6. & lib.2.c.10.an cum clausula nouis superuenientibus.

Octauo, accusans falso, vel calumniose, punitur cap. dilectus, de calum. cap. qui non probauerit.2.q.3.

Nono, quando quis teneatur accusare ex officio: vide multa per Felyn. in d. cap. dilectus,vbi ponit quinque causas.

Appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Quando licet appellari a sententia Suffraganei ad Metropolitanum.*
2 *Quando appelletur a sententia excommunicationis Suffraganei ad Metropolitanum, qua praxi sit vtendum.*
3 *An sit necesse appellare coram iudice a quo,& ab eo admitti,uel an sufficiat habere recursum ad superiorem.*
4 *An possit iudex a quo absoluere ad tempus excommunicatum,appellantem pendente lite cum reincidentia?*
5 *Quae differentia sit,quando appellatur ab interlocutoria,seu grauamine,& quando a diffinitiua,quo ad iudicem,ad quem.*
6 *Quodnam dicatur grauamen irreparabile.*
7 *Qua forma sit inhibendum Episcopo.*
8 *An ab Episcopo exempto, qui tamen semel eligit in Conc. prouinciali Metropolitanum sit appellandum ad dictum Metropolitanum electum.*
9 *An omnis appellatio sit admittenda,& maxime quando appellatur a comminata tor-*

tura, vel a cominata censura ecclesiastica, vel a notorio facto.

10 *An teneatur suffraganeus assentiri omnibus inhibitionibus sibi factis a metropolitano.*

11 *An liceat appellari à sententia interlocutoria, siue ab excommunicatione etiam elapso decemdio.*

12 *Quando metropolitanus est iudex contra Episcopum sibi subditum.*

13 *Quibus casibus possit metropolitanus cognoscere de causis subditorum sui suffraganei, etiam sine appellatione.*

14 *An lata excommunicatione in aliquem possint ante decendium affigi cedulones.*

15 *An iudex a quo, possit arctare terminum ad prosequendum, siue petendum apostolos.*

16 *Quando Archiepiscopus possit esse iudex inter suos suffraganeos.*

17 *Ab possit adiri metropolitanus per uiam querelæ, quãdo sublatum esset remedium appellationis.*

18 *An deferens appellationi ob reuerentiam Sedis Apostolicę, uel cuiusuis superioris totam iurisdictionem a se ab dicat.*

20 *Quibus expensis est rescribendus processus in causa appellationis.*

21 *Quotuplex terminus conceditur appellanti.*

22 *Quando iudex potest exequi sententiam suam si non detulit appellationi.*

23 *An appellatio suspendat interdictum, & cessatione a diuinis.*

AD PRIMVM Sac.Conc.Trid.sess.24.c.20.de refor.dicit solum in trib.casibus posse appellari a suffraganeis ad metropolitanum. Primo a diffinitiua, quæ imponit vltimam manum liti. Secundo ab interlocutoria habẽti vim diffinitiuæ. Tertio à grauamine irreparabile, quod per diffinitiuam non potest reparari, quę nam sit differẽtia inter sententiam diffinitiuam, & interlocutoriam habente vim diffinitiuæ, uel interlocutoriam simpliciter; vide pro practica, Mara.6.p.tit.de sent. a num.1. usque ad 46. uide Bal.in l.1.in princ.C.sent.rescin.non poss.Boer.deci.79.num.8.Conc.Latera. sub Leone X.Sess.10.§.sacro:Conc.Trid.sess.13.c.1.de refor.Similiter sac.congr.decl. 283.censuit in hæc verba: Facultas concessa appellandi à sententiis alicuius Archipresbyteri, qui sit nullius diœcesis ad Epm, intelligenda est, vt nulla in causa interpositas appellationes a sententiis Archipresbyteri, ad se prædictus Episcopus aduocet, nisi vel à diffinitiua sentẽtia dicti Archipresbyteri, vel ab ea, q̃ snīæ diffinitiuæ vim hẽt & cuius grauamẽ p appellationẽ a diffinitiua snīa reparari nequeat, appellatum fuit.

AD SECVNDVM c.venerabilibus, de sent.excom.lib.6.§.porro, &c.per tuas, cum similibus habetur, metropolitanum debere ante litis ingressum absoluere appellantem, quæ absolutio appellari solet habilitatio, ad hoc, vt possit appellans agere in iudicio, etiam parte aduersa reluctante, c.qua fronte, de appellat tamen, quia hoc videbatur periculosum, nam appellans videns se sic absolutum, vel ad cautelam, vel habilitatum ad actus iudiciales, indifferenter conuersabatur cum omnibus, & nõ existimabat cẽsuras illatas contra, ipsum ab ipsis suffraganeis in contemptum suffraganeorum, ac censurarum, adinuenta est alia praxi r, & sic iudex ad quem recepta appellatione inhibet iudici a quo, vt per dies aliquot non procedat ad vlteriora, & vt transmittat acta quibus transmissis, & visis in curia metropolitana iudicari potest iuxta, d.c.venerabilibus, & sane, & si inuenerit benè appellatum, & malè indicatum, vel ipsemet absoluet appellantem, vel ad suffraganeum, vt cũ absoluat, remittat: si malè, remittat reũ ad iudicem, ut ipse absoluat: si est dubium, tunc superior si vult deferre suffraganeo, potest appellantem remittere, & si non uult deferre, potest eum absoluere, uide

Anch.

Anch.in c.solet,num.3.de sent.excom.l.6.& Abb.in c.per suas, nu.2.de sent. excom. & hoc practicatur,quando appellatur post excommunicationem: si vero anteaquã incursa sit excommunicatio,superior inhibet,vt supra,& viso de iniustitia actoris, præcipiat,vt ad vlteriora suffraganeus non procedat,& hæc praxis est fundata in doctrina Abb.in c.per tuas,nu.13.de senten.excomm.quam videas,& sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus:vide tamen Couar.in c.alma mater,1.p.§.vlt. a num. 7.vsque ad finem,& glo.in c.1.in ver.prætermissa,de for.compe.lib.6.& gl. in c.vt debitus,in ver.alioquin,de appellat.Vide omnino in cap. Romana.§.sententias, de appellat.lib.6.vbi habet bonam practicam,& ibi Gemi.ver.quæro an excõmunicatus.

AD TERTIVM Cap.vt debitus,de appellat.dicit, appellationem deberi ab appellante proponi coram iudice a quo,& Mara.6.p.ri.de appellat.num.153.dicit nõ solum appellationem debere proponi coram iudice a quo,sed causas grauaminis specialiter,& quòd,qui facit oppositũ,errat per d.c.vt debitus,& gl.ibi,in ver.& dicatur, in c. vero dilecti,il 2.eo.ti.dicitur,sufficere,appellare facto.1.per arreptionem itineris ad superiorem,tamen gl.cit.concordat dicta duo capita,& iuxta,d.c dilecti,vidi practicari in multis curiis metropolitanis,tamẽ tutius est practicari, d.c.debitus, prout gl.& Doc. ibi quando vero sufficiat appellari facto,vt per itineris arreptionem, vide Gom.in q. 11.& col.2.de impet.benef.per ob.fam.Card.Grillan.de fug.carcer.num.20. Foller.de compar.in prac.cri.n.7.Boer.decis.1.nu.24 Guid.Pap q.25. & 435.nu.5. & 59.& 62. melius,& nu.67.per totum.vbi habes pulcherrima in hac materia.

AD QVARTVM Respondetur affirmatiue, Couar.lo.cit.§.11.à nu. 6.vbi dicit, quòd licet excommunicatio vere non possit suspendi,tamen nihil impedit, quin ab ea detur absolutio ad certum actum, vel tempus,quo finito, ille reincidit in eandem excommunicationem,vt prius,& dicitur absolutio cum reincidentia, facit c. veniens, il 2.in fi.de test.& c.de cætero,& ibi Abb.nu.2.de sen.exco.ratio est, quia absolutio ab excommunicatione non est sacramentalis,nec pertinet ad ordinem, sed ad iurisdictionem,Innoc.in ca.tanta,nu 3.de exces.prælat.idem lo.cit.nu.10.Syluest.in ver.absolutio, 1.nu.2.Nauar.c.27.nu.41.& hoc,vel quando pendente causæ cognitione, esset magnum festum,& ille vellet viuere more Christianorum,& fidelium,vellet quærere testes,uel scripturas pro sui defensione,facit c.2.in 2.resp.de sent. excom.lib 6.& sic vidi practicari,practicaui,& obtinui in multis metropolitanis.

AD QVINTVM Videtur primo,gl.in d.c.vt debitus,in ver.alioquin, & glo. in ca.1.in ver.prætermisso,de foro comp.lib.6.Mara.4.p.d.6.num.26.& Coua. pract. quęst.cap. 9.num.5.conclus.prima,& an semper cognito de grauamine, deuoluatur negotium principale ad ipsum Metropolitanum, vide Gom.in c. si annum, nu.11.de iud. libro 6.c.olim,de excep.vbi non semper deuoluitur principale negocium, quando appellatur ab exceptione iurisdictionis,vide dec.Rotæ 1.de offi.deleg.in nouis. & addit.ibi, n. 2.uide Staph.de lit grat.fol.319.nu.2.Couar.pract.q.c.9.nu.5.per quinque conclusiones,nec quando pronunciat Iudex ad quem,malè appellatum,quia tunc non deuoluitur ad eum negocium principale Gom.in.in c.1.§.post hæc in fin. de appel.lib.6.nec quando constat appellationem non fuisse legitimam ab interloquutoria Gom.in c.Romana,§.fi.de appel.lib.6.nota.2.& an hoc valeat in iudice,etiam delegato, ut cognito de interlocutoria,procedere possit ad negocium principale.Secundo, quod dum appellatur ab interlocutoria non suspenditur iurisdictio iudicis à quo,nec attentata, antequam inhibeatur, & reuocatur per iudicem ad quem,Guid.Papa quæs.74.capitulo non solum de appellat,libro 6.& hoc intellige, ni detulisset, quia tunc ligantur eius manus ex tunc,Mara.6.parte,de appell.numero 209.& 182. & decis. Rotæ 1. de offic. delegat. in nouis. Tertiò, quia appellatio ab interlocutoria iustificatur ex deductis,& non ex deducendis,Clem.appellanti,de appell.& gloss.ibi, in ver.probandis. Quarto,nec sententia lata post appellationem ab interlocutoria, est nulla,decisio.

Capuraquenf 34.& ita dicit fuiffe tentum,die 4.Decembris.1551.

AD SEXTVM Refpondetur,quòd quo ad iftam materiam,grauamen irreparabile di citur omnis actus irretractabilis,excõmunicatio,carceratio,tortura, & alia huiuſmodi,Abb.in c.cum in contemplatione.nu.4.de reg.iur. Mara.6.p.tit.de appel.nu. 216.Io.And.in c.dilectus,il 2.de refcr.Phil.in c.fuper eo, il 2. c.1.de appel.Direc.inquifit.3.p.num.151.Syman.de car.inftitut.tit.65.nu.20.ratio eft, quia excommunicatio non poteft per diffinitiuam reparari, quin excommunicatus non fit aliquis, fic,vel carceratus,vel tortus,nam funt actus ferentes fecum executionem in inftanti:vid.Bald.in marg.Innocen.in verbo appellari. hinc oriuntur multa dubia, primum an ab omni carceratione licet appellare? Secundo an ab omni comminata tortura? Tertio an ab omni excõmunicatione? Ad primũ dicitur,qđ non, nifi quando grauaretur in carceratione,Philip.lo.ci.& in c.ex parte il primo, col.2.de appellat.& hoc effet quando vel quis detineretur iniuftè,vel quando caufa effet in limine expeditionis,& fuffraganeus nollet eum expedire,nec obftat quod fuffraganeus poffet dicere,ego habeo tempus duorum annorum ad expediendam caufam, c.20. feff.24.Conc.Trid. quia,conceffo quod illud nomẽ caufæ,poffit fumi pro criminali, & ciuili, prout Card.in clem.1 q.18.de offic.vic.& Mara.5.p. nu 66. licet appellatio ne caufarum generaliter facta,non conprehendantur caufę criminales quando fcilicet committuntur fimpliciter caufæ,argum. c.licet,& ibi Gemi.notab.4.de offi. uic. lib.6.Illud intelligitur quando caufa effet non bene inftructa,& adhuc effet opus ꝓceffu informatiuo,vel alijs neceffarijs ad caufam, fed quando omnia funt completa, & nihil aliud reftat,nifi expeditio caufæ,tunc fuffraganeus detinens carceratum, in iuftè faceret,& ille carceratus poffet appellare,& iure appellaret tanquam grauatus, c.1.de appellat.lib.6.c.non ita,2.q 6.& c.cum fit Romana,de appellat.cum aliis vulgatis,fecus vero quando fuffraganeus carceraret aliquem, & ftaret adhuc in proceffu informatiuo,quia ille tunc non poffet appellare,nec effet appellatio admittenda, ratio eft,quia fuffraganeus non poffet carcerare aliquem quin femper carcer diceretur grauamen irreparabile,& fic femper deluderetur tribunal fuffraganeorum, & ad hoc facit,decif.Rot. 1.vt lite pendente in nouif. n.7. & ibi addit.c.de priore, de appellat.l.quoniam iudices,C.de appel.Staph.de lit gra.fo.297.nu.1.2.& 3. Go.in c.difpendia,nu.10.de refcrip.Bal.in l.aperuffimi,in 5. notab.C.de indic.quibus iuribus, & doctrinis prohibetur appellatio ab interlocutoria, quando non iufte appellaretur,prout patet ex dictis:ad quod animaduertere debent metropolitani, ne de facili obtruncent capitibus caufas fuorum fuffraganeorũ,facit quod dicit Gui.Pap q.236. & qñ quis dicatur iuftè carceratus,vel iniuftè,vide Bal.confi.40. & 41. volu. primo, in l.1.in princ.colum.7.de quæftio.& in fua pract.crim.§.attingam,nu.47.& fic videbis,an poffit appellare ab iniufta carceratione,vel non, vide Boer.decif.215.num.34. Ad fecundum dicam inferius,§.9.ad tertium dicam ibidem. poffet etiam appellare, quando quis capitur carceratus,fi iniuftè carceraretur, vel haberet iniquum iudicẽ vel timeret eius tyrannidem,cap.omnis oppreffus, 2.q.6.Sotus lib.5.q 6 ar.3.de iuft. & iure,cap.fin.de accufat,lib.6.& ibi glo.in ver.reclamante.Couar.pract.q.ti.23.Vide Gemi.in c.1.de fuppl.negli.pręla lib.6.

AD SEPTIMVM Eft notandum illud quod dicitur,in c.1.§.officiales,de offic.ordin.li. 6.& ibi Gem.in gl.cap.fecundo,& ibi glo.in vet.aliter,de offi.deleg.eod.lib & Staph. de lit.grat.fol.291.nu.4.ex quib.habentur duo,quod Archiepifcopo exiftenti in prouincia non poteft Vicarius eius generalis ferre fententiam alicuius cenfuræ ecclefiafticæ in fuffraganeum,Rebuff.in pract.benef.in for. Vic. num.164.fed hoc intelligit de fententia diffinitiua cenfurarum,& non quãdo Vicarius generalis, metropolitanus inhiberet fub pęna fufpenfionis,feu interdicti.Secundum quod quotiefcunque inhibetur,vel præcipitur aliquid,non inhibetur Epifcopo fub pœna excõmunicatio

nis,

nis,facit d c.de offi.deleg.& c.1.de cler.venat.quod animaduertere debent omnes or dinarij,& delegati apostolici,quando inhibent Episcopis,quia vidi multos decipi in hoc,Staphil. vbi supra.

AD OCTAVVM. Dico primnm,quod electio semel facta ab Epo exempto de metropolitano,ad cuius synodum cõuenitur,ligat successores,similiter electio facta à prælatis illius diœcesis pro visitationib.declarat.sac congregat.7.Concil.Trid. sess.24.c.2. de reform.& hoc extenditur etiam quò ad appellationes, & ita audiui practicatum fuisse in archiepali curia Genuësi,ad quã appellatũ fuit ab epo,quia qui semel elegit, nõ pôt iterato eligere,& cõprobatur rõne,nam ista electio semel facta, ligans etiam successores parum deserui,si solum facta esset,vt deinceps exemptus, qui alias non tenebatur,debeat ad Conc.prouinc.accedere,& vt sua in diœcesi vtatur constitutionibus in Conc.prouinc. editis,nisi ad appellationes etiam extenderetur,ad hoc vt commoditati, & dispẽdijs litigantium succurreretur,ar.c.nonnulli,de rescrip.& c.statum,§.cum uero,eo.ti.lib.6.cle.dispendiosa,de iud.Conc.Trid.sess.25.c.10. & sess.24. c.20.de refor. & licet rationes adductæ sint probabiles,tamen contrariũ videtur elici à sac.Conc.sess.24.c.secundo,§ in reliquis,nam ibi tantummodo videtur obligare Episcopos exemptos ad eligendum semel metropolitanum,quæ electio (vt sæpe dictũ est obligat successores,ita censente eadem sac.congreg.sed an teneantur ad obseruandas constitutiones factas in conc.prouinciali, videtur clare colligi ex dicto sac. Cõc. in illis verbis, & quæ ibi ordinata fuerint obseruent,ac obseruari faciant,in reliquis omnib.eorum exemptio,& priuilegia,salua atque integra maneãt. facit quod deuolutio beneficii Episcopi exempti,sit ad Papam,& non ad metropolitanum, licet etiam quod Illustrissimus & Reuerendissimus Scipio & Gesualdus Archiepiscopus Cõpzanus fecerit me videre quandam declarationum eiusdem congregationis,qua censebant exemptos Episcopos nec teneri ad seruandas constitutiones factas in dicto cõc.prouinciali,quod mihi visũ est quodãmodo oppositũ dictis verbis.

AD NONVM Respondetur primò, quod quando omnia rite, & recte processerunt ut quia datæ fuerunt defensiones,& repulsa concessa,cũ esset petita, & publicatus processus, & auditus reus in omnib.suis iuribus,cum eius procuratore,& aduocato, & inditia nõ sunt euacuata per defensiones,& alia regulia acta sunt, & uidetur potius appellari ad dilatandum, & ad differendum sceleris punitiones, q̃ tunc non debet admitti appellatio a comminata tortura,Couar.pract.quæst.c.23. nu.5.cõclu.1.uer. tertium.Nauar.in c.inter verba,conclu.64. Iuxta finem, 2.q.3.Folle.pra.cri. fo.127. nu 5.Diaz.in prac.cri.can.c.117.Secundo q̃ a communicatione debet admitti, c.ptuas,de sent.excom.c.ad audientiam,de appellat.c.solet,de sent.excom. libro sexto , Nauar.c.27.num.4.Syluest.in ver.excommunicatio 2.nu.1.& uer.absolutio, 2.§.6.ca. venerabilibus,§.sed si,de sent.excom.li.6.cap.ad reprimendam,de offi. ordin. Guid. pa.q.436.numero 33.& numero 15.& quęst.75.numero 2.fallit in notoriis criminibus,& publicis,c.peruenit,c.pastoralis,§.ueto,c.cum sit Romana,§.præterea, de appellat.Abb.in c.patrochianos,nu.2.de pœn.& remis.Couar.in ca.alma mater, 1.p.§. 2.numero 9.sic etiam in omnib.appellat.friuolis,c.cum appellationibus, & ibi scribentes,de appellat.lib.6.& idem obseruari potest in causa fidei,Direct.inquisit.3.pa. numero 151.Sim de cat.institut. tit.65. numero 20.ubi habetur,quod quando friuola esset appellatio à tortura,non esset appellatio admittenda etiam in causa religionis,vide de hac materia,Gui.Pa.quæst.74.num.secundo,decis.Rot.58.de appellat.in nouis.per l. si quis prouocatione,C.de appellat.c.non ita,secunda,quæst.6.

AD DECIMVM Respondetur,ex Conc.Trid. sess.13.c.1.de refor.& sess.24.c.20. de refor. vbi habentur hęc verba:Nec Eiscopus,nec Vicarius appellationi huiusmodi, tã quam friuolæ deferre teneatur,nisi in illis tribus casibus,de quib.supra,in §.1.& sac. congregat.declarat.181.ita censuit,Archiepiscopus non debet se ingerere in pri-

ma instantia causarum,quæ agitārur coram eius suffraganeo; & in alia declaratione, quæ est 211 dicitur non est inhibendum Episcopis in aliqua causa,quæ fit coram eis in prima instantia,nec deferendum appellationib. nisi in illis tribus casib. de quibus sup.adest bulla Greg.XIII. quę est 24.fol.1220.in bullario.

Decimo hospitalia quæ nam sint, uide in verb. hospitale, & an, & quando ueniant appellatione beneficiorum, vide cle. 1. & ibi scribentes, de preben. Gom. q. 2. de trien. poss. ubi dicit, quod per dictionem, quodcunque, venit hospitale, glos. in clem. fi. in uer. quodcunque, de uita, & honest. cleric. & Gom. q. 7. de trien. poss. Sylua. 3. par. q. 57. per totam, & 1. par. q. 6. nu. 26.

Vndecimo. Commenda potest fieri de non curato, & de curato beneficio, glo. in c. nemo & ibi scribentes, de elect. lib. 6. & an hodie dentur in titulum. Vide Gom. q. 5. de trien. possess. ubi dicit, ꝙ sic, & q. 5. de idiomate, & de expect. nu. 66. & q. 13. de infirm. resig. & q. 26. de ann. possess. & an commendatarius dicatur in dignitate constitutus, vide eund. in c. statutum, n. 77. in noua ampliatione, de rescrip. li. 6. & hodie pro maiori parte sunt perpetui, & consequenter faciunt fructus suos, utuntur mitra, & baculo, ut uidi Surrenti, in conc. prouin. vbi sunt quatuor Abbatiæ commendatæ, & memini quendam Archiepiscopum, dum dubitaret, quia audiuit leges ciuiles existens commendatarius, per cap. fin. ne cleric. uel monac. Papã Greg. XIII. secum dispensasse dum dubitabatur, ne incurrisset aliquam irregularitatem, uide de hac materia Boer. decis. 271. & Capy. dec. 3. n. 1. & Vide Gemin. in ca. nemo uer. in ea gl. ibi, non, ubi dicit per illum tex. & Doct. in illo, quod commenda habet quandam attinentiam, uel affinitatem cum prælatura, per quam ecclesia non dicitur uacare sicut dicitur de præscriptione, & consuetudine, quæ sibi attingunt. Duodecimo dignitas quid sit, quot, quę sint, uide Syluestr. in uer. dignitas, & Arch. in c. 1. de consti. li. 5. & quæ sit prima post Pontificalem, uide gl. in c. de liberatiõe, in uer. electionis, in fine de off. leg. li. 6. & Staph. fol. 8. n. 9. & hoc deseruire poterit prælatis pro intelligentia regulæ cãcel. in qua reseruantur Sũmo Pontifici oẽs maiores dignitates post põtificalẽ, tam in cathedralib. quã in collegiatis, & licet de iure sit

Archidiaconus, tamen de consuetudine, secus.

Ad dignitates assequendas, si curatę, sunt requiritur ętas vigintiquinque annorum, saltē incepta, Conc. Triden. sess. 24 c. 12. de refor. §. nemo igitur, Gom. in c. statutū, n. 99. c. cum in cunctis, de elect. in dignitatib. uero, seu personalibus, non habentibus curam animarum requiritur viginti duorum, Conc. lo. cit. §. ad cęteras, quos sufficit inchoasse, Naua. c. 25. n. 116. dubitatur Primo an ualeat hoc decretum, etiam in dignitatib. seu personalibus ecclesiarum collegiatarum, & uidetur quod sic, per uerba Concilii, tū contrarium censuit sacr. congreg. declarat. 262. ubi dicit decretum non habere locum in collegiatis, & hoc potest adiuuari iure communi, per c. statutū, de elect. li. 6. in quo non includitur c. licet canon, eo. tit. & lib. quoad parochiales colligiatas, similiter nec constitutus in dignitate archidiaconatus habente annexam parochialem, tenetur dispositioni c. licet canon, ut pro nouerit, debeat infra annum, Boer. decis. 119. n. 7 Secundo per c. licet canon, & c. commissa, eo ti. & lib. datur annus, ut quis possit promoueri ad ordinem presbyteratus, si assecutus est ecclesiam curatā, Gem. in d. c. ver. sed cū istiū, dicit textū nō includere dignitates, Sed Con. Trid. d. sess. 24. in dic. c. 12. requirit ætatem 25. ann. & quod possit exequi munus suum, & innouat c. cum in cunctis de elect. ergo requirit dictam ætatem & ordinem, prout in c. licet canon, eod. tit. li. 6. dubium est, an sufficiat habere viginti tres annos cum dimidio, ut quia tunc est diaconus, & in fine anni attingit uigesimum quartum cum dimidio, & sic fieri presbyter, & uidetur q. sic, ut patet ex superiorib. respondetur tamen oppositum esse verius, ratio est, quia attenditur tempus datę, c. si eo tempore, de rescrip. li. 6. & c. cum cunctis, §. cum inferior, de electione, accedunt verba clara Concilii dicentis, nisi qui saltem, 25. suę ætatis annum attigerit, Nauar. lo. cit. Anan. in rub. de æta. & qual. nu. 1. & Abb. in c. cum in cunctis, §. inferiora, nu. 1. & 3. de elect. Dyn. in c. firmatur, nu. 3. de regu. iur. lib. 6. facit quod notat decisio Capuaqu. 127. p. p. ubi habetur, quod parochialis non debet commendari alicui, nisi constituto in ætate legitima & in sacerdotio, per cap. nemo deinceps, de elect. & hoc in terminis dicit Gemin. in dic. capit. Si eo tempore uer. in ea glossa in fi. Tertium an sint idem dignitas, personatus, & officium. ad hoc dico Primò quod aliqui dicunt, esse synonima, per c. cum accessissent. de constitut. Secundo, uide Gom. in c. statutum, de rescrip. lib. 6. a nu. 17. & infra, & Sylua. 1. p. q. 2. nu. 36. vsq; ad 44. & c. 1. de consuetu. lib. 6. gl. in Extrauag. Execrabilis, in uer. duas, Staph. de litt. grat. fol. 10. a nu. 2. & inf. & Sylua. lo. cit. nu. 42. ubi dicit, quod tria sunt, quæ faciunt dignitatem, decis. Rot. 9. de præb. in nouis. Boer. decis. 286. Quarto an Episcopus possit constituere nouas dignitates in aliqua ecclesia, vel cathedrali sine auctoritate apostolica, hic sunt duæ opiniones, prima Innocen. referētis. glo. in c. cum olim, in uer. concessimus, de consuet. & Sylua. prima p. q. 4. nu. 18. & 4. q. 7. nu. 20. casu 116. ubi dicit quod sic, q̄ confirmat ex Barr. in tract. de epis. 2. par. libro 4. & ex Speculatore, in tit. de dispensat. uers. 107. Secunda opinio est glo. in d. c. cit. imo tex. ibi, & in c. cum accessissent, eo. tit. gl. in c. 1. in uer. omues, 22. distin. & Sylua. 2. par. q. 3. nu. 6. uer. 8. & gl. in Cle. fi. in uer. 8. & glo. in Clem. fi. in uer. mensæ suę, de reb. eccles. non. alien. ubi habetur quod non, imo plus dicit ex mente Hostien. in d. c. cum accessissent, quod dignitas, non confirmata per Papam, tolli potest de ecclesia cathedrali per capitulum ipsius, Abb. in d. clem. nu. 12. & in c. transmissæ, nu. 5. de uerb. sign. ego censeo. cum secunda opinione, ratio est, quia sic habui in facto, & sic respōsum fuit ab Vrbe, & quod dictum est de nouis constituendis, idem in ueteribus extinguendis per dicta iura & glossas. Hostien. in sum. tit. de constitut. §. quando constitutio. nu. 20. uer. cum quæritur, dicit quod sic, & Innoc. in c. cum accessissent, eo. tit. nu. 2. uer. item Episcopus, dicit quod sic, & ita potest practicari, & ita audiui practicatum fuisse ab Episcopo Stabiensi, siue Castri ad mare, annis elapsis, nominato Antonio Lauro Neapolitano, qui habebatur pro magno canonista & in sua cathedrali creauit multas dignitates. Quinto an Episcopus posset constituere nouos canonicos, uel ueteres extinguere, absque sedis

Apostolo-

Apostolicæ facultate, respondetur,(relictis, quæ de iure antiquo dici poterant, per c.fi. & ibi glo.in uet.excreuisse, de uer.sig.) quod hodie per sac.Concil.Trid.sess.24.c. 15. de refor.habetur, posse Episcopum cum cõsensu Capituli propter tenuitatem introituum pront ibi, & econtrario sensu, posse etiam nouos constituere. Inn.ubi sup. Caputaqu. decis.221.p.p.uide Boer.decis.62.nu.7.& c.ex parte, & gl in 1.notab.de constit.& c.1. & 2.de instit.c.ex parte, de concel.præb.& Sylua.4.p.q.7.nu.26 uer.115.& in creatione nouorum canonicorum quomodo sit procedendum, uide Vinc.de Fran.dec.2.nu. 18. & 19.causa ob quàm possit multiplicari numerus canonicorum uel clericorum, ea etiã potest esse, qñ ecclesia habeat magnam quantitatem pecuniæ, uel Introituum de nouo aduenientium, Gemin. in c.si canonici, §.si autem, iuxta fi. de offi.ord. lib.6. Decimotertio. Præbenda, & canonia pro maiori parte semper inueniuntur annexę, interdum uero dist n ̃tæ.Innoc.in cap.cum M.Frrar.num.2.de constit. Gom.de expect. numero 7.Angel.in ver.In magister, §.7.& inf. decis.Rot.33.de rescrip.in nouis.Staphil.fol.75. num.4 & fol.12.nu.1.& 2.vbi canonicus creatus sine præbenda, dicitur canonicus in herbis, & fol.179.num.2.& Gom.de expect.num.37.& c.dilectus, il 1.de præb.& licet iste canonicus sic factus, gaudeat distributionib.quotidianis de iure tamen, per contrariam consuetudinem hodie non gaudet, Staph lo.cit.& ista præbendæ distinctæ, solẽt dari a prælatis lectoribus sacræ scripturæ in cathedralibus, Conc. Trid.sess.5p.ca. 1.de refor.& istis non debent derogari, idem Concil. Trident.Sess.25.capit.quinto, de reformat.& dicitur præbenda theologalis, D. Tho.2.2.q.100.ar.3.ad 3.arg.c. quia nonnullis.cum sequentibus, de magistris.Solet etiam dari laicis præbenda, vt patet in cap.cum M.Ferrariensis, & ibi gl.in verbo receperunt, de constit.Sylua.1.par.q.7.nu.4. Gom.in c.si annum, nu.18.de iud.lib 6.Nauar.c.25.nu.119.Boer.decis.171.& pręebenda quę solet dari laicis non est annexa rei spirituali, cum sit mere temporalis, potest vendi absq; labe simoniæ Caputaqu.decis.356. par.2.facit ca.primum de consuet.lib.6.& Gemi.in c.si.§.in pręb.eo.tit. & li.not.1. vbi ꝑbenda ponitur pro canonicatu, & ibi canonicatus pro præbẽda. Decimoquarto Missę celebrandæ in aliquo altari, legatæ ab aliquo de his fuit consulta sac.congr.Card.num.322.& respondit in hęc verba, dubitatum fuit, quid iuris de illis, qui nullum habent beneficium, sed solum iure legati relictum fuit a quibusdam, ut certę missæ in hebdomada celebrentur, & heredes eorum fecerunt electionem sacerdotis, qui huiusmodi legato satisfaciat, responsum fuit ab eadem congregatione satis esse, quod dicti hęredes vnum sacerdotẽ ex approbatis ab ordinario elegerint. Decimoquinto distributiones quotidianæ, quę nam sint, uide in uer.distributiones. Decimosexto, plebania est ecclesia curata, quę habet sub se capellas in quibus perpetui clerici instituuntur, c.2.ne cler.vel mon.lib.6.Rebuf.in 3.par.sig.super verba, etiam situationis, nu.7.adeoque plebania addit aliam qualitatem ecclesię curatę, nam non omnis curata est plebania, sed econtra.Decimoseptimo Capellę, quę fundantur in propriis territoriis, vel domibus, etiam cũ dotatione sine auctoritate Diœcesani possunt fieri, & nõ dñr beneficia ecclesiastica, sed profana, & possunt conferri per laicos cuicunque, modo sit idoneus, Gui.Pa.q.187.nu.1.& infra, sed licet secundum dictum ipsius sic procedat de consuetudine, alicubi tamen de iure non potest stare, quia clericos instituere, nõ pertinet ad laicos, sed ad Episcopum, siue prælatum, c.præterea, de iure patron.& ca.ex frequentib.de insti.ubi excommunicantur contrafacientes.Decimooctauo Capellanię, vt in aliquibus altaribus missæ celebrentur, ueniunt appellatione beneficij, glo.in Clem. 2.in uer.si beneficium, ad quintum respons.de dec. Decimonono, Oratoria, de quibus vide inferius, in uer.Missa, §.2.concl.4.& in uer.Oratorium.

AD SECVNDVM Regula est, Episcopum posse conferre omnia beneficia Ecclesiastica in sua Diœcesi existentia, c.ab exordio, 35.dis. Staph.f.55.nu.2.& 3.gl.in c.quãquam, in ver.deuoluerint, de elec.li 6.Inn.in c.postulasti, de iu.pat.Gom de expect.num.3.& 18. vbi dicit, ꝙ Eps est generalis ordinarius Episcopatus sui, & ideo posset conferre benefi

cia in omnib.mensib.nisi ei prohiberetur,quia est preordinator in cunctis, [illegible] 167.quę incipit,de collat.in nouis.c.29.q.3.c.decretum.c [illegible] omnes basilicę,16.q.1.c.de Xenochiis,de relig.dom.c. conquerente,c. dilectum & quasi per totũ de off.ord.Sylua.3.p.q.51.Fallit primò, de beneficiis vacantib.apud Sedem Apostolicã, vel Romanam Curiam,c.2.de præb.li.6.& quo intelligatur apud Sedẽ Apostolicam vacare, vide c.pñti,eo.tit.li.6.Extrauag.Benedicti XI [illegible] quæ incipit, Ad regimen, sub tit.de præb.& Extrauag. Ex debito.Io.XXII.in c3..a sub tit.de elect.& Extrauag.Piæ sollicitudinis,q̃ est Bonif.VIII.sub tit.de pb.& Extrauag.Execrabilis,sub eo.ti.Go.q.17.in reg de impetr.benef.per obitũ fam.Card.& q.31.de [illegible] col.2.uer.& iõ ,p clariori,& gl.statutũ, in uer.Curia,eo.tit.& li. & in Sum.de oĩb.reseruationib.vide Go.in d.q.31.col.6. ver.1.Dr̃ ẽt vacare in Curia quando fertur ibi sententia priuationis, vel in citatum personaliter,vel per procuratorem.Decis. Rotæ [illegible] 35.de præb. in antiquis. Caputaqu.Decis.64 Fallit secundo,in c.2.de conces.præb.vbi habetur,quod si Episcopus,vel is, ad quem spectat collatio,intra sex menses non disposuerit,collatio deuoluitur ad superiorem,vt ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc,ad Primatem, ab illo , ad Patriarcham,& demum ad Summum Pontificem,c.licet,de supl.negl.prælat. Abb.in d. c.2. nu.7.sed in beneficijs curatis, Pius V. prouidit in Bulla sua, 32. de qua memini,in ver. parochia.Hoc etiam intellige, quãdo hodie darentur omnes isti gradus,sed pro maiori parte,ab Episcopo ad Archiepiscopum,& statim ad Papam fit deuolutio, & quod dicitur de collatione,idem dic de elect.& præsentatione:nam deuoluitur ad superiores gradatim,vel immediate.Host.in Sum.tit.de elect.ver.ex præmissis,nu.24.sed hoc non est verum in Episcopo exempto , nam ab hoc immediate fit deuolutio ad Papam.Rebuf. de deuolut.nu.36 Fallit tertio in omnib.dignitatib.post Pontificalem,tam in Cathedralib.quam Collegiatis,& in Cathedralib.capitulo,si pro eo tempore,de elect.lib. 6.quia maiores dignitates per prædicta sunt reseruatæ per Regulam Cancellarię, nu.45.Sylua.3.q.12.nu.12.In 7.qualitate,Staph.in for 2.expectatiuæ, nu.8.Rebuf.loc. cit.hic,nume.6.& quęnam sit prima dignitas post Pontificalem,vide Gl.in c.deliberat, in ver.electionis,de offi.leg.vbi dicit,standum esse consuetudini,Staph.loc.cit.nu.9. Rebuf.tit. de reseruat.& vide in ver.dignitas, quando est vnica tantum dignitas . Fallit Quarto per reseruationem factam per Reg.Cancell.vbi solum quatuor Menses anni concedũtur ordinarijs,s.Martij,Iunii,Septembris, & Decembris,vt notat Gom.de expectat.nume.13.& Rebuf.de expectat.nu.2.sed si Episcopus,residens sua in Diœcesi, petit Alternatiuam a Summo Pontif.ei conceditur cognitio,sigillo,& [illegible] ad sex menses per litteras obsignatas manu Datarii Sanctissimi Domini Papæ,& sic alternatim concurrit cum Papa,& si hanc non petit,non habet nisi illos quatuor menses,vide Bullam Pij V.164.& 166.vide Bald.in proœm Gregoriano,Gom.loc.cit.Staph.de litt.grat.236. num.25.& in præfat.eiusdem lib.numer.20.& ista Alternatiua currit a mense Martio, qui est Papæ,Aprilis Episcopi,& sic alternatim,imo mensis Ianuarii,spectat ad Ordinarium mortuo Papa.Caputaqu.decis.1254.par. 2.Fallit Quinto,quando Papa propter aliquam Ecclesiæ necessitatem reseruauerit pro tempore collocationem beneficiorũ omnium,seu quorundam, vt in Extrauag. Ex debito,sub.tit.de elect.& in Extrauag.Ad regimen,in tit.de præbend.in communibus;quæ fuerunt temporaneæ,quo ad beneficia , in 2.dispositione illorum,quia in ambabus dicit Summus Pontifex , donec Christi dignatio nos dignabatur,vniuersalis Ecclesiæ sponsæ suæ regimini præsidere, Gom.in q. 2.fol.8.col.1.in fi.super Reg.Cancel.propræmiali.Sed an ista reseruare non cesset morte Papæ reseruantis, etiam si reseruasset beneficia familiarium Cardinalium,Gemin.in c.2.uer.quod nota,de off.leg.li.6.dicit,quod cessat, licet Papa semel manus apposuisset, & nec semel contulisset,ratio assignatur per illũ textum,& sic non ualet semper illa Regula quod semel effectũ semper restat affectũ,quia intelligitur de reseruatione,in beneficiis reseruatis per gratias expectatiuas,siue mandata.Fallit Sexto,de prouiden.prout

Go.in

Go.in pec.tract.de grat.expect.& man.de prouiden.Staph.de litt.grat.sed hodie, (deo gratias,)ablata sunt ista,per Decr.Sac.Conci.Trident.Sess.24.capitulo uigesimonono, de refor.Fallit Septimo,in beneficiis,quorum collatio pertinet ad aliquem ex speciali statuto,consuetudine,aut priuilegio,ut in Clem.unica,de suppl.neg.prælat.& ad alios prælatos inferiores,sicut,& litteras,eod.tit.Sylua.3.par.q.99.Rebuf.tit.de col.c.fi.d. in stit.sed an istis et curtat.Alternatiua,uidetur q̃ sic & probatur a maiori ad minus,& so lũ quo ad quatuor menses,& in his omnib.reseruationib.animaduertere debent locorũ Ordinarii,nam si conferant bñficia aliquot isterũ,sic prouisi,dicuntur intrusi, uel de iure cõi,vel s̃m Reg.Canc.prout dicit Gom.q.47.de trien.pos.& Staph. de litt. grat. fol.182.nu.3.& ipsi Ordinarij,tanquã mali collatores,ultra peccatũ mortale,in q̃ incidunt,possent puniri a Sũmo Pont.quia dant,q̃ non habent, & sic usurpatur q̃ est alterius,cõtra illud Cor.c.4.Sic nos existimet homo,ut ministros Christi,& ministeriorum Dei dispensatores,&c.& sic prouisos faciũt manere in peccato mortali,si hoc ipsi sciũt & reddunt obnoxios,restitutione fructũ perceptorũ,& aliis pœnis,prout Rebuf.pra.benef.de pœ.collat.indignis.Host.in Sũ.tit.de suppl.neglig.in prælat.§.quã pœnam,nu.5. & an mora,seu negligentia, numero 7.& ibi dat optimum consilium,quod videas; & Bull.Clem.VII.46.q̃ incipit,Admonet. licet uideatur solum comprehendere. Germanos,Fallit Octauo,in beneficiis familiarium Cardinalium per Reg.Cancell.Go.in d. Regul.Rebuf.lo.cit.de reseruat.generali,& spel.nu.3. & per reseruationem beneficiorum familiarium Papæ,Subcollectorem,& aliorum officialiũ.Domini Papæ,Rebuf. ibi.nu.25.& infra,& ista beneficia.Collectorum, seu Subcollectorum sunt reseruata ex sola deputatione,absque exercito Caputaqu. Decis.104.par.1 & 141.etiam sine iuramento præstito,de fideliter administrando.Idem Decis.76.par.3.Fallit. Nono quod Episcopus non potest conferre beneficium,quod Papa contulit alicui,& pertinebat ad collationem Episcopi,etiam sine reseruatione,licet collatio pro illa vice sit nulla,& inualida,puta, facta, Excommunicato,vel inhabili, Con.in.cap. it. Alma mater , 1.par. §.7.num.8.Gom.q.30.de trien.possess.Sylua.3.par.q.11.num.3.Decis.Rotæ 10.de præben.in nouiss.Fallit Decimo,in monasteriis uirorum excedentibus valorem annuum ducentorum florenorum auri,communi æstimatione,quia sunt reseruata Sedi Apostolicæ,ab Innoc.VIII.vsque ad Greg.XIII.& sic deinceps.& ita illę Abbatię,cum tali valore,cum vacauerint,non possunt conferri per Ordinarium;hoc intellige,i. quæ sũt fuerunt monasteria,secus verò non,quia quædam dicuntur Abbatiæ, quæ non fuerũt monasteria, quædam vero sic, Nisi etiam adsit consuetudo immemorabilis, & præscripta,q̃ locorum Ordinarij ea consueuerunt conferre , vt Beneuenta Archieps confert duodecim Abbatias habites vsum baculi,& mitræ,quæ forsan olim fuerunt monasteria virorũ,nã consuetudo dat iurisdõne,vt patet vulgariter,& in c.1.& ibi Gem.§.non sic, not.2.de off.ord.li.6.& ibi gl.in ver.consuetudine,cum alleg.Fallit, Vndecimo,q̃ Ordinarius non põt conferre beneficia litigiosa,per c.2.vt lite penden.lib. 1. intellige si his pendet principaliter inter duos super beneficio,siue alter possideat beneficiũ,siue non. Sed si his non pendet principaliter,sed accessoriè super beneficio,vt puta,quia vnus est electus,vel præsentatus,vel institutus ad beneficium,& opponitur ei inhabilitas, quia possidet plura beneficia incompatibilia,& super illa exceptione litigantur, tũc bene potest ordinarius illud conferre,tanquam incompatibile,per c.dudum,il 2.de elect.& ibi Host.ita Lapus,in c.2.& Gem.in ver.oppono,vt lit.pend.lib 6.

AD TERTIVM,Dico primo,Epm posse cõferre bñficia ptinẽtiã ad suã collationẽ inf.semestre,c...de cõces.pb.& c licet,de sup.neg.pla.& hoc intelligit de oib bñficiis,exceptis Cathedralib.& Regularib.q̃ inf.tres mens.debẽt cõferri,vt in c.ne pro defectu,de elec. Sylua.3.p.q.64.Hoc fallit primo,in insti.iuris patr.vt dicam in ver.ius patr.dub.2.Fallit Secundo,in permutationib.Sylua.in loc.cit.per Clem.vnicam,de rer.perm.Tertio fallit,i collationib.Hospitaliũ,Sylua.ibid Fallit Quarto,in executore apostolico,idẽ ibid.

Staph.



Staph.loc.cit.fol.211.num.6.licet de executore dicat oppositum,fol.174.nu.7. & 8.quia his prouisionibus non est præfixum tempus: Dico Secundo,quod Episcopus potest conferre beneficia iuris patronatus,ad se deuoluta,ab vltimo die quadrimestris,competentis patrono laico,vsque ad vltimum diem decimi mensis vacationis,vel ad duodecim,si patronus erat Ecclesiasticus,ratione Ecclesiæ,cap.vnico,de iure patronat. lib.6.& aliis vulgaris a die deuolutionis,vel verisimilis notitię currit tempus,vide Panor.in c.ex parte,num.13.de concess.præben. Dico Tertio,quod potest conferre beneficia Regularia, quæ spectant ad collationem Prælatorum Regularium,si Prelatus Regularis infra semestre non prouiderit,Clem.vnica,de suppl.neglig.prælat.sed non potest conferre illa Clericis sęcularibus, nisi illa prius per Clericos sęculares consueuerant possideri, quia Regula est quòd beneficium Regularis est conferendum,glos.ibidem,ver.Religionis, Conc.Trident.Sess.14.c.10.de refor.modo sit professus.Rebuf.citatus supra, §.1.concl.5.an,& quando aliquod beneficium dicatur.Seculare,vel Regulare,vide superius,§.1.conclus.5.sed animaduertendum est,Clem illam,non habere locum in Prelatis sæcularibus exemptis,a quibus non fit deuolutio ad Episcopum,& gradatim ad Metropolitanum,sed immediate ad Papam,Sylua.3.par.q.49. nume.2. Et an idem sit de beneficio, cuius collatio pertinebat ad Ecclesiam citra Cathedralem,vel ad Prælatum ipsius,vide Abb.in Clem.1.num.2.de suppl.neg.Prelat.nec valet contra hoc allegare præscriptionem,vel consuetudinem,Hostien.in Sum.tit.de offic.ordin.§. sin autem quędam. Dico Quarto,Episcopum posse conferre beneficia vacantia in Romana Curia,si Papa infra mensem de eis non prouiderit, nam elapso mense a die vacationis enumerando,statim deuoluitur ad Episcopum collatio,c.statutum,de pręb.lib.6.nota dici,a die vacationis,non a die notitiæ,arg.c.licet,de suppl.negl.Prelat.sed dubium est an hoc capitulum sit reformatum per Extrauag.Ex hoc debito,de elect.& Extrauagantem,Pię solicitudinis,de pręb.quia Gom.de grat.expect.nume.21. dubitando videtur declinare in partem negatiuam,tamen in q.31.colum.3.de trien.possess.dicit,fuisse correctum, & cap. præsenti,etiam de pręb.lib.6.Staph.lo.cit.fol.174.num.8.etiam dubitat, tamen dicit,quod licet ex stylo Curiæ videatur correctum,tamen non de iure communi.ego dicerem, quod stante hac dubitatione Doctorum,Ordinarius prouidebit, prout Deus benedictus sibi inspirauerit,vide Bul.Pauli II.quæ est 4.& incipit: Ad Romani, & Bullam Pij IIII. 36.quę incipit:Cupientes; & Bullam Pij V.161.quę incipit;Sanctissimus,vbi fit reseruatio omnium beneficiorum vacantium Sede Episcopali vacante,vide inferius,in ver. Episcopus,§.45.Dico Quinto,quod Ordinarius ponet Oeconomos,seu Vicarios,etiā perpetuos,in omnibus beneficijs,tam curatis,quam simplicibus,etiam iuris patronatus,etiamsi collatio eorum spectet ad Papam,vel ad quemcunque,durante eorum vacatione,vel beneficiato non residenti,vel insufficienti,vel inhabili,Conc.Trid.Sess.24.c.18.de refor.& Sess.6.cap.2.Sess.7.c.5.& c.7.Sess.21.c.6.Sess 25.c.16.de refor. Bulla Pij V.citata me inferius,in ver.parochia,c.cum vos,de offic.Ord.c.eam te,de iure patron. Sylua.loc.cit.3.par.q.33.nume.3.Rebuf.loc.cit. titde collat.nu.20.Abb.in d.c.cum vos, num.8.& 9.Gemin.in c.nemo,ver.& per hanc glossam.de elect.lib.6.Dico Sexto,quod licet Episcopus non possit dare beneficium Ecclesiasticum ad tempus,vt ca. constiterit, de accus.tamen potest id dare in commendam,d.c.& ibi gloss.in ver.commenda.Sylua. loc.cit.ver.quia, in initio,& potest etiam iteratis vicibus illud commendare,modo hoc faciat sine fraude.Secundo,vt non labatur totum semestre,glo.in c.nemo,in ver.commendare,circa finem.de elect.lib.6.Tertio,vt fiat propter Ecclesiæ,& non personæ vtilitatem,glo.ibidem,in ver.durare,Rebuf.in pract.benef.tit.de collat.benef. numer. 16. Vide Gemin.a. ibi,ver. quæro quando Dico Septimo,& hoc est magnum dubium,& quotidianum in praxi,quod sunt quædam beneficia tenuissima, & quæ non excedunt valorem quatuor Ducatorum de Regno,& quędam dignitates potius nomine, quam re, sine vllis redditibus,quæ vel vacant in mense Summi Pontificis, vel deuoluuntur

negli-

negligentia Prælatorum, ex quo sequuntur hæc mala. Primum, quod nunquam conferuntur. Secundum, quod euanescunt illæ dignitates. Tertium, quod beneficia amittunt celebrationes, & alia debita obsequia. Quartum, quod redditus indies vsurpantur. Quintum, quod interdum possidentur de facto, sine canonica collatione. Sextū quod patroni, ex maiori parte oēs redditus occupant. Septimum, q̄ peius est, anima defraudatur debitis suffragiis, & deperduntur piæ testantium voluntates. Octauum, & vltimū, quod incurruntur tot peccata, tot censuræ, prout sac. Conc. Trid. sess. 22. c. 11 de ref. & aliis iurib. vulgatis, sed quid agendum. Ego dum essem Compæ Vicarius, & Archiepiscopus, consuluimus Illustrissimum dominum Datarium Sanctissimi D. Papæ, vt concederet facultatē Reuerendissimo Archiepō conferendi dicta exigua beneficia, et tenues dignitates, solutis soluendis, quicquid propter hoc solui debat, nihil perfectum fuit, tamen (vt Anser inter Olores,) dicerem duo in hac materia. Primum, vt omnes p̄lati vnanimiter supplicarent summo Pontifici, vt eis concederet hanc facultatem conferendi dicta beneficia tenuia ad tantam summam citra, quod sanctitas sua pro euitandis tot malis indies orientibus facile (meo quidem iudicio) concederet. Secundum, q̄ possent Ordinarij ista conferre, saluo meliori iudicio, & probo primum a simili, per ea quæ dicit Gom. de expect. num. 46. & Staph. in for. 2. de expect. num. 8 & per dictum illud vulgare, quod de minimis non curat Prætor, l. scio, ff. de restitut. in integr. & in capitu. si quæstiones, de symon. ex quo Doctores sumunt, & Angel. in l. Senatus, §. Marcellus, ff. de leg. 1. vbi dicit, quod si statutum prohibet alienare domum, vel aliam rem immobilem, in forensem, non habebit locum in domuncula ut parua re. & Roman. in Singul. quod incipit. hodie, exclamat propter illum text. & facit c. terrulas, 12. quæstio. 2. & facit pro Extrauaganti, Ambitiose, de rebus ecclesiæ non alien. & Com. loco citato, num. 98. in for. pauper, per cap. si pauper, de præb. libro 6. Nec obstat, quod eadem est ratio de magno, & minimo, capitulo, si motu proprio, & c. non potest, de præb. libro 6. & c. postulasti, & ibi glos. in versic. prouentibus, & cap. si proponentes, de Rescrip. extra. Secundò, quia adest damnum Officialium Cancellariæ, & aliorum qui amitterent lucra suorum officiorum, quæ emunt, Nec obstat Tertio, quia multa modica faciunt vnum satis, & D Aug. super Psal. De profundis, vbi dicit. Congeres multa minima, & facies ingentem aceruum, quia adhuc responderem, pro modulo capacitatis meæ, concedendo omnia, tanquam vera, sed maius malum est, quod nec ipsi officiales, habent suos prouentus, nec obseruatur cap. 2. de concessi. præb. & beneficia, & dignitates deperduntur, & sequuntur tot mala, prout supra, ergo ad euitandum omnia prædicta, minus malum esset eligendum, quia communis error facit legem, & minora mala tolerantur, ne sequantur peiora, & ordo est, aliquando ordinem non seruare, & sic censerem posse Ordinarios conferre illas minutias, quia potius missarum celebrationum, quam beneficiorum nomine dignæ sunt, & supremi Principis animum aliquando decet, considerare ista minima, & memini quendam Reuerendissimum, Archiepiscopum, quem hodie credo esse in Paradiso, propter eius singularem vitæ sanctitatem, qui dum conferebat huiusmodi beneficia, sic deuoluta, ego dicebam, hoc sibi non licere, per prædicta, & ille respondebat, Papam Summum Principem, non habuisse oculū ad ista minima, quicquid sit, dixi superius, quod faciunt ea, quæ dicit Staph. loco cit. fol. 350. numero 14. & 15. per Regulam, quod de modicis nō curatur, prout supra, & Rebuf. in tertia for. sign. grat. in versic. nec non vetus valor, num. 6. faciunt quæ dicit Rodo. tract. de rebus, eccles. non alien. quæst. 52. a num. 67. facit quod Indulta, & Alternatiuæ concessæ Ordinariis, sunt fauorabiles, & ideo amplianda, & extendendæ, c. odia, de regul. iur. libro 6. & Ordinarius per eas confirmatur in antiqua sua iurisdictione, & Regulæ Cancellariæ censentur impedimentum contra ius commune, Caputa qu. Decis. 214. par. 2. Dico Octauo, quod Episcopus potest conferre beneficia, etiam in mensibus Papæ, & etiam vacantia in Curia, seu apud Sedem Apostolicam, quæ ex creatione, seu

seu fundatione, aut alijs constitutionibus aliquas qualitates, seu certa onera habent in iuncta, ut in præbendis Theologalibus; Concil. Trid. Sess. 25. c. 5. de refor. glo. in ca. cum in ecclesia, in ver. dictam consuetudinē, & tex. ipse, de præb. lib. 6. Couar. pract. quæst. c. 36. nume. 4. ver. similiter, & dicit hoc etiam tenere Gom. de expect. nu. 33. & multos alios Doctor. quos ipse citat, facit c. vnic. de rerum permut. lib. 6. Dico Nono, quod potest conferre beneficia manualia, præstimonia, seu præstimonialia, quia ista non cadūt sub reseruationibus Domini Papæ, Gom. de expect. num. 44. Dico Decimò, quod Episcopus potest conferre omnes parochiales, Ecclesias vacantes in Curia Apostolica sede vacante, & etiam illas, quæ vacauerunt viuente Romano Pontifice, sed ante obitum ipsius non fuerunt collatæ, ca. si Apostolica, de præb. libro 6. Rebuf. lo. cita. de reseruat. numero 2. & hoc intelligitur, si moritur Papa intra mensem, aliàs non esset dubium, per cap. statutum, & ibidem glos. in d capitulo si Apostolica, in ver. obitum, & ita posset conferre parochiales vacantes extra Curiam, sed in mense Summi Pontifi. hoc probatur à maiori ad minus, & propter identitatem rationis, & ne ipsarum vacatio diuturna periculum valeat animabus afferre. Dico Vndecimo, quod est casus practicabilis nimis Constitutio est per Extrau. Execrabilis, tam primam, quam secundam, vbi disponitur, quod omnis habens dignitatem, personatum, officium, uel beneficium Curatum, si postea acceptauerit aliud simile, teneatur resignare primum coram Ordinario intra mensem, verbaliter, vel realiter, cum effectu, sub testimonio publico, aliàs & primo, & secundo sit ipso iure priuatus. Primum dubium est, an illud dimissum in manu Ordinarii, possit per eundem Ordinarium conferri, (præmissio tamen quod ad eum aliàs pertinebat collatio ipsius.) Secundum, an sit necessaria ipsa dimissio coram Ordinario prout supra, an possit ire ad secundum beneficium adeptum, relinquendo illud, nullam aliam dimissionem faciendo coram Ordinario? respōdetur, quod res est difficilis, & quo ad primum, videtur quod collatio pertineat ad Sedem Apostolicam, prout ibi, §. qui vero, & §. quæ omnia. & singula, & glos. ibi, in uer. ualeamus. Ex alia parte uidetur, quod pertineat ad Ordinarium, prout ibi, in §. cæteris, & ibi glos. in uer. noua, & glos. in uer. maneamus, & sic uidi seruari in praxi, & Rebuf. loc. cit. de reseruat. numero 12. dicit, illam esse reuocatam per reformationem, per Conc. Basileen. & in tit. de sig. grat. super verba, aut per Constitutionem, Execrabilis, & cap. de expectat. num. 2. & in facto non vidi aditi Sedem Apostolicam pro collocatione parochialis, quæ uacabat per assecutionem alterius. Quoad secūdum respondetur, verba textus esse clara, §. cæteris tamen Staph. loco cit. fol. 127. num. 8. dicit de mente Aegidii, quod satis est, quod rector ecclesiæ intra mensem a tempore assecutionis secundi incompatibilis realiter, & cum effectu dimittat primum, & eius possessionem, licet intra dictum mensem coram Ordinario sub publico testimonio illud verbotenus non relaxet, quod est notandum, Sed ad hoc ut uacet primum, opus est, ut habeat pacificam possessionem secundi: & exercitium curæ & possessionem fructuum, uel maioris paris, secus uerò, si turbaretur super administratione, ita Gemin. in cap. commissa, 55. annus, uers. quandoque, de elect. lib. 6. ex Archid. & Ioā. Andrea. Dico Duodecimo, quod si Episcopus conferat beneficium deuolutum ad Papā, per c. 2. de conce. p. præbend. & beneficiatus possedisset, per triennium, quod non posset amplius molestari. Rebuf. lo. cit. in for. sig. grat. in ver. etiam si deuolutum, nu. 3. adde 2. ad dit. addere in c. 1. in ver. regula, de reg. iur. lib. 6. Dico decimotertio, quod Episcopus ponit Vicarios temporales, propter absentiam Rectoris, iuxta c. ex eo. de elect. lib. 6. & glos. in Cle. 1. in uerbo presbyteri, de priuileg. vide in ver. Vicarius, §. 10. 2. par. Dico Quinto decimo, habenti parochiam, datur Canonicatus Cathedralis, sed duobus mensib. elapsis, non sua culpa, quibus debeat dimittere parochiam, conceduntur ad dimittendū quatuor menses, sac. Congreg. declarat.

AD QVARTVM, dico Primo, si beneficiū est Curatum, obligat ad Sacramentorum administrationem, & alia omnia, quæ dicuntur in uer. parochia, §. 3. Dico Secundo, quod obligat ad

obligat ad Missarum celebrationem, tam frequenter, vt suo muneri satisfiat, Conc. Triden. Sess. 23. ca. 14. in fine, de refor. Nauar. cap. 25. num. 88. notab. 21. Tertio omne beneficium, etiam tenuissimum obligat ad diuini officii celebrationem, sex mensib. post adeptam possessionem, Conc. Later. & bulla Pij V. relata a Nauar. d. cap. 25. num. 122. quicquid dicat Sot. lib. 10. q. 5. art. 2. Conclus. 2. de iust. & iure, & hoc singulis diebus, per singulas horas, alioquin amittuntur fructus pro rata, vt ibidem in Bulla, quicquid dicant Sot. vbi supra, art. 6. prope fi. Couar. lib. 3. ca. 13. nu. 9. ver. 12. & in fine capitis, uar. resol. lib. 4. omne beneficium prærequirit ordinem Ecclesiasticum, & collatio facta alicui non ordinato, est nulla. Boer. decis. 171. Quinto, requiritur ętas prout superius, §. 1. ver sicu. ad dignitates, nam ad beneficium simplex, vel Canonicatum, cui non est annexus ordo sacer, requiritur ætas 14. annorum inceptorum, Sac. Conc. Trid. Sess. 23. c. 6. de refor. declarat Sac. Congr. 254.

Primum dubium an clericus qui infra sex menses non recitat diuinum officium, vel quia nescit, vel si scit, nolit, quia putat sibi licere Indulto Cóc. Later. & Bulla Pij V. spatii sex mensium, faciat, fructus suos, & peccet mortaliter, ad hoc dico Primò, quod si nescit recitare, excusatur, & facit fructus suos, quia quicquid fit iure permittēte, pœnam non meretur, cap. peccat, 23. q. 4. l. Grachus, C. de adulter. Secundò, quòd etiam peccat mortaliter, & non facit fructus suos, si scit, & nolit recitare, ratio est, quia tam Conc. quam Pius V. indulsit illius temporis spatium, ad hoc, vt possit edoceri diuini officii celebrationem, nam intentio vtriusque erat, vt ab initio officium celebraretur, vulgatum enim est illud, quod propter officium datur beneficium, ca. fi. de Rescrip. lib. 6. Syluest. in ver. clericus, 4. num. 16. §. 23. nam spatium sex mensium est potius indulgentia ratione ignorantiæ, quam relaxatio obligationis, iis, qui sciunt, cap. fi. 92. distinc. & hoc clare habetur ex Bulla Pij V. 138. quæ incipit: Ex proximo, vbi dicit inter cætera, Item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusaret, graue peccatum se intelligat admisisse, vbi Summus Pontifex videtur innuere, quod nō tenetur ad restitutionē fructuum, neq; peccare mortaliter, sed grauiter tātū, & Leonis X. Bulla 11. pag. pe. & Nauar. cons. 19. de celebrat. miss. vbi dicit, in primis sex mēsib. si scit & nō recitat, peccat grauiter, sed nō tenet' ad fructuū restōnē, sed elapsis illis, ab vtrūq;.

Secundum dubium est, an relinquens officium, non solum amittat fructus pro rata, vt dictum est, verum etiam peccet moraliter; quibusdam visum est, solum amittere fructus, sed non peccare moraliter: ratio eorum est: quia lex est pœnalis; Verum oppositum est tenendum: & ratio eorum conuincit eosdem, quia lex pœnalis etiam obligat in conscientia, vt dicam in ver. Pragmatica, ad secundum. Nauar. de Hor. Canon. ca. 5. nu. 18. Hoc clarè dicit Gemin. in c. comissa, §. illum, in 3. notab. de elect. lib. 6. ubi ait, quod faciens contra legem præcepti, peccat mortaliter, etiam dato, quod lex imponat aliam pœnam temporalem, & citat capit. perpetuo, eod. tit. de elect. lib. 6. at apertissime in capit. fi. uer. quærit hic Archid. de rescript. eo. lib. 6. & dicit hoc ēt sentire Archidi. & est cōis.

Tertium dubium est, a quo tempore incipiat currere ista oblatio; Dico, quod à tempore collationis, & non possessionis, si ex tunc incipiāt currere fructus beneficii; Nauar. lo. cit. nu. 29. c. 7. facit c. licet Canon, de elect. li. 6. secus verò, si à die possessionis, per ea quæ dicam inf. §. 6. ver. quo ad secundam partem.

Quartum dubiū est, quid si habeat possessionē, sed non percipit fructus beneficii, an teneatur, & vr̄ q̄ non, per ea q̄ dicit glos. in c. si tibi concesso, in ver. vacare, de pb. lib. 6. & glos. in c. cōmissa, in ver. pacificā, de elec. lib. 6. vbi vr̄, q̄ non teneatur, c. licet Canon. ille, qui incontinenti turbatur in possessione beneficii, & quod non uacant beneficia promoti, & consecrati in Episcopum, prout in c. cum in cunctis, §. cum verò, de elec. si solum habet possessionem Episcopatus, sed non percipit fructus, tamen oppositum est verius, patet primo per gl. in d. c. licet Canon, in ver. annum, nam ex quo habuit pacificā possessionem, vel per se steterit, quin eam habuisset, tenetur dispositioni illius text. Secundo, quia

quia habet titulum, & licet beneficium fuisset tenuissimum, tamen etiam obligaret, ut dixi superius, & Syluest. in ver. hora, nu. 5. §. 2. ver. 2. ubi dicit, quod sibi imputare debet, ex quo se fecit ad illud intitulari. Tertio accedit, quod dicit Naua. lo. cit. c. 7. n. 30. ubi dicit, quod si aliquis resignauit beneficium alicui, retinédo sibi omnes fructus, & pensionarius contentus solo titulo, dat omnes fructus resignanti, etiam sibi nihil retinens, tenetur ad officiũ, etiam per rationem dicendam in 6. dubio, hic inferius.

Quintum dubium est quid si non habebat possessionem, sed solum percipit fructus, an teneatur, & uidetur quod non, per prædicta, ex quo non habet titulum, tamen oppositũ est uerius, c. cum secundũ Apostolum, de preb. vbi hr̃ illa verba, D. Pau. qui altari seruit, &c. ergo, qui viuit de altari, altari seruire debet; Idem a simili confirmat Gom. de expectat. nu. 77. & Staph. loc. cita. fol. 34. a nu. 12. & ratio est, quia si obligatur ille qui solum habet fumum i. possessionem, quanto magis iste, qui habet carnem assatam. i. fructus.

Sextum dubium quid de illo, qui habet beneficium sine vllis redditibus, an obligetur, uidetur quod non, per ea quæ accumulat Gom. in q. 47. de ann. poss. & q. 53. de trien. tamen oppositum est uerius, per dicta hic in 4. dubio, & patet, Primo, quia licet beneficium nõ habeat fructus in actu, habet tamen in potentia, quia est aptum eos habere pro tempore Secundo, ꝙ etsi non percipiat fructus ex beneficio, tamen illud deseruit ad alia, & inter cætera, ut gaudeat priuilegio fori, Conc. Trid. Sess. 23. c. 6. de reform.

Septimum dubiũ est quid de illo, qui habuit beneficium, & postea illud resignauit? Ad hoc respondetur negatiue, Nauar. de Hor. Canon. c. 7. nu. 19.

Octauum dubium est, quid de illo, qui habuit possessioné, nec percipit fructus, sed litigat, est distinguendum cum gl. in c. commissa, in uer. pacificam, & Gom. & Staph. loc. cit. nã si nactus possessionem, statim turbatur in possessione, non tenetur, ratio est, quia quæ in cõtinenti fiunt, censentur inesse, c. officium, de elect. li. 6. l. lecta, ff. si cer. petatur. Si uero accepit possessionem, & steterit aliquantulum per unum, vel duos menses, & postea turbatur, tunc tenetur, gl. ibi, & Lapus, in cap. fraternitatis, de frig. & malef. tamen ego dicerem eum non teneri, quia habet sex menses Indulti ad non recitandum diuinum officium, & quia debius est litis euentus, l. quid debetur, ff. de pęn. & posset esse, quod, beneficium etiam perderet, & ratio est quia nihil percipit; dices, quid si lata sententia omnes fructus, qui interim sint collecti, & consummati, qui de iure pertinent ad illũ qui sententiam pro se tulerit, & notat glo. in c. beneficium, in 3. notab. de regul. libro 6. tunc dico, quod si non recitauit diuinum officium, quia nesciuit, posset solum accipere fructus illorum sex mensium, quibus gaudebat Indulto, reliquos verò, uel fabricæ Ecclesiæ, uel pauperibus tenetur conferre, gl. ibidem, verum si ipse Clericus esset pauper, & satis expendisset in litibus, posset eos percipere, Nauar. cap. 25. num. 122. vrgent quæ dicam in §. 7. in 2. dicto, quia fructus beneficiorum tunc pertinent ad Reuerendam Cameram, quando non sunt per pacificam possessionem acquisita beneficia, sed hic supponitur, illũ assecutum fuisse possessionem, tamen Naua. in consil. 17. n. 13. de celebrat. miss. dicit teneri, quia sufficit, quod in casu uictoræ, poterit fructus habere, & addit, quod obligatio non currit a die præsentationis, nominationis, electionis, uel collationis, nisi sequatur institutio, confirmatio, & pacifica possessio, nec tenetur promoueri durante lite. Rebuf. de non promot. intra an. num. 41. 42. & infra.

Nonum dubium est, an iste clericus teneatur restituere fructus præceptos ob non recitationem diuini officii ante condemnationem, vel declarationem, & uidetur quod non, per ea, quæ dicit Couar. de spon. 2. par. c. 6. §. 8. num. 10. uer. tertio, & dicam in uer. priuatio, §. 6. tamen oppositum est uerius, quia tenetur in conscientia restituere, vel fabricæ, uel pauperib. ut sup. Nau. de Hor. Ca. c. 9. c. 10. & c. 19. n. 41. Diaz in pra. cri. Can. c. 49. & Sylu. ver. Clericus, 4. n. 16. §. 27. & Cou. lo. ci. cætera de diuino off. uide in uer. Hor. Can.

Dco Quarto pricipaliter, ꝙ bñficiũ obligat ad ꝓmotioné Sacerdotii si est curatũ, spatio vnius anni, c. licet Canõ, de elec. li. 6. & hoc ẽt, si nõ percipit fructus, sed solũ hẽt possessionem

nem

re specifica in glo.ibi,in uer.annum,Rot.Decis.3.& Addit.ibi,nu.3.de preb.in nouil. & ista obligatio currit a die possessionis,non impetrationis,Tiraq.de utroque retrac.tit. 1.§.1.glos.10.numero 109.ista pœna respicit forum interius,& obligat in conscientia, Nauar.cap.25.num.118.& sic tenetur restituere fructus perceptos, licet non teneatur dimittere parochi Ecclesiam,nisi post latam scientiam,Nauar. ibidem Couar. loc. cita. & dicam in uer.priuatio,§.6.& qui sic priuatus est non poterit ea uice iterato illud beneficium obtinere,per c.commissa,de elect.lib.6.Tiraque.lo.cit.§.8.glo. 7.num.16.Hoc tamen fallit Primo omnibus modis quibus dixi de obligatione ad diuinum officium.Secundo fallit,in parœciali Collegiata,per c.statutū,eod.tit.& lib.glos.in d.c.licet,in uer. parœcia,Ratio assignatur ab Innoc.in c.de multa,in prin.de preb.Tertio fallit,cum dispensatione Episcopi per quinque,uel septem annos,ratione studii, modo infra annum fiat Subdiaconus,c.cum ex eo,eo.tit.& lib.Nauar.loc.cit.Quarto fallit,si parochus tali morbi genere teneatur & ut ad functionem sui sacerdotii,ad res diuinas per se obeūdas minime idoneus esse uideatur , quia tunc durante prædicto morbi genere,non tenetur sacris ordinibus se initiari facere,declar.Sac.Congreg.it.239. Quinto fallit, in legitime impedito in quatuor temporibus, in quibus non potuit promoueri, Gemin.in dicto cap.cum ex eo,ver.sed quid,de elect.lib.6.& sic datur purgatio moræ, tex.in cap. commissa,eod.tit.& lib.

Primum dubium , an subiaceat huic Constitutioni ille,qui assumitur ad aliquam Ecclesiam parœcialem,vbi sunt plures sacerdotes , tamen cura animarū residet penes ipsum qui vulgo vocatur Archipresbyter,vel Plebanus,& videtur quod non,per d.c.statutū, & gl.quia sunt Ecclesiæ Collegiatæ,& faciunt ea quæ dicit Guid. Pa.decis.258.& quæ dicta sunt superius §.1.nu.16.tamen oppositum est tenēdum,quia istæ Ecclesiæ potius dicuntur receptiuæ,quam Collegiatæ,Conc.Trid.Sess.24.c.18.de refor. & istæ Ecclesiæ,& Plebaniæ,antiquitus erant gubernatæ ab uno Sacerdote, qui parochus dicebatur.Postea crescente populo Christiano,creuerunt & Sacerdotes,qui omnes simul recipiuntur ad illam Ecclesiam,tamen animarum cura residet in persona vnius,qui Archipresbyter,siue Parochus,siue Plebanus nuncupatur,& habetur in c.2.13.q.1.& c.vnio nes,10.q.3.Sylua.loc.cit.1.par.q.4.fere per totum,gl.in c.licet Canon,in ver.parochialibus,de elect.lib.6.Nauar.in c.1.in gl.num. 94. de pœnit.distin.6.cum non ignores,& cap præcedente,de prob.& quando dicatur Collegium,vel non, vide gl.in c.statutum, in ver.Collegiatas,de elect.lib.6.Syluest.in uer.Collegium, in initio,Innocen.& alii,in ca.cum dilecta,de excess.prælat.& non ualet ista consequentia:In Ecclesia aliqua sunt multi Clerici,siue Presbyteri,ergo est Collegiata,Staph.lo.cit.fol.108.nu.9.& 10.sed requiritur,quod ibi sit unus,ut caput,uel Rector,alij ut membra,ut Canonici, & sic prædicatur,& fit concursus in uacatione,prout dicam in uer.parochia,§.2.Hosti.in Sum. tit.de offic.Archipresbyter.nu.1.

Secundum dubium est,ubi non sunt animæ,i.populus,sed fuerunt, uel est unita alteri, & remansit beneficium simplex,quo ad primum, gl. in d.c.dicit, quod si non adest populus,non subiacet dispositioni illius tex.sed si inciperet habere parochianos, ex tunc inciperent subesse illi censuræ, Sylua 3.par.q.42.col.4.ver.ego circa,Gomes.q.2.col.3. dicit ligari illa Constitutione,quando actu non exercet curam animarum, sufficit vt exerceat habitu,Staph.lo.cit.concordat, ut prima opinio valeat ad hoc,quod non sit incompatibile,& ex consequenti non subiaceat illi capitulo, vt sit necesse,ꝙ in impetratione fiat mentio de cura, & sic opinio gl.remaneret firma. Oppositum vidi obseruari in practica:nam reperiuntur multæ Ecclesiæ quæ antiquitus fuerunt Curatæ,& habuerunt populum,& nunc carent populo,& sunt dirutæ, & habent bonos redditus,& qui ad illas assumuntur,his non prouidetur per concursum,nec subsunt dispositioni ca. licet Canon;& sic vidi obseruari Beneuenti,& facit quæ notat Afflictus in Constit.Officio,notab.4.ubi probat,& multis textib.Canonicis,& Canonistis, & quod qui habet, dicitur

dicitur habere beneficium simplex,& quod tunc incipiet esse Curatus quando incipiat habere populum; Quo ad secundum, si unio facta est alteri parœciæ,adeo,quod effecta sit velut beneficium simplex,dico ut supra, quod desinat esse talis, quia cum vniatur alteri,incorporatur cum ea,& extinguitur,& efficitur unum corpus,Gom.q.25.in Regu.Cancel.de ann.poss.sed an ista unio parœcialium possit fieri,& quomodo, uide in uer.unio.uide Bal.in Marg.Innoc. in uer.Ecclesia,q.8.ubi sequitur opiniones glossæ ex mente Inn.& Abb.in c.de nulla,de præben.Vide Gemin.in d.c.licet Canon,in uer.& deinde quærit, ubi disputat hanc materiam,sed in fi.uidetur sentire cum Glossa, post longam disputationem hincinde,quam videas,succedente casu in practica,& ventilabili in controuersia.

Dico Quinto,quod beneficium obligat ad residentiam,de quo in uer.priuatio, & in uer. residentia,aliàs fructus interim percipiendi fiunt Reuerendæ Cameræ Apostolicæ,pro ut dicam inferius,§.6.

AD QVINTVM Dico Primo, quod de ordine conferendi Ecclesias Curatas,seu parochiales,uide in uer.parochia,§.2.de aliis beneficiis prouidendis, Sac.Concil. quantum uidere potui,nullam fecit mentionem,sed sess.24.c.12.§. neminem, dicens:Neminem deinceps ad dignitatem,Canonicatum,aut portionem recipiendum esse,nisi qui eo ordine sacro aut sit initiatus,quem illa dignitas,præbenda,aut portio requirit, aut in tali ætate constitutus,ut infra tempus,de iure statutum,initiari ualeat;Prouidit etiam idoneitati,cum ad ordines promouendi prius debeant examinari,ut patet Sess.23.ca.4.5. 11.12.13.& 14.ut dictum est in uer.ordo,& ideo nullam de examine,quo ad beneficiãdos fecit mentionem,quia illud præmisit in ordinandis; Vel etiam potest dici,hoc reliquisse dispositioni iuris communis, etiam quo ad beneficiandum beneficiis simplicibus,ut in Clem.unica,& ibi gl.in uer.sic.reputamus,de concess.præb.ut sciat legere, canere,& construere, Gom.de expect.num.73.& Staph.loco cit.fol. 36.num.23.ex mente Innoc.in c.dilectus,de temp.ordin.& Archid.in c.nullus,eod.tit.& libro, dicit illiteratum esse inhabilem ad beneficia Ecclesiastica. Innoc.in cap. Lateranensi, in fine, de præb.& in c.quia diuersitatem,in fine,de concess.præb.& sic dicit seruare Curiam Romanam,& sic seruatur hodie indifferenter;& Diaz in Practica Crim.Can.ca.18.ubi dicit se credere,nec Papæ esse obediendum,si præciperet,etiam ex certa scientia,ut prouideatur alicui de beneficio,qui esset illiteratus;& ratio est:quia est de iure diuino,Oseæ,c.4.Mala chiæ,c.2.Sylua.3.par.q.8.num.28.uer.secundo limitatur,& 4.par.q.7.nu. 6.& 7.uer.28.dicit in hoc non posse dispensare Episcopum,& Nauar.c.27.numer.205. notab.2.dicit,quod raro, aut nunquam in hoc defectu Papa dispensat, licet aliquando indirecte dispensando super ætate necessaria ad discendum,facit c.illiteratos,46.distin. & Gom.in cap.1.num.113.ex mente Felyn.in cap.si quando,colum.pen.in uer.sed dices,de Rescriptis dicit in hoc non posse Papam dispensare,quia est de iure diuino,& quod defectus scientiæ in beneficiato,dicitur magis detestandus,quam homicidium,& Aristo.in 3.Etichorum dicit: Omnis ignorans,malus,& in hoc animaduertere locorum Ordinarii debent, ut prius examinent eos, quibus uolunt conferre beneficia,etiam si sint simplicia,& uideatur gloss.& tex.in cap.si quis neque sanctis,1.q.1.in uer. amore, cap.nemo,de Symon.& Sylua.3.par.quæst.quinta,numero primo, & secundo, & per totum,ubi concludit, hoc esse arbitrarium,iuxta qualitatem loci & officii sui, & Boer. Decis.171.nume.10.ex mente Abbat.in cap.fin.in fine, de præscript. ubi dicit quemlibet præsumi idoneum etiam ad beneficia obtinenda,modo sit Clericus,ca.1.de institu. cap.ex litteris,de transact.& Bal.in Marg.Innocent.in uer.præsumitur ex mente Abb. in c.dudum,de probat.

Dico Secundo, Examinato, & reperto idoneo beneficiando, expediuntur Bullæ in forma, quæ an sint necessariæ,tam in collatione facta ab Ordinario,quam a Summo Pontifice,dicam in ver.Bullę.

Dico

Dico Tertio, expeditis bullis capitur possessio, vel per se, vel per suum procuratorem, & sic tria possunt concurrere in prouisione alicuius beneficii; Primum Collatio, & hæc potest fieri etiam absenti, capit. si tibi absenti, de præb. lib. 6. Secundum, Inuestitura, quę fit per annuli, vel pilei, vel bireti impositionem; Tertium, receptio possessionis, Couar. li. 3. c. 16. variar. resol. per totum, & maxime in sexto, & decimo numero, gl. in c. 2. in ver. signum, de consuetud. gl. in cap. ex ore, in ver. annulo, & in ver. mandatum, de his quę fiunt a mai. par. Cap. glos. in 2. notab. in c. cum qui, de præb. li. 6. ex quib. colligitur, necessarium esse corporalem, seu realem possessionem in beneficio quia non sufficit Collatio, Canonicus titulus, Inuestitura, etiam cum administratione sed est necessaria corporalis possessio ad agendum, Couar. lib. 3. lo. ci. nu. 6. in fine & nu. 10. in princip. gl. in c. pro illorum, & ver. inuestitnit, de præben.

AD SEPTIMVM non potest dari certa Regula,quia secundum varietatem curiarum, varia est pandecta, seu taxa,verum est,quod minus solui debet pro bullis beneficiorū curator q̄ pro canonicatibus, & minus pro istis, quam pro simplicib. & minus pro collatiuis,quam pro patronatibus,quia,vbi maius pondus,ibi minor solutio expensarū; & ratio est:quia qui grauatur in vno,releuari debet in alio;Sed Rebuf. in tit. quot modis benef.acquiran.num.13.dicit,non deberi accipi nisi vnum aureum pro collatione beneficii.Pius V.Bulla 116.quæ incipit.Durum.reuocat omnia priuilegia & cōsuetudines Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, prouisione & admissione in possessionem beneficiorum; facit Conc. Trid.Sess.24 c.14.de refor. & Nauar. cap. 23.nu.101.in fine,& cons.1.& 2.de Symon.vide Nauar.consil.2.De Symonia, vbi cōcludit,nihil posse accipi ab Episcopo vel eius secretario pro institutione, vel collatione beneficii, nec valere consuetudinem in contrarium,c.ex multis,1.q.3. & alia ibi citata.

AD OCTAVVM Respondetur,requiri multa.Primum series collationis,prout Rebuf. de possess.cap.Secundum a tergo Bullarum instrumentum possessionis. Tertium fidei professionis emissio.Quartum publicationum factarum narratio,seu breuis assertio,si beneficium fuit resignatum,vel permutatum iuxta dispositionem Bullæ Greg. XIII.de qua agitur inferius, in ver.Renuntiatio,seu resignatio; & ad ista omnia sint cauti beneficiati,quia secus non facerent fructus suos,& commissarij Apostolici irremissibiliter ad hoc procedunt,& uidi in practica.

Blasphemia.

PRIMO. Quomodo puniatur in Regno, & per Iudices sæculares, seu laicos,vide Gram.Decis.50.per totum,& Mara.6.par.tit.9.num.54.& infra,& Boss.in tit. de inquisi.n.123.& infra,vbi habes,posse hoc hoc delictum ab vtroque Iudice puniri.
Secundo,quando sapiat hæresim,vel sit hæreticalis,vide in ver.casus,in quibus,&c.
Tertio,quomodo punienda de iure Canonico,vide capitulum secundum, de maled.
Quarto,Pœnæ clericorum blasphemantium videantur in Diaz prac.crim. Can.c.103.& Syluest.in ver.blasphem.nu.7.§.6.vide Afflictum in Constit.In consutilem, nu.48.
Quarto de pœnis blasphemantium Deum Patrem & Filiū, vel Spiritum sanctum, aut Beatam Virginem,siue alios Sanctos,& de penis non reuelantium,vide Bullam Iulij III.43.quæ incipit:In multis,& Leonis X.Bullam 11.& Pij V.Bullam.5.

Captiui.

CAPTIVORVM bona possunt vendi,pro ipsorum redemptione, quamuis filii in continenti contradicant,Vinc.de Fran.dec.190.per totam.

Cardina-

Cardinales.

PRIMO. Quib. conditionibus quot Episcopi, quot Sacerdotes, quot Diaconi, & Sub diaconi, & qua ætate, & tempore sint creandi, vide Bullam Sixti V. & Cōc. Tri. sess. 24. c. 1. de refor. ver. ea vero.

Secundo, Cardinalibus credendum est, & statur eorum dictis, Gram. Decis. 65. facit ca. Nobilissimus, 67. distinct. & Bal. in Marg. Innoc. in ver. credulitas, ex Innocent. in c. olim, de priuileg & in c. ex Rescripto, de locatio. & glo. in d. c. in verbo litterarum, sed primò limita cum Panormit. in cap. sicut vobis. num. 5. de sentent. excomm. Decisio. Caputaqu. 93. tamen Cap. Tolos. distinguit, quando esset in præiudicium alterius, non esse eis simpliciter credendum, & exemplificat in Cardinali pœnitentiario, q. 463 sed Nauar. cons. 9. de officio leg. dicit, debere credi Cardinali dicenti, sibi viuę vocis oraculo a Papa mandatum fuisse etiam deponenti in præiudicium meum, uide cons. 6. de test. nu. 8. Quod Cardinali credatur, vide Gemi. in c. vt circa, §. edicto, ver. ex isto infertur, de elect. li. 6. limita Secundo, cum Gem. in e. r. uer. item est aliud, quādo uellet uti reseruatis Papæ, quia tunc deberet probare concessionem, c. quod translationem, cod. tit.

Tertiò, quid sit Cardinalis, vnde dicatur, qualis debeat esse, quot sint genera Cardinalium, quot sint numero, ad quid sint, & de eorum titulis, vide Aluar. in c. per Episcopum, Abbatem, vel Abbatissam, col. 6. cum sequentib. Abb. in repet. §. qui vero, capit. extirpandæ, num. 8. de præbend.

Quarto, Cardinalium domos inuadentium, pęnas, uide per Bullam Leon. X. quæ est est la 18.

Quintò Cardinales non possunt deponi sine consilio generali. Ioa. Andr. in c. super eo, de hæret. lib. 6. & Cardin. ibid. quod Collegium Cardinalium est in quasi possessione, vt Papa non possit explicare ardua sine consilio Cardinalium, & quod tractata sine eorum consensu, & consilio, non valent, sed sunt retractanda Panor. Fel. & alii, in c. proposito, de concess. præb. nu. 18. glos. in Clem. Ad nostrum, de hæret. & in c. Ad Apostolicæ, lib. 6. dicit quod non cum, sit caput totius Ecclesiæ ministrantis, & cum gl. ego cēseo. Sexto. si indulta Cardinaliū, circa beneficiorum collationes, vide in Iulio III. Bul. 37. quæ incipit: Sanctissimus, & Clem. VII. Bul. 38. quæ incipit: Sanctissimus; reuocationem uero, & declarationem istorum indultorum vide in Pio V. Bull. 93. quæ incipit: Felicis. Septimo Cardinales non episcopi cōferunt minores ordines, Abb. in c. Clerici, n. 6. de bit. & honest. cleric. Sed vt sint saltem Sacerdotes, prout ibi, & in suis titulis, ubi habens iura Episcopalia, prout dicetur.

Concubinarij.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur concubinarij.*
2 *Quomodo sit procedendum quo ad* Laicos
3 *Quomodo quo ad personas Ecclesiasticas.*
4 *Quæ pœnę incurrantur a personis Ecclesiasticis.*
5 *Quomodo probetur aliquis concubinarius.*

AD PRIMVM, De rigore iuris ille vere dicitur Concubinarius, qui ita domi retinet mulierem, ac si esset eius uxor; Bal. in Authen. Licet concubinam, ff. de concub. & alii, quos refert Diaz in pract. crim. Canon. c. 37. Sylueſt. in ver. Concubinarius, nu. 1. licet Diaz ipse dicat, quod non solum qui domi eam retinet, sed qui aliquo colore eā retineret in domo suæ matris, vel aliquarū cōsanguinearum, vel alibi, & cū

ea

ea habeat assiduam consuetudinem; Ratio est; quia attenditur scandalum quòd a populis concipitur, tam si domi, quam si extra retinetur, & ad hoc inclinat Sac. Conc. Triden. Sessio. 24. c. 8. de refor. mat. i. vbi Concubinarius vocatur, etiam qui extra domũ mulierem suspectam retinet, & clare, Sess. 25. c. 14. de reformat. vbi in domo, uel extra prohibet consuetudinem mulierum, cum quibus posset haberi suspitio, & eas vocat concubinas, & Nauar. consi. 1. de cohabitatione cler. & mul. dicit Consil. sess. 25. c. 14. de refo. habere locũ ẽt ĩ vna simplici icõtinẽtia, ẽt sine qualitate cõcubinatus

AD SECVNDVM Sac. Conc. Triden. dat formam in d. capit. 8. vt primo ter moneantur ab Ordinariis, etiam ex officio; Secundò, si hoc peracto, non resipiscerent, esse ex communicãdos. Tertiò, si animo indurato per annum sic steterint, pro qualitate criminis seuere ab ordinario puniantur, prout in sess. 25. c. 3. in vlt. de reform. & dicam in ver. casus, in ver. excommunicati; Quartò mulieres quæ publicæ cum suis concubinariis viuunt, nisi vt supra admonente Ordinario paruerint, extra oppidum, siue diœcesim eijciantur, inuocato ad hoc, etiam si opus erit, brachio sęculari: sed quia uidi nonnullos locorũ Ordinarios circa huiusmodi salutare decretum trepidare, uerẽtes molestari à Iudicibus sęcularibus, ideo relictis millibus locis sac. scripturæ quib. ꝓbari posset, Epos potius debere consulere officio seu põ deri, & obligationi conscientiæ suæ, quã vereri iudicum Laicorum molestiã, dico, quod nõ pp hoc cessare debẽt, & meminisse illius Actuum c. 5. Oportet magis obedire Deo quã hominib. & illius Pauli dicentis: dum hominibus placeo, non sum seruus Christi, & Dauid; Dissipat Dñs ossa eorum, quis hominibus placent, & videant sac. canones, gl. in c. Ex litteris, 2. in ver. compellas, de sponsal. c. cum in tua, de vsur. Siman. de Cat. insti. 11. 66. n. 3. c. ad nostram, 2. de iureiur. & Maran. 6. p. tit. de inquis. nu. 135. & infra Abb. in d. c. ad nostram, postremo exequantur hoc salutare decretum in quib. locis habetur, Episcopum debere non solum punire peccata præterita, sed prohibere in quantum potest, ne committantur futura, vide Boer. decis. 72. num. 1. & 6. vide Abb. in capitulo intelligimus, num. 1. & 2. de adulter.

AD TERTIVM Quo ad clericos, personasque ecclesiasticas relictis pœnis de iure antiquo irrogari solitis, dicam, quæ sunt de iure nouissimo statutæ, cui in hoc standum est. Sac. Conc. Trid. Sess. 25. c. 14. be refor. dicit: Primo, quod si a superioribus moniti, ab ipsis concubinis non abstinerent, Tertia parte fructuũ quarumcunq; pensionũ, & beneficiorũ sint ipso facto priuati. Scdo, si in eodẽ delicto cũ eadẽ, vel alia fęmina perseuerantes, secundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnium beneficiorum amittant, prout supra, sed quoad Ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus arbitrabitur, ab administratione beneficiorum suspendantur. Tertiò, si ita suspensi, cum eisdem versentur, vel eas non expellent, priuabuntur perpetuo omnibus beneficijs, & pẽsionibus. Quarto, si postquam eas semel dimiserint, earum consortium intermissum repetere, vel alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiungere ausi fuerint, præter dictas pęnas excommunicationis gladio plectantur. Quinto, sunt inhabiles, ac indigni quibuscunq; honoribus, dignitatibus, beneficiis, & officijs, donec, &c. Sextò clerici non beneficiati, iuxta delicti qualitatem pęna carceris, suspensionis ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, ac aliis modis, iuxta sac. Canones ab ipso Episcopo puniantur: vide c. eos, 32 distin Ex quo oriuntur multa dubia. Primum, an habeant locum pęnæ taxatæ à iure antiquo; Secundum, an sint ipso iure suspensi; Tertium, an possint ipsę concubinę etiam excommunicari. Quartum, an requiratur trina monitio contra ipsos clericos.

AD PRIMVM videtur quòd sic, quia Cõc. initio, c. citati dicit, alioquin pœnis a sac. canonib. uel statutis Ecclesiarum impositis puniantur, ergo habent locum accumulati uè hodie ẽt pęne iuris communis, prout in toto tit. de vita & hon. cler. & de cohabit. cler. & mul. & c. at si clerici, §. de adulteriis, de iud. tamẽ omissis disputationibus. quas

quis-

quisque poterit videre in Gom.in c.1.de consti.lib.6.a nu.53.& infra,& in c.statutum, num.92.de Rescript.eod.lib.dico,quòd hodie stādum est dispositioni iuris huius nouissimi,Conc.Trid.nam quicquid sit de disputationibus prædictis , in hoc cōueniūt omnes,quod lex posterior correctoria,vel non correctoria prioris, vel in totum aufert legem priorem,vt dicit ipse Gom.vbi supra,vel in partem,vt ait glos.in d.c.statutum,in ver.reformandum,vide Couar.in c.Alma mater,2.par.in initio,lib. 2. & 3. & Dyn.in c.indultum,nu.8.de reg.iur.num.6.vbi habet, quod vna lex potest tollere, & extenuare vires,& effectus alterius,vide melius gl.in c.generi,in principio,de reg.iu. li.6.& in c.qui prior,ibidem,facit,quod lex noua qua parte cōtrarium statuit legi veteri derogare videtur ipsi;Nauar.in c.penul.§.Sacerdos,num.171.de pęnit.distinc.6.& quod quando pro delicto ponuntur multæ pœnę,minor est imponenda.Abb.in c.pręterea,de vsuris,Ex quo ego elicio hanc conclusionem,quod siue in totum,siue in partem,lex ista nouissima aufert ius antiquum,debet Ordinarius procedere ordine sacri Conc.prout ordinariè nos ex eo colligimus conclusiones,& hoc etiam probabitur ex sequentibus,& hoc clarè dicit Nauar.cons.1.de cohabit.cleric. & mulier. vbi dicit , minus punire Sac Concil.quam iura antiqua peccatum carnis,nam antiqua depositionem infligebāt,sac.vero Conc.procedit eo ordine quem vides.Dicet quis , euitanda est legum correctio, vt patet vulgatis iuribus.Respondetur Primò , quando lex noua corrigendo reducit ad ius antiquum,Iason.in Auth.Quas actiones,de sacr.san.eccles.nu.20.& 24.Glos.in cap.Statum,in ver.numerandum , de præb.lib.6. Respondetur Secundo,quod non dicitur correctio,sed declaratio , prout a simili dicunt sacri Theologi, de processione spiritus Sancti a patre, filioque, respondendo Greg.prout magis in primo sententiar.distinc.12.Respondetur Tertiò, quod rigor canonum antiquorum reducitur ad æquitatem,Iason in Auth.Nouissima,nu.24.de inoffic.testa. vide Gemin. & Gloss.in.c. eos qui, in ver.per annum, de temp.ordin. lib.6. Nec obstat quod dicit glos.in c.licet Canon, in uer.carere,& ibi Gemin. ver. nota istam glossam de elect.lib.6.vbi habet pœnam in possi ipso iure supes actu etiam per antiquam legē damnato,non intellegi sublatam legem antiquam , nec pœnam antiquæ legis , quæ potest concurrere cum pœna nouæ legis,quia lex noua Sacri Concilii, mitigat rigorē illū veterū canonū,& non pōt concurrere pęna ipso iure inflicta cū cōminatoria, quia prima ponit irregularitatē,secunda uero nisi cum suis terminis , pōt dici quarto lex noua Sacri Cōcilii est declaratiua veteris,& sic pōt etiā extēdi,Gem.in c.si cōpromissa,uer.qđ licet ius,de elec,li.6.facit quinto,ꝙ à minori pęna est inchoādū,tex.gl.& Gem.ibi, ver. ex isto textu,de off.dele.li.6.c.quia pōtificali,& sic procedit sacrū Concilii,etiam de residentia, ꝑut dictū est in uer.priuatio,§.3.Ses.6.c.1.& Ses.23.c.de refor.

ADSECVNDVM Vrꝙ sic,in trib.casib.Primo,qn̄ per sn̄iam ita fuerit condemnatus. Scđo qn̄ ꝑ propriam confessionem fatetur.Tertio,per euidentiā rei,quæ non pōt alia tergiuersatione celari,c.si.de cohab.cler.& mulier.c.nullus,c.pręter.32. cap.si qui sūt 81.dist.Nauar.c.25.nu.76.notab.15.Syluest.in ver.concubinarius,§ 4.& in ver. missa, 2.§.3.Diaz in Pract.crim.Can.c.73.Abb.in c.4.de cohab.cler.& mul.notab.2.tn̄ oppositū est verius,quod nō sit ipso iure suspensus,nisi sit per sn̄iam taliter sic denunciatus seu sn̄iatus,Sot.4.Sent.d.1.q.5.ar.6.Conclu.1.& d.13.q.vnica, ar.9. Couar.in c. Alma mater,j.p.§.2.n.10.in ver.6.& in Clem.Si furiosus,1.p.§.1.num.5.Syl.in ver. Missa , 2. §.3.tex.in c.sciscitantib.15.q.8.& ibi gl.in ver.sciscitantib.& gl.in d.c.nullus , in ver. audiat,& tex.in c.tanta labes,& ibi glos.in ver.oēs,de sym.& Naua.c.1.§. laboret , co. 2.de pœnit.d.1.Gui.Pa.q.558.vbi dicit,quod venit priuandus bn̄ficio per sn̄iā , & clare patet per Conc.lo.cit.vbi dicit suspēdēdū,nec in prima cōtumacia,ergo nō est ipso iure suspēsus,& ista sn̄ia est cōis oīum Recentiorū,facit c.q̄ sit,de excel.plat.vbi sūmariū dicit,quod suspendendus est clericus,qui de suo crimine publice gloriatur , ergo non est suspensus ipso iure ; Sylua.3. parte quæst.3.nume.5.dicit, quod si fornicatio

est

est notoria, vel scandalosa, vel diu continuata, est digna depositione, ergo non est ipso iure suspensus, seu depositus, Franc. Victor. in Sum. sac. q. 3. Staph. fol. 140. nn. 4. vbi dicit concubinarium notorium prius debere moneri, & postea suspendi à beneficiis, & si non se corrigit, remouetur ab eisdem, accedit qđ Pius V. Bulla sua 5. quę incipit, Cũ primum, non addit alias pœnas quam quod obseruetur Sac. Conc. Trid. & addit solum, quod in hoc peccato & blasphemiæ, & Symoniæ procedi possit non solum per accusationem, sed per inquisitionem, & per simplicem denunciationem, idem Inn. & Abb. in c. si celebrat, nu. 5. de cle. exc. & in c. nostra, nu. 7. & 8. de cohab. cle. & mul. & in c. tuam nobis, nu. 16. de decim. D. Ant. 2. p. ti. 5. c. 10. §. 1. ver. 6. Maior, in 4. Sent. dist. in. 5. in fine, & idem clare tenet Inn. in c. paternitatis, nu. 3. de hæret. Nauar. in c. 1. §. labore, nu. 10. de pe. d. 6. Caputa. dec. 90. p. 2. facit qđ notat Gemi. in c. ppetuę, de elect. lib. 6. cir. fi.

AD TERTIVM Glo. in c. 2. de cohab. cler. & mul. in uer. canonicæ, dicit tres expositiones, seu opiniones, quid agendũ sit contra concubinã publicam, tandem dicit, posse, & deberi excõicari, per c. concubinæ, de sen. exc. li. 6. Sed hoc intellige, si fuerit contumax, vel perseuerans in inobedientia, & qñ speratur resipiscentia, c. 1. de sen. exc. li. 6. & Abb. in d. c. 2. nu. 5. dicit concubinam clerici debere puniri per Iudicem Ecclesiasticum.

AD QVARTVM, Vř ꝗ ter debent moneri, patet d. c. 2. de cohab. cler. & mul. ubi dicit, post primã, secundam, & tertiam admonitionẽ; Idem in Clem. 1. & ibi gl. in uer. tertia, de vit. & hon. cler. tñ Cõc. loquitur simpliciter, dicens, ꝗ si a superiorib. moniti, &c. Ergo vř ꝗ sufficeret prima monitio, nã nõ proceditur ad censuras, nec ad priuationẽ bñficiorũ, nec ad suspensionẽ administrõnis, sed ad tertiã partẽ fructũ, ergo sufficit 1. monitio.

AD QVARTVM principale Videantur criminalistæ canonici, ut Diaz loc. cit. & Pau. Ghir. lib. 3. tit. de omnif. coit. c. 7. & 9. per totum, & alii.

AD QVINTVM, Vide Abb. in c. tua nos, num. 7. de cohab. cler. & mulier.

Confessio.

SVMMARIVM.

1 *Confessio cui fieri debeat, & quando ad eam quis obligetur de iure diuino, & positiuo, de iure positiuo satis constat per capitulum, omnes utr. sexus, de pœn. & remiss. & de temporis congruitate, per Conc. Trid. sess. 14. c. 5. de confess. Canone 8. De iure diuino, uideto Doct. Theologos, Canonistas, & Summistas, in 4. Sent. tract. de confess. & in cap. citato, sed relictis multis de quib. poterit quis uidere in Doctorib. & loc. cit. solum hic tres dubitationes attingam, pro praxi quotidiana. Prima est de pœnitentibus qui sunt in eadem Ciuitate, an possint confiteri peccata sua cuicunque Confessario approbato ab Ordinario illius Diœcesis sine licentia propriy parochi, etiam tempore paschali pro obseruatione text. citati.*

2 *An pœnitens alterius Diœcesis, ut puta Romanus, possit confiteri Neapoli, seu Mediolani, modo quo supra, etiam si data opera discederet tempore Quadragesimæ, ad hoc ut confiteatur peccata sua alibi.*

An uagabundi possint confiteri cuicunque uoluerint, pari modo.

AD PRIMVM Facilis est rñsio, quia clare hř in Catechesi Neapolitana, lib. 4. ca. vlt. §. alij vero, vbi dř. Alii vero simplices sacerdotes, siue Seculares, siue Regulares admissi ad Confessionem ab Ep̃o, possunt indifferenter ad se confluentes pęnitentes subditos tñ illi Ep̃o, siue aliqua licentia parochorum absoluere, nisi aliud Ep̃s ordinauerit.

AD SECVNDVM. Et est maius dubiũ, rñdetur, ꝗ si pęnitens hoc faceret sine fraude, i. non aio decipiendi Confessarium, siue parochum suũ propriũ, (imò potius lucrãdi animam suã) quod valeret confessio, & ẽt cum fraude, modo integre confiteatur, vere pœnitens

nitens.Ratio est,quia consuetudine pôt induci,vt quis confiteatur cuicunque voluei it modo confessio fiat Sacerdoti approbato ab Ordinario,maxime hoc videntib.prælatis, tacentibus,& tolerantib.& per hoc consentientib.Fran.Vict.in Sum.sac.q.54.& Caiet. in Summ in ver. absolutio a peccatis ex parte absoluenris, §. licentia, vbi hoc admittit quoad paschalem Confessionem,sed addit,ꝙ ex Extrauaganti Eugen.IIII. potest extendi omnes alias Confessiones,immo maxime cum non sint ex præcepto,Flor. Theo.in 4.Sent.tract.de Confes.fo.245.Ratio est,quia proprius Sacerdos a quibusdam Doctor. dicitur ille,qui potest confessionẽ audire,siue hoc faciet ex officio,siue ex sola cõmissione,idem Diuus Anton.in Sum.3.par.tit.17.c.1.Angel.in uerbo Confessio,3.num.3. in vltimis verbis,Soto,4 Sent.distin.18.q.4.artic.1.Nauar.cap.9.num.5.versic.3. vbi ait valere cõfessionem illam factam extraneo Confessario,modo id sit gratum proprio Sacerdoti.Sed hodie communiter per consuetudinem in hoc consentiunt omnes parochi,per tacitam tolerantiam,ergo videtur hoc sibi esse gratum,ergo valet;Nauar.c.27. nu.255.notab.6.vbi ait ex consuetudine posse Confessarium vnius parochiæ absoluere confessum a peccatis ubicunque commissis, & dat rationem,pront ibi,& hoc videmus passim admitti per consuetudinem, nam multi tempore Paschatis discedunt a propria ciuitate,siue oppido,& confitentur peccata sua in aliena Diœcesi,ibi communicãt, & postea afferunt cædulam,siue tessarum sunt parochio,vide Caiet.in opus.de min. pœnit.& utinam prælati,& parochi haberent saltem hic vigilantiam,vt sciant,qui nam cõfessi sunt in sua Diœcesi,quiue non,& qui extra, & an portent cædulam de confessione,& communione habita alibi,Syluest.in uer.Confessor,1.§.2.uer.8.Nauar.lo.citato, c.9.nu.5.in fi.non sine misterio dixi,sine fraude,quia multi discedunt a propria parochia,confitendo alibi,quin anno elapso fuerunt obiurgati a confessariis,vel eis fuit imposita restitutio,vel cessatio ab aliqua mala consuetudine,& sic uadunt ad alias Diœceses,ibiq; confitentur,& ista confessio non ualet,quia permanentib.in peccatis,est denegancla absolutio,licet eis impediatur a quibusdam confessariis,per c.peccati uenia, de reg.iur.lib.6.Syluest.in uer.Confessor,4.nu.3.§.2.Secundo,quia nolentes restituere,nõ sunt absoluendi,modo possint,Caiet.in Sum.ver.restitutio,capit 6.circa vlt. Nauar.c. 16.nu.59.notab.4.D.Anton.in Sum.2.par.tit.2.c.8.& dixi in ver.absolutio,§.9. sed recedente,siue remota hac fraude valeret confessio,prout dixi sup.Dico præterea, quod posset facere contra hoc c.2.de pœn.& rem.lib.6.vbi habetur hoc nulla cõsuetudine posse introduci,vt quis non teneatur confiteri proprio Sacerdoti;Respõdetur, quod potest hoc introduci multis rationib.prima,quia in omnib.mendicantib.& iis,quib.cõicantur eorum priuilegia,pôt quis confiteri ẽt semel in anno.Secunda,ex Bullis Summorũ Pontificum,concessis,variis locis,& Confraternitatib.& præcipue, per Bullam Pau. III.concessa Sanctis.Eucharistiæ Sac.Cõfratrib.Nau.in c.j.in,prin.in gl.n.98.de pę.d. 6.Tertia ex facultate tacita,vel expressa superiorũ, videntium,& tolerantiũ. Nau. in c.placuit,nu.334. de pœni.dist.6.ver.quæro tertio.Quarta,pôt hoc introduci cõsuetudine cõtraria,& ad textum rñdetur,quod pôt alia consuetudine tacite,vel expresse concedi,& rô rationis est,quia id qđ est præcepto humano inductum,pôt humana consuetudine tolli,arg.c.fi.de consue.Nau.cons.5.de feriis,vide in praxi mea pœnit.c is,§.1. & 2.

AD TERTIVM.Dico,quod uagabundi possunt confiteri cuicunq; Confessario, approbato ab Ordinario illius Diœcesis,vbi ipsi cõmorantur,nec est necesse confiteri parocho illius parochiæ vel degunr,Caiet.Flo.Theo.lo.ci.Cætera de hac materia, vide apud Doc.q2 intẽtio mea est tãgere immõ practicabilia magis,& q̃ nõ ita vulgo circũferũt.

Cœmeterium.

AN possit edificari longe ab Ecclesia,vel ꝓpe Ecclesiã,vide Iun.in c.abolendę, nu.2. de sepul.vbi ẽt dicit,solum Ecclesiã habentẽ populum posse illud habere,& qđ sit,et an opus sit,quod sit consecratum ab Episcopo,vel solum locus deputatus ad sepulturam,

ram, vide Arch.in c.fi.n.14.de fent.exc.li.6.Et an gaudeat immunitate,qua Ecclesia, i de Abb.in c.cum ecclesia,nu.2.de immunita eccles.

SVMMARIVM.

1 *An qui iniuriam sit passus ab aliquo pro qua querelam exposuit in iudicio,possit interim pendente causa confiteri peccata sua, & communicare, non tamen cessando ab agitatione iudicij.*

2 *An iudex Ecclesiasticus possit expellere ab Ecclesia nolentem remittere iniurias,& desistere ab agitatione causæ?*

3 *An heres occisi,faciens remissionem occidenti,propter hoc censeatur adire hæreditatem si eam renunciauit,uel de pecunia quam acceperat propter dictam remissionẽ,teneatur soluere debita defuncti occisi, uel creditores habeant aliquod ius in illa. Ad tertiũ respondetur negatiue quo ad omnia,Boer.decis.1.nu.5.Clar.q.58.nu.33.Bart.in l.pro hærede,§.si sepulchris,ff.de acq.hær. Brunus in eius Repertorio,in uer. Pax Nuncius. Tartalia in prag.de Compositione,nu.7.*

AD PRIMVM, Respondetur quod cum ex iniuria accepta siue illata tria oriantur, Primum.id est, rãcorem in corde, statim quis remittere tenetur,& sic intelliguntur multæ sacræ scripturæ loci,& præsertim Illud Matth.ca.18. Nisi remiseritis de cordibus vestris,&c.Sed actionem iniuriarum non tenetur remittere,text.in ca. si quis contristatus,& ibi glos.in ver.satisfaciente,90.dist.Syluest.in ver.Charitas,numero 4. §.6.Astens.lib.2.tit.62.art.q.2.D.Tho.2.2.q.83.art.&in corpore,& q.25.art 8.& 9.Ang. in ver.iniuria,§.6.Abb.in c.1.nu.7.de iniuriis.

AD SECVNDVM, Sac.Congreg.Cardin.de hac re consulta,ita censuit Declarat,301. in meis, Nõ potest Iudex Ecclesiasticus arcere aliquem ab Ecclesia eo quod nolit dimittere actionem iniuriarum proximo suo, nam satisfacit hominis Christiani officio si intimũ odiũ,atq; rãcorẽ q́s deponit,& ita seruatur in praxi.& Nau.cons.3.de pę.& rem.

Cambium.

CAMBIVM, Quid sit, quotuplex, quõ,& qñ liceat, vel sapiat vsuram, cum sit materia practicabilis, prolixa, intricaca,& suspecta, vide Nau.c.17.nu.183.a litera B. Srotum lib.6.q.8.ar.2.de iust.& iure, Syluest.in uerbo vsura 4.vide Bull. Pii V.148. quæ incipit:In eam,& aliam Pij IIII.154.quæ incipit,Cum sine.

Clericus.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur Clericus.*
2 *Quo priuilegio utatur circa personam.*
3 *Cognitio clericatus clerici ad quem iudicem spectet.*
4 *Pendente hac cognitione,ubi clericus debeat detineri carceratus.*
5 *Pendente hac cognitione clericatus,an superse deatur in negotio principali.*
6 *An clericus factus post delictum,gaudeat priuilegio fori.*
7 *An clericus effici possit contumax in Curia sęculari.*
8 *An Clericus possit eripi ministris sęcularibus,ducentibus eum carceratum.*
9 *An clericus sit immunis a solutione gabellarum.*
10 *An clericus male expendens fructus beneficij,peccet mortaliter,et teneatur ad restõnẽ.*
11 *Pro quibus causis teneatur clericus soluere gabellas.*
12 *An clericus possit renuntiare priuilegio clericali.*
13 *An dimissio habitu si illum reassumat Clericus, gaudeat priuilegijs.*
14 *Quas uestes portare debeat,ad hoc ut dicatur in habitu,& tonsura.*

15 *An possit exponere aliquam mercaturam decentem.*
16 *Quando dicatur amittere priuilegium clericale, & quæ ad id requirantur.*
17 *An clericus coniugatus possit retinere beneficia.*
18 *Clericus comparens coram Iudice laico, qua pœna puniatur.*

AD PRIMVM, Ille est verè clericus, q saltē hēt primā tōsurā, tex.& gl.ibi, i ver. Psalmista, i c.cleros, 21.d.& gl i c.si qs suadēte, i ver. i clericū, 17.q.4.c.cū cōtigat, de eta. & qual. Scdo oēs pfessi, tā mares, q̄ fœminæ Religionis approbatæ, ēt conuersi, & conuersæ, c.cū illorū, de sē.exc.c.monachi, eo.c.de monialib.eo. Tertiò nouitii ingressi ad pbōnē Religionis approbatæ, c.religiosos, §.q̄uis, de sē.exc.li.6. Quarto eremitę, put in ver. Eremitæ. Quinto clericorū appellatione iodiosis nō veniūt Sacerdotes, Gimōt.de grat. expec.f.386.n.53.nec dignitates, nec Canonici Cathedraliū, nec Monachi, nec Religiosi, c.qa periculosū, de sent.exc.li.6.Sylu.in uer.clericus, 1.n.1. Sexto deuotus, & perpetuo mācip⁹ alicui Monasterio, est psona Eccles.& gaudet priuilegio canonis. Nau. de red dit.q.1.monitio.54.n.4.& oīs psona deputata alicui Ecclesiæ ppetuo, siue Seculari, siue regulari, saltē si deferat habitū aliqua ex parte religiosū, licet nō emittat tria vota essētialia, cēsetur psona Eccles.& gaudet vtroq; priuil.Host.Io.And.Ant.& Pan.in c.ptiuil.de priuil.D.Ant.3.p.tit.12.c.2. Nonnulla hic omissa incuria, sub finem 1.par.inuenies.

AD SECVNDVM, Dico Primo, præter ea quæ recuset Sylu.in uer.clericus, 1.nu. 1.dico clericū circa personā hēre priuilegiū, quia nō pōt percuti, nec in reb.adhærentib. suę personæ lædi abq; incursione cēsuræ, vt patet in iurib.allegatis, & Sylu.in uer.excōicatio, 6.per totū, & Nau.c.27.nu.76.& infra. Secundo circa forū, non pōt capi à iudice sæculari, c.ut famæ, de sent.exc.& si iudex, eo.tit.li.6.nec conueniri pro ciuili, uel criali cā corā iudice sæculari, c.unico, de cler.coniug.li.6.c.si diligenti, de fo.cōp. Fallit Primo in clerico coniugato, quia licet non possit conueniri criāliter corā iudice sæculari, tñ pōt pro causa ciuili, licet pp eā non posset capi, nec carcerati, Cou.prac.q.c.31.nu.7.uer.prima igitur, Nau.de Hor.can.c.7.n.15. Nec obst.ꝙ ibi tex.in c.unico, de cler.coniug. li.6. dicat, ꝙ nec conueniri possit criāliter, aut ciuiliter, qa intelligit.t.ēt si pro cā criali ciuiliter agatur, prout in actione iniuriarū, de qua uide Mar. in 4.p. d.1. per totū, sed solum restant duo priuilegia clerico coniugato, s. canonis, & fori crialis, Sylua. 1. p. q.7.nu. 18.& hoc si seruat contenta in d.c.unico, secus si non, & Conc.Tri.Sess.23.c.6.addit, ut addictus sit alicuius Ecclesiæ seruitio ex Epi deputatione. Fallit Secundo, si clericus in minorib non seruat contenta, d.c.citato, Sac.Conc.Tri.uidelicet primo, aut habebat beneficiū Ecclesiasticū. Scdo, aut deferens habitū clericalē, & tōsurā, inseruiat alicui ecclesiæ de mādato Epi. Tertio aut uersetr in seminario clericorū, siue in aliqua schola, siue Vniuersitate de licentia Epi, Gu.Pa.q.83. Si qs igit clericus captus a iudice sæculari, nō hēat vnū ex his trib.requisitis, nō dēt remitti ad iudicē Ecclesiasticū, licet petatr instātissime; Rō est, qa nō gaudet priuilegio fori, put patet iurib. allegatis, & sic cessant ea q̄ dt Cou.prac.q.c.33.p multa, & hñt locū ex magna parte ea, q̄ dt, i c.31.& 32.nec sufficit pbare ipsū incessisse in habitu clericali sed op⁹ est uel pbare titulū bñficii, uel aliorū requisitorū; Cap.dec.87.n.9.& Fol.i Prac.cri.1.p.de excus. a n.38.& inf.licet nō sit uerū, ꝙ dt in n.47.i fi. p hāc doc.Cōc.Cap.Tol.q.64.ponit pulchrū casū cit.clericū cōiugatū, q postq̄ vxor sua luxuriata fuerit publice, iterū cognoscit eā, dicit qd gaudet priuilegio.

Ex hoc doc.cōcilii oriūtr multa dubia, & Primū, an q hēt pēsionē alicuius beneficii Ecclesiastici, & sit tātū, ō i minorib.ordinib.cōstitut⁹ gaudeat hoc priuilegio? & vr qd nō, qa appellōne pēsionis, nō uenit bñficiū Ecclesiasticū. Sylu.1.p.q.3.n.11.& Fel.i c.ad audiētiā il 2.de rescr.Ge.i c.q̄uis, il 1.de pb.li.6.Go.i q.21.de an.poss.& q.16.de īfir.resig.Cap. dec. 200.n.3. Alii dñt, ꝙ æquiparat bñficio, ut refert Gom.in d.q.21.in contrariū; sed omissis aliis, dicerem cōcurrentib.aliquib.ordinib.minorib.uel primæ tōsuræ, & pēsione, clericū gaudere priuilegio fori, & consequenter fore remittēdum, probatur Primo, quia adest opinio multorū Doctorū.Gom.lo.cit.Scdo quia pensio est pars substantialis beneficij.

Tertiò

Tertio, quod idem iuris est de parte, quod de toto, c. minoribus, de præb. & pensio interdu capitur loco beneficii, & habet uim eandem, Rebuf. tit. de dispen. super desec. æta. num. 82. Quartò, quia pensioni competit diffinitio beneficii, nam dicitur beneficium, quasi benefaciens, sed illa etymologia militat in pensione, ergo, &c. Quinto, quia hodie per Bullam Pij V. relatam a Nau. c. 25. nu. 122. dicitur, ut quicunque pẽsionem vt clericus percipit, eum ad dicendum officium paruum Beatæ Virginis decernimus obligatum, facit similitudo quam facit Nauar. capit. 27. numero 34. Sexto, quia sumus in materia fauorabili, & sic audiui fuisse decisum Neapoli, in Mag. Curia. Vic. in Clerico pensionario, & factam fuisse remissionem ad Curiam Archiepiscopalem, anno 1588. in personam Mag. Scipionis Scalione.

Secundum dubium, an Laicus habẽs prębendam, siue portionem, gaudeat hoc priuilegio nam Laicus potest habere præbendam, seu pensionem, ca. cum M. Ferratiensis. de Const. & ibi glos. in uer. receperunt, Sylua. lo. cit. nu. 4. Gom. de expect. nu. 42. & Sylua. 5. par. q. 5. nu. 27. Casu 17. tunc dico,) quod non; Ratio, quia non est Clericus, & Conciliũ requirit vtrumque.

AD TERTIVM capitur Clericus noctu, vel die à Iudice sęculari, dubitatur de eius cleri catu, petitur, penes quem iudicem cognitio clericatus debeat fieri? respõdeatur, Primo quod in terris status Ecclesiastici pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, c. si iudex, de sent. excom. lib. 6. Secundo, quod vbi proceditur de iure communi similiter, Couar. prac. q. c. 33. a numero 1. & hanc dicit esse communem opinionem Doctorum, in d. cap. si iudex, & in ca. unico, de cler. coniug. lib. 6. & sic dicit practicari in Hispania, sed apud Gallos iudicem sęcularem, Gui. Pa. q. 138. & Io. Gal. q. 78. Tertio, de iure Regni Neap. ista cognitio pertinet ad iudicem sæcularem, Foller. in addit. ad Marant. 4. par. dist. 2. num. 70. & in fragmentis suis, nu. 5. & in prac. Cri. 1. par. de excusat. à nu. 38. & infra, vbi plus dicit, quod non auditur super declinatoria fori, nisi personaliter comparuerit cum instrumento clericatus, quo præsentato, datur terminus ad probandum clericatum, quo probato fit remissio, aliàs reputaretur contumax, & adest Ritus Magnæ Cur. idem Boss. de for. comp. num. 156. Vinc. de Fran. decis. 189. nu. 6. & 10. hoc tamen fallit, Primo, quando quis notorie esset clericus, Foller. loco cit. quia tunc statim debet remitti, Bald. in l. si qua per calumniam, colum. 2. in fi. ver. quæro, C. de epis. & cler. Abb. & Felin. in c. cum non ab homine, de iudic. & si esset notorium ipsi iudici sæculari illum esse clericum, cũ requisitis a Sacr. Concil. Tridentino, ut quia scit illum habere beneficium, uel uiderit eum seruire alicui ecclesiæ, vel in seminario versari, vel fama publica indicat talem esse, & non vult eum remittere, vel quia vult lucrari acta, vel decreta, vel quia vult nimium fauere Iurisdictioni Regiæ, nimium fiscalizando ad excusationes excusandas in peccatis, Boss. loco cit. numero 151. & infra, quia quam primum Clericus ostendat iudici laico litteras Clericatus, tenetur eum remittere statim. Boer. decisio. 103. numero duodecimo, quia secus non euaderet sententiam excommunicationis, capitulo nuper, in primo responso, de sentent. excommunication. libro sexto, Syluestr. ex verb. excommunicatio, sexto, numero tertio, versiculo secundo, numero decimoquarto, vsque ad finem, capitu. si uero, il primo, de sentent. excommunicat. Abb. in capit. cum non ab homine, de iudic. Ratio est, quia illa captura non fit ad bonum finem, nec pro bono publico, nec suadente Deo, & vt seruetur Iurisdictio regia, sed vt extorqueatur pecunia, uide Nauar. capit. uigesimoseptimo, numero 83. notab. decimoseptimo, & sic seruatur in practica vbique per Regnum. Quid si iste Clericus perdiderit Bullas? Respondetur Primo, hoc posse probari prout dixi in uer. Bullæ.

Secundo, quod sufficeret sola possessio habitus, & clericalis tonsuræ, vel sola possessio beneficij; Ratio est, quia beneficiatus præsupponitur Clericus, & si opponatur, tenetur ipse Clericus probare, vel pars aduersa; Boer. decisio. 171. num. deci motertio, 16. decimoseptimo, & 18. & clericatus potest probari per unicum testem, idẽ dec. 127. & Vinc.

de Anna, Singulari, 458. Sed quid si clericus non petat remitti ad iudicem suum competentem? Respondetur quod iudex Ecclesiasticus debet eum petere, & remitti debet etiam eo inuito, si ciuiliter agatur contra eum, Innoc. in c. ut formæ, nu. 1. & 2. de sent. excom. etiam si ante capturam clericus se gerebat ut laicus notorie, etiam manifesto & si fecerit fidem de clericatu, nam tunc etiã deberet remitti, & ita fuit practicatum, Cap. Tolos. q. 183. anno 1393. die 11. Octobris.

AD QVARTVM, Vbi carceratus manere debeat quæritur dum pendet ista cognitio. Respondetur, quod ex superioribus patet respõsio, nam si iudex sæcularis præuenit in captura, non fit remissio causæ, nisi probato Clericatu cum requisitis a sacr. Conc. Trid. & interim detinetur in carceribus suis, Foller. lo. cit. & hoc si loquimur de iure Regni. si uero de iure communi, & cognitio pertinet ad ecclesiasticum, clericus interim detinetur in carceribus laicalib. & nõ fit remissio ad Ecclesiasticũ donec cã Clericatus per iudicẽ Ecclesiasticum per sententiã, quæ transierit in rem iudicatam, fuerit finita, Couar. prac. q. c. 33. num. 3. uer. fortassis, ita notabiliter Innoc. in c. ut famæ, nume. 1. & 2. de sent. excom. Si uero Ecclesiasticus præuenit in captura, uel clericus sponte in carceres Ecclesiastici se obtulit, tunc pendente cognitione causæ in Curia Ecclesiastica, interim clericus detinebitur in carceribus Ecclesiasticis, alioquin si relaxabitur fideiussoria cautione, vel locis laxioribus deambulauerit, sæcularis curia eum potest capere, Couar. ubi supra, num. 4. & si non probabitur clericatus cum requisitis a sac. Conc. non fiet remissio, Couar. loc. cit. & c. 31. num. 7. uer. 4. in fi. Prima ratio est Concilii, quod non vult clericos gaudere hoc priuilegio, nisi cum illis requisitis. Secunda, ne uideantur iudices Ecclesiastici potius meros laicos sceleſtiſſimos homines, in graue Reipublicæ dispendium & diuinæ, atque humanæ iustitiæ lesionem eximere a iudicibus sæcularibus, quam iurisdictionem ecclesiasticam tueri, Couar. loc. cit. Tertio ne videatur ordinem ecclesiasticum nil aliud esse, quam liberam delinquendi licentiam. Fallit in Clericis, qui in profundum malorum deuenerint, & sunt omnino incorrigibiles, nec in hoc necessaria est trina monitio, & potest sine degradatione per iudicem sæcularem puniri, Boer. decisi. 69. num. 17. & hoc si est in minoribus, secus uero si in sacris, tunc enim requiritur degradatio, Couar. loc. cit. num. 2. uer. 3. sed de hoc vide in uer. Assassinus.

AD QVINTVM, pendente causa clericatus, uel apud iudicem sæcularem petente iudice Ecclesiastico, uel e contra, supersederi debeat in causa criminali, de qua inquisitus est Clericus, respondetur affirmatiue. Couar. c. 37. num. 3. & 4. & text. & glos. in c. si Iudex, in fi. de sent. excom. lib. 6. & Inno. in d. c. ut famæ, num. 1.

AD SEXTVM, an sufficiat habere requisita a Sac. Conc. post delictum patratum, & videtur quod posset puniri, non obstante susceptione ordinum, & aliorum? Ratio Prima est, quia videtur præsumi hoc factum fuisse in fraudem, ad euitandum iudicium sæculare. Secunda ratio est, quia res transit cum onere suo; Et circa hoc dico, Primò, si quis sit Clericus, & habet requisita prout sup. sine vlla fraude, quod tunc omnino liberabitur a iurisdictione iudicis sæcularis, Couar. c. 92. nume. 14. consi. 1. quod probat legib. & Doctoribus. Secundò, si hoc facit fraude, vel dolo, prout sup. non liberabitur. idem ibidem, consi. 2. Tertio ad videndum, vtrum hoc faciat fraude, vel bono zelo, confugiendum est ad coniecturas, vt uerbi gratia, si quis post delictum commissum, & ante susceptum ordinem, fuerit accusatus, uel denunciatus, uel infamatus, Bal. in l. 1. nume. 2. C. an seruus ex suo facto, cap. proposuisti, de foro comp. & in Marg. Inn. in uer. Laicus, qõ. 2. Ioan. And. in c. 1. de oblig. ad ratiocinia. Couar. ibidem, ver. fraus verò, Vinc. de Fran. decis. 269.

Quartò vbi verò fraus erit, tunc distinguendum est, aut est crimen leue, & tunc a iudice sæculari potest puniri mulcta bonorum, & rerum; si atrox, quod mereatur pœnam vltimi supplicij, facta degradatione per Episcopum, cõdemnatur, idem ibidem, Conclus 3. quod dixi de requisitis, a Sacr. Conc. idem dicendum est de professione facta in aliqua

Religione

Religione approbata, Couar.ibidem,in fine.Vinc.de Franc.decis.209.sed ad hoc prout dit Sixtus Papa V.in sua Bulla,in qua sanciuit,ne huiusmodi scelesti homines ad Religionem assumantur,nisi facta diligenti inquisitione,in capi.prouinciali,de vita, moribus, & natalibus,vide Conc.Constantinop.6.actio.16.Can. 43.uide etiam pro hac materia Boss.in tit.de foro compet num.144.& in tit.de pœn. num. 28. ubi ponit casum in facto;Ratio est,quia Clericus per susceptioné habitus Religionis,uel sacri ordinis,mutat forum,cap.non dubium,de sent.excommun. Nauar.in c.non dicatis,num.3.in fine, 12.q.1.ubi loquitur de causis,factis ante,vel post Monacharum,uel ordinationem Ecclesiasticã Circa hoc dicẽt locorum in Ordinarij,quomodo nos facere debemus remissionem Clericorum carceratorũ in nostris carceribus secularibus iudicibus,petentibus dictam remissionem iuxta seriem sac.Conc.nam si ipsi postea habita remissione delinquentis, ipsum condemnabunt ad mortem, uel ad mutilationem, nos erimus irregulares,per iura uulgata,in c.2.de homic.lib.6.& Clem.unica,eod.tit.Nauar.cap.27.nume. 209.ad hoc respondetur,quod si Clericus meretur pœnam mortis, præuia degradatione, potest fieri traditio ipsius sic degradati,prout in c.nouimus,de uerb.sig.glos. in c.ad abolendam,de hæret.Sylu.in uer.degradatio,num.4.Royas.in sing.175.Simanc.de Cathol.instit.tit.46.num.69.prout faciunt frequenter Inquisitor.Peng.com. 20. super 2.p. Direct.Inquisit.Locatus in iudiciali inquisitorum,in fine,Simanc.loc.cit.tit. 34.nu.47. idem in obtruncatione membrorum obseruari debet cum protestatione, prout Syluest. in loc.cit. Sed extra hos duos casus potest fieri remissio, etiam si Clericus ille pro certo condemnaretur ad triremes,& hoc patet ex dictis superius,& quia Concilium sic vult, & satis nobis est,si obseruamus iura,& sic non essent tot clerici malæ vitæ,in maximam vtriusque fori contumeliam,ut ait Boss.in tit.de pluri.uiol. nume. 88.si quis plura circa hoc uoluerit uidere, uideat Stepha. Aufret.in Clem.1.de offic.ord.& Nigrum Campa. in Clem.de uita,& honest.cler.& Boss.in tit. de foro compet.quia intentio mea est, solum tangere casus magis practicabiles.

AD SEPTIMVM processatur Clericus in Curia sæculari,citatur,fit contumax,quia non venit ad ostendendum Bullas Clericatus,ob quam condemnatur ad pœnam contumaciæ,postea comparet,ostendit Bullas Clericatus, remittitur ad suum Ordinarium, petitur,an iudex laicus possit exigere illam pœnam ? & clericus ad id teneatur, possitque astringi? respondetur negatiue,Guid.Pap.quæst.450.num.primo, Foller.in pract.crim. fol.46.num.39.imò, nec tenetur comparere coram iudice laico,si citetur, glo.in c.nullus Episcopus,11.quæst.1.& tunc tenetur ostendere Bullas, quando caperetur a iudice laico,& detineretur in suis carceribus,quia deberet confugere ad iudicem suum competentem,cap.si diligenti,de foro compet.pulchrum casum de clerico coniugato ponit Cap.Tolos.q.144.

AD OCTAVVM, Ducitur clericus per officiales Laicos, vtrum possit ab eis impune auferri,modo constet eum esse Clericum? Respondetur quod sic,Gui.Pa.q.73. nume.2. Vinc.de Franc.decis.199.num.10.ratio est, quia licet per se sine interuallo de possessione expellere uiolentum, l.cum fundum,ff.de ui,& ui.arm. Dyn. in cap.potest quis, nu. 4.de reg.iur.lib.6.

AD NONVM, Prima Conclusio est, Clericos esse immunes a solutione gabellarum,seu vectigalium,patet,cap.quanquam,de cens.lib.6.cap.ei, & cap.3. de immunit.eccles.lib. 6.Clem.unica,eodem tit.cap.aduersus,de immunit.eccles.extra, Boss.tracta. de princi. & priuileg.numero 174.& qui eas exigere compelleret, uel solui, esset excommunicatus,per iura prædicta,Nauar.capit.27.numero 128.Caiet.in Sum.uerbo.excommunicatione,capit.39.

Secunda Conclusio exigens à Clericis vectigalia siue gabellas,quæ a laicis licite exigi possunt,non incurrit in pœnam Bullæ Cœnæ Domini, sed solum excommunicationem, c.quanquam,quæ est episcopalis,facta restitutione,quia ille loquitur de prohibitis exi-

gendis, vt sunt ea, quæ ad vsum proprium portantur. Tertia Conclusio; si quis exegerit a Clericis pro cis, quæ ad vsum proprium, & necessarium vehunt, cum hæc neque a laicis de iure communi exigi possint, (licet secus possit introduci de consuetudine quo ad laicos) esset excommunicatus excommunicatione Cęnę Domini. Nauar. c. 27. num. 61. Flor. Theol. in 4. Sent. tract. de Vectigal. fol. 192. & tex. in d. Bulla, Clausula, 18. Syluestr. in ver. excommunicatio, 9. num. 46. excommunicat. 21. Quarta Conclusio, imponere gabellas, pedagia, vel similia personis Ecclesiasticis, vel eorum, & ecclesiarum bonis, vel beneficiorum fructibus aut introitibus, est excõmunicato Cęnæ Domini, etiam a sponte dantibus, Bulla cita. Nauar. cap. 27. numero 287. & vbi supra, dixi ea, quæ quis ad suam, seu suæ familiæ necessitatem secum portat, quia pro his, nec Laici tenentur aliquid soluere de iure communi, Nauar. cap. 27. nume. 202. Syluest. in ver. Gabellam, nu. 14. §. 20. Caieta in Sum. in ver. vectigal, §. 4. Armil. in ver. Gabella, nu. 20. Angel. in ver. pedagium, §. 6. Sot. lib. 3. q. 6. ar. 5. de iusti. & iure. & fraudantes de his non peccãt, vt ait Syluest. lo. cit. Asten. lib. 1. tit. 32. ar. 4. q. 4. l. vniuersi, C. de vectigal. Quinta Conclusio, hoc ampliatur, Primo, etiam ad res Clericorum, nam si vellet vendere frumenta, oleũ, vel quid simile, quod facit in terris sui beneficii, vel patrimonii, non tenetur soluere gabellas, idem dic de monasteriis. Cyn. in l. omnes, §. priuilegia, C. de epis. & cleri. Syl. loc. citato, in uer. 2. & 3. Afflict. in Constitut. Apostatantes, num. 20. dicit, quod Clerici clericaliter viuentes, non tenentur contribuere cum laicis pro bonis ecclesiasticis, & patrimonialibus, & adest Constitutio Regis Caroli II. quæ incipit, Volumus, & mãdamus, & alia quæ, incipit Statuimus, num. 6. idem in Consti. Porrecta, & in constitut. De bur gensaticis petitorio, notab. 3. num. secundo, vbi dicit Clericum gaudere priuilegio fori pro rebus patrimonialibus, idem Niger in dicta Constit. cap. 98. num. 1. & infra, vbi etiam tenet, quod sunt immunes in rebus emptis, & donatis, quod ad collectas variabiles, idem in Constit. Porrecta, num. 65. Secundo ampliatur, quod nec tenetur soluere pro rebus, quas facit Clericus mutata forma, vt uerbi gratia si emat sericum, & facit ex eo caligas, vel papyrum, & facit libros, vel aliquid huiusmodi, Abb. in cons. quod incipit, Casus super quo, in 2. volum. Ratio est, quia hæc non est negotiatio, quia tunc est negotiatio, quando rem eandem non mutata forma venderet, c. eiiciens, 88. distin. Abba. in ca. fi. de vit. & honest. cleric. Naua. c. 27. nume. 128. nec hoc artificiolum est a iure prohibitum, c. Clericus victum, 91. distin. hoc fallit Primo in clerico negotiatore, quia soluere tenetur Gabellas pro rebus, quas uendit, cum eis sit prohibita negotiatio, & in hoc assimiletur vero laico, Doct. locis cit. ca. negotiatore, cum sequentibus, 88. dist. Abb. lo. cit. Bal. in l. cunctos populos, de sum. Trin. & fi. Cath. Maran. 4. par. distin. 9. nu. 118. Nauar. c. 27. n. 201. notab. 74. d. c. quanquam, & ibi glos. in versi. negotiandi, c. fin. de vit. & honest. cler. Fallit Secundo in clericis non incedentibus in habitu, & ton sura, quia debent soluere gabellas, Gui. Pa. decis. 83. in Clem. 1. in ver. rebus, de vita, & honest. cler. c. fi. & ibi glos. in ver. fructibus, eod. tit. Couar. prac. quæst. c. 31. per tres Conclusiones, in ulti. Fallit Tertio, quando in gabella, seu vectigali daretur facultas a Papa, quod possit exigi, etiam a Clericis. Nauar. loc. cit. vt est Neapoli in gabella, quæ dicitur uulgo, lo male dinato. Fallit Quarto, pro necessitate Reipublicæ releuanda auctoritate Papæ, ca. a nerfus, de immunit. ecc. Fallit Quinto, in colonis laicis colentibus, prædia ecclesiæ ad meliũm, vel tenẽtia eadem ad officium, quia tenentur soluere gabellas, & collectas impositas per iudices sæculares de parte fructuum contingente illos colones, Syluest. loco cit. num. 48. ver. 6. Nauar. c. 27. num. 128. not. 6. sed hoc habet locum, Primo, quando priuilegium esset datum personæ, & non rebus, quia tũc nec pro reb. coloni tenerẽtur, Bo T. loco citato, Boer. decis. 213. nume. vlt. Secundò, quando non esset affictator, seu cõ ductor Cardinalis, quia gaudere debet eadẽ immunitate, qua Cardinalis, licet hoc in decimis, Vinc. de Fran decis. 107. n. 2. & 8. Iser. in c. quæ sunt regalia, §. & plaustrorũ, & nauium, nume. 56. Fallit Sexto, in Clerico coniugato, qui tenetur soluere datia, seu col-

lectas impositas, Ab.in c.ex par.de cler.cōiug.& in c.ex litteris,n.8.de vi.& honef.cler Bal.in Marg.Inn.in uer.Clerici coniugati,uide pro hac materia etiam Vin.de Anna.Al leg.13.uide etiam capit.Summi Pontificis Honorii,incipiēs.Item quod clerici,&c.Vi de Abb.in c.ex litteris,nu.12.de uita,& honest.cler.& Dyn.in c.nemo,nu.4.de reg.iur. li.6.& glos.in c.cum audissent,de rest.spol.

AD DECIMVM Omissis multis,quæ hic coaceruari possent, hic sunt tres opiniones, Prima est Nauar.c.17.num.34.& ca.23.num.74.notab.27.asserentis,clericum male ex pendentem fructus beneficii,pensionis,distributionum,aliorumque reddituum ecclesiasticorum,& peccare mortaliter,& teneri ad restitutionem,& hanc opinionem tuetur acerrime in sua Apologia,q.1.2.& 3.Secunda opinio est Soti,lib.10.q.4.art. 3. conclusio.3.de iustit.& iure,ubi fructuum ex possessionibus beneficiorum prouenientium, ait clericos esse uere dominos,& sic non peccare,& non teneri ad restitutionem. Tertia opinio est D.Tho.2.2.q.183.artic.7.in corpore,Sylue. in uer.Clericus, 4.nu.15.§.21. Astens.lib.3.tit.27.quæst.2.Angel.in uer.clericus,13.à num.1. isti dicunt, quod solum peccat mortaliter,sed non tenetur ad restitutionem. Hanc tertiam opinionem amplexi sunt multi Doct. Gimon. de grat. expect. c.5.num 25.qui dicit Clericum esse usufructuarium in uita,& usuarium in morte.Idem glos.in c.fi.uer.obitus,de pec.cler. Gom. quæst.1.in fine de trien.possess.Couar.in c.cum in officiis,de testamen. nu.4. Gui.Pap. num.110.iis sic stantibus,Conclusio sit cum tertia opinione,per prædicta,& hanc tuentur multi recentiores,&c.Vide Iser.in c.Corradi,a num.27.& infra,ubi disputat,an Papa,& alii Prælati,sint domini,uel dispensatores ecclesiarū. Vide Nigr. in Const. Reg. in c.item statuimus,quod clerici,num.4.& inf.& omnino add.ad Dyn.in c.locupletari,littera B.de reg.iur.licet remissiue.

AD VNDECIMVM Vidi sæpè sæpius dubitari,& fui consultus pro quibus rebus clericus est immunis a solutione gabellarum siue pagamentorum fiscalium,& in hoc reperio c.primum,de immunit.eccles.lib 6.ubi poterit quis uidere,ex quo Syluest.in ver.ex communicatio,9.num.13.ver.2.dicit clericum gaudere exemptione gabellarum in quatuor rebus. Primò in ecclesiasticis. Secundo patrimonialibus. Tertiò relictis ecclesiæ. Quarto donatis ipsis Clericis, idem in uer.ecclesię,1.nu.6.§.5.uer. 1. & in uer. gabella 2.num.8.ista doctrina sic currit de iure communi,& ubi iure communi uiuitur, per d. cap.& alios Doct.sed quia uidi in Regno molestari clericos non pro rebus ecclesiasticis seu patrimonialibus,uel ecclesię relictis,seu donatis,sed pro rebus emptis,seu donatis ipsis Clericis non asserentes,quod pro istis clerici soluere debent gabellas , seu solutiones fiscales,& sic dicunt obseruare Cameram Summariæ Regni Neapolitani,ideo discutiam hanc practicam,& dicam Primò,si loquitur de emptis,& donatis,posset iustificari hoc,ut soluant id,quod prius soluebatur super reb.ipsis donatis, uel emptis, hoc suadetur,Primò,per dictum glosę de immun.ecc.li.6.in uer.bonorum, ubi ait, si tributariū prædium donaretur ecclesiæ,quod teneretur ecclesia illud soluere,quod prius pro ipso soluebatur,confirmatur hoc ex Ioan.Monacho.& Archidiacono ibi, Ratio eorum est, quia concedens,seu donans non uidetur concedere, seu donare nisi ius, quod habebat in re,prout in l.qui tabernas,ff.de contrah.empt.Bart.in l.Rescripto,§. fina. ff. de mun. & honor.ubi dicit,quod quando onus est radicatum in re,illa res non eximitur a præteritis oneribus,licet transferatur ad alium exemptum,idem Maran.in disputat.8.de iure prothom.numero quadragesimosexto,& glos.in.cap.primo in uer.senioribus , extra de cens.Syluest.in uersi.gabella, numero octauo,uers. quinto,ubi dicit, quod pro oneribus annexis, & perpetuis res donatæ clericis, vel ecclesiæ soluere tenentur quod prius soluebant, quando erant penes laicos; idem confirmat in uer.excōicatio,9.nu.13. uer.2.quod confirmat per Clem.1.& ibi gl.in uers.solita,de cens. Afflict. in d.Constit. numero 16.in fine, imò Nouel. de iur. prothom. §. 8.& 9.numero 40. idem tenet de bonis patrimonialibus, per Regulam, quia res transit cum onere suo; idem censet Afflict.

Afflic.decif.361.num.8.de rebus acquifitis per Clericos. Dico Secundò, quod si bene inspiciantur isti textus, glos & Doct.loquuntur de onere, quod erat affixum rebus feudalibus, fecus verò de istis folutionib.quæ variantur in dies per collectas vel aliquid huiusmodi, & ita Syluest.lo.cit.& Apostil.Ioan.Andr.in glos finali cap.1.de cens.quæ allegat cap.folitę,de maior.& obedien. Dico Tertio, quod cum istæ folutiones fiscales fint quoadammodo onus perpetuum, & inuariabile, quod res donatæ, vel emptæ, tranfeant cum onere fuo, quo ad Clericos, c.ex litteris, de pignor.l.alienatio, ff.de contrah.empt. dico inuariabile, quia femel taxatum territorium, femper fic stat. Dico Quarto, quando vero isti exactores, non contenti folutione folita determinata, & præfixa, vellent imponere nouas collectas per defcriptiones æftimando bona alicuius Clerici, fiue empta fiue donata, ut foluat plus, minuisse fecundum impofitionem collectarum, quod tunc nō tenerentur ad illud plus, Ratio eft, quia non tenentur nifi ad onus illud inuariabile, Abb.in dic.cap.ex litteris, num.12.ita Syluest.loc.ci.& Marian.dicentes bona Clericorum esse exempta ab omnibus futuris angariis, & oneribus laicorum, non autem a pręteritis oneribus, Gram.Decif.29.per totam, & num.14.Dico Quintò, fi res cum tali onere fifcalium folutionum emeretur ab Ecclefia, vel Ecclefiæ donaretur, quod effet libera ab hac exactione, Ratio diuerfitatis eft, quia tranfit ad perfonam, (fi ita fas loqui) quę nunquam moritur, cap.1.de alienat.feu.Afflic.decif.324.num.2.& non ita facile tranfit ad perfonam laicam, ficut res particularium Clericorum, Abb.in cap.dilectus filius, numero 3.de præb.Felin.in cap.Ecclefia S.Mariæ, colum.28.ver.50.quarto, de conftitut. facit, quod mutatione perfonæ mutatur priuilegium.Gui.Pap.q.261.& ibi Addit. Decif.69.dicit, quod bona regiftrata, etiam fi tranfeunt ad clericos, foluere tenentur, quod prius foluebatur; Vide omnino Bal.in Marg.Innoc.in ver. Ecclefiam, quæft.1.ubi dicit res Ecclefiæ effe feparendas a poteftate laicorum, cum fint iuris diuini, & Innoc. in ca. non minus, de immun.Eccl.faciunt, quæ dicit Vinc.de Fran.Decif.131.numero 25.de feudo donato Ecclefiæ, & ab Ecclefia conceffo poftea laico, vide Abb.in cap.ex litteris, num.12.de uit.& honeft.cleri.Dico Sexto, quod fi effet res feudalis, quod etiam teneretur Ecclefia foluere Regi, Imperatori, feu Baroni onus illud, quod prius habebat, c. fancitum, de cenf.& ibi glof.& Syluest.in uer. gabella, 2.numero 10.§.7.faciunt quæ dicit Tiraquel.de vtro.retract.tit.1.§.32.glof.unica, nu.80.& infra, Dico Septimo, hoc fallere in patrimonio donato clerico contemplatione ordinis facri, per Dec.fac.Conc. Trid. Sefs.21.cap.2.de reformat Ratio eft, quia cum detur illud patrimonium in titulum, cenfetur talis clericus in perfona, & rebus gaudere priuilegio exemptionis, Glof.in capitu. Epifcopus, in ver.fubfidium, & glof.in cap.tuis, in uer.patrimonialib, de pręb.& Gom. in q.23.de infir.refig.vbi dicit, quod illud patrimonium datur loco tituli, & loco beneficii, ergo debet gaudere immunitate folutionis, Couar.var.refol.lib.1.cap.4.num.4. Rebuf.de foro compet. numero vltimo, & ita fuit expreffè decretum per Regiam Cameram Summ.Neapol.fub die decimatertia Iulij 1590.ad inftantiam Vniuerfitat s Terræ montis Herculis Beneuent. Diœcefis, cum de quibufdam circunftantiis, de quibus, ibi.Dico Octauò, hoc fallere in patrimonio, cui fuccedit iure hæreditario, non donationis, patet ex dictis fuperius, & ex concordatis per Honorium.Sum.Pontif.cum Rege, c.6 vt patet in Bulla, in fine huius operis, vide Ifer.in c.quę funt regalia, nu.61. Abb. in d.cap Epifcopus, nu.3.& 4.Concludetamen cum Innoc.in c.non minus, nume.1.de immun.ecclef.vbi dicit, quæ vfibus Ecclefiafticis dedicatur quo ad fundationem, vel ornatum, vel manfum, vel dotem Ecclefiæ, funt immunia, cętera tranfeūt cum onere fuo, ita etiam patrimonium donatum ratione ordinis, cum limitatione fufficienti ad victū honefte habendum, prout fupra Nauarr.conf. 5.de immun. Ecclef. Videomnino Iafon.in Authent.Ingreffi, nu.16.17.& 18.& infra de Sacrof.Ecclef.

AD DVODECIMVM refpondetur, quod poteft habere duplicem fenfum, Primum renūciare Clericatui, ut conueniri poffit coram Iudice laico, & remanere Clericus, & hoc

hoc non poteſt eſſe, per c.ſi diligenti, de for.comp. Couar.prac.q.c.ſi. Conclu 2. imo nec renunciare priuilegio, ut conuentri poſſit coram alio Epiſcopo, ſine licentia proprii Ordinarii, c.ſignificaſti, eod.tit. Couar.eod. c.10.uer.8. Secundum, ſi poteſt expreſſe renunciaſſe priuilegio fori, & Canonis coram Iudice Eccleſiaſtico dicens, ex nunc in antea nolo amplius eſſe Clericus, & uidetur quod non, gl. in c. Ioã.in uer.non poteſt, de cler. coniug.quia exemptio Clericorum eſt de iure Diuino, quod nec per Papam poteſt tolli, Gom.in c.1.num.67.de Conſtit.lib.6.cap.ſi Imperator, & ibi gl.in uer.& diſcuti, 96. diſtinct.Couar.prac.q.ca.ſi.31.num.1.licet ibi dicat aliquid in oppoſitum; Ex alia parte uidetur quod ſic, quia quiſque poteſt renunciare priuilegio ſuo, niſi per hoc præiudicet iuri Tertii, uel Reipublicæ, ut in cap.Statutum, §.in nullo, de reſcrip.libr.6.Gom.in c.1.nu.57.& infra, de reſcr.lib.6.Abb.in c.ad Apoſtolicam, nu.6.& 10.de Regular. Prima Concluſio; de facto Clericus poteſt renunciare priuilegio, tam fori quam Canonis, & hoc dimittens habitum Clericalem, & laicaliter uiuens, ca.cum non ab homine, ca. perpendimus, de ſent.excom.c.in audientia, c.contingit il 2.eod. Syueſt.in uer. excom. 6.a num.7.& infra, etiam ſine trina monitione, Nauar.cap.27.num.8i.notab.6.& cum ſe turpibus, & enormibus miſceat, nam tunc requiritur trina monitio, uel vna pro trina, cum retinet habitum, & miſcet ſe militaribus, uel ſæcularibus actibus, Nauar.lo.cit. nu.80.notab.5.& tunc incedens, viuens, & induens ſe ut laicus, facto, & ſcripto renunciat ſuo priuilegio. Secunda Concluſio, Expreſſe priuilegio Clericali renunciare coram Iudice laico per actum publicum poteſt Clericus, hoc patet, Primo ex ſuperioribus; Secundo, quia ſi facto hoc poteſt, quare non uerbis, argum.cap.dilecto, il ſecundo, de appellat.ubi admittitur appellatio ſolo facto. Tertiò quia ſic uidi obſeruari in facto in Curia Archiepiſcopali Neap. Ad obiecta poſſet reſponderi, quando uellet eſſe Clericus, & renunciare. Quarto, id expreſſè tenet Iaſon in l.ſi quis in conſcribendo, nume.1.& 2. de pact.

AD DECIMVM TERTIVM videtur quod non, Regula philoſophi in Poſtprædicamentis in capite, de Oppoſitis, & in 2.de genera.& corrup.quod ex priuatione ad habitum non fit regreſſio, gloſ.Inſtit.de capitis diminut.§.quod autem, Reſpondetur nihilominus, oppoſitum eſſe uerius, nempè, quod reaſſumptis iterum ueſtibus Clericalibus, et tonſura, reintegratur ad priuilegium Clericale, gloſ. in Clem. 1. in uer.quamdiu, de uit. & honeſt.clerico.gloſ.fin.in capit.fin.eodem titul.extra, & ibi Abbas, numero S. Syl-ueſt.in uer.excomm.6.num.4.uerſi.ſi autem talis. Non obſtat auctoritas Philoſophi, quia intelligitur in naturalibus, non in moralibus, de quibus nos tractamus, nec in ſupernaturalibus, ut patet in uniuerſali reſurrectione mortuorum, ut habetur ex D.Thoma, ut additio.3.par.q.75.ar.3.& Sot.4.Sentent.43.quæſt.prima, ar.3.accedit ratio, quia ſi clericus exiſtat in minoribus ordinibus, & poſtea contrahat matrimonium cum vnica, & uirgine, & mortua vxore poſtea reaſſumit habitum, ad altiores gradus ſacrorum ordinum aſcendere poteſt, abſque eo quod iterum accipiat minores ordines, quod prius habebat ratione characteris, qui eſt indelebilis, gloſ.in capitulo Ioannes, in uer.non poteſt, de cler.coniug.& ibi Abb.nu.ſecundo, ſed Afflict. in Conſtit. Apoſtatantes, nu.22. dicit, quod ſi fuerit ter monitus ab Epiſcopo, ut incedat Clericaliter, & ille non incedit, & poſtea pœnitentia ductus, incipit incedere Clericaliter, quod non gaudeat, & citat Innoc.in c.1.de apoſtat.& Iſerniam, tamen oppoſitum eſt uerius, quia licet, dum non uiuit Clericaliter, non gaudeat, tamen quando incipiet uiuere, gaudebit, & in pract. uidi multos reliquiſſe habitum, & diu ſic uixiſſe, & tamen poſtea reaſſumpto habitu gauiſi ſunt priuilegio, facit c.tunc valere, de Conſecrat.diſt.4.nec Innoc.dicit, quod non gaudeat, quando incipiet clericaliter uiuere, ſed ſolum, dum uiuit laicaliter poſt trinas monitiones.

AD DECIMVM QVARTVM Reſpondetur Primo, clericos ſæculares non habere certum habitum, cum non ſit expreſſum in iure, de colore, uel de forma, tamen ueſtis debet eſſe

bet esse talaris, capit.penult.23.dist in.glo.in Clem.si.in versic.videtur,de vit.& honest. cler.Diaz in pract.crim.Can.cap.nec coloris indecentis,nec habere ea,de quibus Diaz loc.cit. Syluest.in ver.clericus,2.nume.2.ver.2.Angel.in uer.clericus,4.§.3.Syluest.in ver.excommunicatio,6.num.4.cap.nullus,21.quæst.4.Foller.Prac.crim.tit. de excusat. num.42. & sic conclude, ut dicit Foller. quod uestis debet esse secundum loci consuetudinem,& Ordinariorum,& Concilliorum prouincialium, uel Diœcesanorũ Constitutiones,Abb.in c.clerici,num.18.de uita & honest.cler. uide cap.per Symoniam,41. dist.Gui.Pap.q.38.dicit,non licere habitum breuem per dimidium pedem,uel circa genua, & quod in facto Clericus delinquens, inuentus in tali habitu,non fuit remissus ad Ordinarium suum,uide Couar.pract.quæst.c.31.num.8.uer.4.c.clerici officii,de uita & honest.cler.Concil.Trid.Sess.14.c.6.de reform. Bene uerum est, quod inter pares uestitus debet esse par,inter digniores talis æqualitas non seruatur, Abb.in ca.cum omnes,num.9.de constit.& in Clem.cum Romani,num.10.de elect.gl.in Summa,21.q.4. & Nauar.in c.statuimus,19.q.3.notab.9.num.27.dicit debere Episcopum cogere Clericos circa habitum,& Conc.Elobertinum Can.76. quid est in primo Tomo Conciliorum,& 6.Synodus Constantinopolitana,can.50.in To.2.ubi habetur, si clericus est,deponatur.& Conc.Trid.sess.22.& c.1.de refor.ubi circa tam uestitus,quã ludos,committatur negotium arbitrio ordinarii,& hoc de clericis,uel constitutis in sac.uel habentib. beneficia Ecclesiastica Nauar.c.25.nu.110.

AD DECIMVMQVINTVM Respondetur, quod Clericus potest licet non per se, sed per alium præsertim exercere mercaturam,aliquid uilius emendo,& carius uendendo, in tribus casibus.

Primo,quando non haberet aliundè,quo uiuere posset. Secundo, ad subluandam consanguineorum, & parentum inopiam; Tertiò quando non esset prohibita a suo prælato, Tabie.in in uer.emptor,numero 19.Ioan.Medina,tract.de restit.q.3.§.20. Nauar. c. 25. num.110.notab.34.quod comprobat multis Doctoribus;Gui.Pa.licet remissiue,q.197. & Conc.Elibert.c.19.ita auctorit.Concil.Sum.& Abb.in cap.clerici,num.3. de uita & honest.cler.& in c.dilecti filii,num.3.de decim.& Nauar.de spol.num.5.& in capi paternitas,22.q.1.

AD DECIMVMSEXTVM, Vt Clericus in genere perdat priuilegium Clericale,quinque requiruntur,quæ uideas in Capyc.decisio.161.numero secundo,ubi uideto etiam, quando clericus dicatur exercere sæua, seu enormia delicta,& quid sit frequentare delicta, & quid sit deprehendi in crimine, quæ omnia notanda sunt pro praxi quotidiana,uide etiam Butrium in cap.primo,de apost.Cepollam,consi.11.Foller.in pract.crimin.de excusat.numero 40.& 47.& quando dicatur in corrigibilis, uide Diaz in prac. crimin.Can.capit.131.& Abb.in capit.perpendimus,numero primo,3.& 5. de senten. excommunicat.

AD DECIMVMSEPTIMVM Vide Abb.in capit.coniugatus,numero quinto, & sexto,de conuers.coniug.& quæ dicam in uer.ordo,§.ad minores, dub.3. & cap.quod a te, de cler.coniugat.

AD DECIMVMOCTAVVM Respondetur,uide præter alios Grammatic.decisio.29.numero septimo,& Doctor.in capit.si diligenti,de foro competen.hoc intellige extra casum Constitutionis Regni,quæ incipit:finis præcepti charitas,& alia: Ad Regale fastigium. vide Caputaquens.Decisio. 149. parte secunda,ubi habes, quod pœna extraordinaria, & arbitraria fallit, si facit se trahere de consensu suo, uel fauore, & maxime super causa decimarum, uel spiritualium,quia tunc incideret in Bullã Cœnæ Domini. Nauar.consilio primo, numero octuagesimoprimo, de constitut. secus uero si inuitus.

Confinia.

Confinia.

PRIMO, Confinia an probent dominium? vide in ver.dominium.
Secundo, quomodo probentur, vide in ver.testes, nu.32.
Tertiò, quid si mutentur, animo furandi, uel non dicto animo, & quomodo in vtroque casu castigentur, qui mutant, uide Nouel.de iure prothom.§.secundus, num.102.& infra, vide in uer.limites sui termini.
Quartò, confinia, seu limites, an possint præscribi, vide Abb.in ca. cum inter vos, nume.2. de verb.sig.
Quintò confinia Diœcesim, Episcopatuum, Prouinciarum, & Parochiarum, an, & quando possint præscribi, vide Panorm.in c.super eo, de paroch.Fel.in ca.quia iudicante, col. 2.de præscrip.Old.consi.283.Abb.consi.1.2.vol.Cur.consi.56.col.9.ca.cum causam, & ibi gl.in uer.per libros, de prob.
Sextò, an probentur per scripturam, licet non propter hoc principaliter factam; Respondetur ex Innoc.in c.olim, num.5.de cens.quod sic.

Concilium.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit.*
2 *Quot annis celebrari debeat.*
3 *Qui conuenire debeant ad illud.*
4 *Quo ordine in eo sedendum.*
5 *Quid ibi agi debeat.*
6 *Quo tempore celebrari debeat.*
7 *Impedito Archiepiscopo, quis teneatur congregare Concilium Prouinciale.*
8 *An possit recusari, seu ab ipso appellari.*
9 *An Metropolitanus teneatur Concilium indicere.*
10 *An Capitula Cathedralia compellantur uenire ad illud, vel possint ibi conuenire laici.*

AD PRIMVM Vide Syluest.in ver.Concilium, nu.1.& in summa est triplex, Generale primum, seu Oecumenicum, vt Conci.Tri.vbi omnes prælati Ecclesiæ concurrunt, & Papa, vel eius Legatus præsidet; Secundū prouinciale, vbi Metropolitanus præsidet, & conuocantur omnes Suffraganei, & Abbates prouinciæ; Tertium Diœcesanū, vbi Episcopus cum Capitulo & Clero conuenit, ista patent ex vulgatis.
AD SECVNDVM Sac.Concil.Trident.Sess.24.cap.secundo.de reformat. quolibet triennio Synodum Prouincialem, & Diœcesanam quotannis celebrari præcipit, quod vtinam obseruaretur, quia multa bona orirentur ex frequenti Synodorum celebratione, vt experientia docet; nam frequenter Episcopi a multis excessibus, ipsique Metropolitani, ac Clerus subtrahuntur, quia tunc populi solent afferre querelas, prout vidi in multis Synodis, quibus interfui, & sumere debemus a Regularibus exemplum, qui singulis annis celebrant sua Capitula Prouincialia, ad morū, ac aliorum reformationem, & hoc clamat Alphon.de Castro, libro quinto, capit.quinto, de iusta heretic.punit.hoc vociferantur Sacri Canones, cap.de Conciliis, cap.habetur, cap.quoniam, il secundo, 18. distinct. ad hoc exhortatur Sac.Concil. Trident. loco cit.& licet non fiant semper noua decreta in illis, fiunt tamen aliquot oretenus reformationes necessariæ, prout Concilia Mediolanensia, Concil.Antioch.Can.10.Conc.Carthag.capit.2.epist.Hormisdæ Pa.ad Episcopos Hispan.Conc.Aurelian.ca.12.Concil.Tolet.12.c.12.Conc.Later.sub Inn.III.c.6. Conc.Basileen.Sess.15.

AD

AD TERTIVM Dico primum, omnes Episcopi Comprouinciales conuenire debent, Concil. Trid. loc. citat. & hoc quod ad Concilium prouinciale, secus posset ab Archiepo puniri, c. si quis in Synodo, cap. Si quis Episcoporũ, c. peruenit, c. non oportet, lo. cit. nisi legitimo impedimento impediti, Conc. loc. cit. & tunc excusatorias litteras dirigant Metropolitano, c. placuit, loc. cit. Secundo, Abbates in tota prouincia commorantes, seu habentes Abbatias, seu Commendas, c. decernimus, etiam exempti si sunt sæculares. Tertio, Archipresbyteri, etiam exempti. Quarto, Episcopi, etiam exempti tenentur eligere semel Metropolitanum, quæ electio semel facta, obligat successores. Declarat. Sac. Congreg. in meis 7. idem de Abbatibus, & Archipresbyteris exemptis, Sac. Congreg. Declarat. 314. in hæc verba: Archipresbyter nullius diœcesis, potest Archiepiscopum aliquem in Metropolitanum eligere, itque eius Synodo prouinciali se subiicere, non obstante contradictione Capituli & Cleri dicti Archipresbyteratus. Nec obstat cap. Episcopus, ead. distinct. quia loquitur de Regularibus, & ibi gloss. exemplificat in Abbate Cisterciensi, quo ad Conc. Diœcesanum eo conuenire debẽt omnes Clerici, & Abbates Diœcesis, capit. annis, distinct. cit. etiam exempti ratione parochialium, aut aliarum sæcularium Ecclesiarum, etiam annexarum, c. ex ore, de priuileg. gl. in cap. quia intantum, in uer. plures, de præb. Conc. Trid. loc. cit. & si habent populum, nam ratione populi exempti subsunt Synodo, Innoc. in c. quod super, de maiorit. & obedien. & in cap. Theodosius, num. 3. de stat. monac.

AD QVARTVM, Dicitur Primò, & habetur in cap. ult. 17. distinct. ubi secundum tẽpus ordinationis suæ debent sedere, & subscribere, & alias prærogatiuas sibi uendicare, capit. Episcoporum, 74. distinct. Conc. Bracarense, Cano. 24. de Gimon. de grat. expect. fol. 414. num. 39. facit c. qui prior, & ibi glos. in princip. de reg. iu. lib. 6. Sed Secundo primus locus debetur Metropolitano, cap. placuit. 18. distinct. exemptus Episcopus non sedere debet supra omnes Suffraganeos non exemptos, nisi sit in promotione antiquior, Sac. Congreg. declarat. 317. & circa Suffraganeos non excusat consuetudo, quod Episcopus talis Ecclesiæ erat solitus sedere ante omnes, quia orbis debet imitari consuetudinem Vrbis, ubi Cardinales presbyteri, & Episcopi sedent secũdum tempus suæ ordinationis in capella Domini Papæ, glo. in c. Nolite, 11. distin. Bocr. tract. de actor. mag. cõs. par. Fran. numero 6. Faciunt quæ dicuntur in uer. Episcopus, numero 30. & ex Abb. in cap. fi. num. 16. de translat. epis. facit cap. Statuimus, de maior. & obed. Glos. in cap. cum in tua, in uer. antiquiores, de const. lib. 6. & ibi Gemi. uer. in fine glossę, nota istam glossam ubi fit mentio de antiquioribus, cap. 1. de maior. & obed. extra. Gemin in ca. 1. uer. quarto, de offi. leg. lib. 6. Abbates sedere debent immediate post Episcopos, & præferuntur aliis prælatis citra Episcopos. Abb. in capit. Ex ore, numero 3. de priuileg. Tertio, an exempti Episcopi possint compelli ad eligendum Metropolitanum, & uidetur, quod sic, quia Concil. loc. cit. §. iidem, utitur uerbo, (eligant) quod est imperatiui modi, & uidetur sonare præceptum, nec obstat quod multi exempti nondum elegerint, quia hoc potuit accepisse, uel propter absentiam, uel incommoditatem, uel potius negligentiam; & confirmatur, quia electio semel facta obligat successores, ut patet ex Sac. Cõgreg. it. nam aliàs sequeretur, quod Episcopi exempti nulli Concilio interessent, quod est contra mentem Sac. congreg. quæ Declarat. 386. in meis, censuit in hac uerba, Episcopi qui sunt in prouincia Papę, tenentur suas Synodos facere, sin aliter accersientur Romam ad celebrandum prouinciale concilium.

AD QVINTVM, Habetur, c. propter, il 1. & c. peruenit, 18. distinct. hic est dubium. Primũ, an Episcopi comprouinciales possint cognoscere de causis Metropolitani ibi præsidentis, Respondetur negatiue, Abb. in capit. graue, num. 8. de pręben. Syluestr. in uer. Concilium, numero 6. §. 7. Ratio est, quia Archiepiscopus est caput, & præsidens illi, D. Anto. 3. par. tit. 23. cap. 4. §. 6. & primo. Secundum dubium, an Archiepiscopus posset cognoscere ibi de causis criminalibus Episcoporum, Suffraganeorum, Syluest. loc. cit. di-

ce

cit, quod sic, quo ad audientiam, sed non quo ad diffinitionem, absque speciali licentia Papæ, tamen secus hodie, de iure nouissimo Concilii Trident. Sess. 13. c. 8. de refor. cap. quamuis, 3. q. 6. de causis uero ciuilibus inter Episcopos, & subditos bene potest, cap. si clericus, 11. q. 3. glo. in cap pastoralis. in uer. exceptis, de offi. ordin. Tertium dubium, an de causis fidei possit ibi cognosci? uidetur quod sic, per cap. ad abolendam, in princ. de hæret. tamen oppositum est verius, capit. quoties, 24. q. 1. capit. maiores, de baptis. Peng. Com. 8. in 2. parte Director. Inquisitor. Alphons. de Castro, libro 1. cap. 5. de iusta hæret. punit. Quartum dubium, an Abbates, & alii, qui in Concilio prouinciali conueniunt, qui non sunt Episcopi, habeant suffragia, uel possint aliquid determinare? respondetur negatiue, sed solum consultare, & alia officia ministrare, & ut vulgò dicunt habere uocem consultiuam, sed non decisiuam; Turrercem. lib. 7. de Eccles. cap. 15. idem de Capitulis Cathedralium censet Abb. in cap. & si membra, num. 1. de his, quæ fi. Quintum dubium, an possint admitti Episcopi alterius prouinciæ, Syluest. loc. cit. §. 6. dicit, quod sic, si accedant uoluntarii, & similiter alii, quorum consilium est necessarium, & ibi ut cōsultores, argum. cap. obuenientibus, 63. distinct. & c. ut commissi, de hæret. lib. 6. Sextum dubium, an Metropolitanus teneatur ad expēsas circa victum, equitaturas, & hospitalitatem ipsorum Suffraganeorum uenientium ad Concilium prouinciale? Respondetur negatiue, c. non oportet, c. peruenit, & c. eulogiis, 18. distinct. & sic uidi in practica seruari ab Illustrissimo Iacobo Cardinali Sabello, & etiam Surrenti, tamen ex urbanitate, & fraterna charitate solebant simul aliquando comedere, Similiter, quando Archiepiscopus uocaret Episcopos Suffraganeos ad degradandum aliquem, debent uenire sumptibus suis, Boer. Decis. 103. colum. 3. Septimum dubium, an in Concilio prouinciali, uel Diœcesano sint eligendi iudices, quibus committantur causæ a Romana Curia in partibus? Respondetur quod sic, in utroque; Conc. Trid. Sess. 25. c. 10. de reform. Octauum dubium, an debeant eligi testes Synodales, Respondetur affirmatiue, iuxta formam ca. Episcopus, 35. q. 9. Nonum dubium, an comprouinciales Episcopi in Concilio prouinciali sint coniudices, uel assessores? Respondetur, quod secundum quorundam opinionem sunt iudices, c. scitote, 6. q. 3. quidam verò dicunt, quod sunt assessores, sed quomodocunque sit, Archiepiscopus in Conc. prouinciali tenetur adhibere consilium, siue assensum omnium, seu maioris partis, Syluest. loc. cit. §. 8. quod dictum est Episcopos Suffraganeos non posse cognoscere de causis Metropolitani in Concilio prouinciali, intellige, quando Episcopi uellent cognoscere de causis grauioribus, vel criminalibus, quia hoc est reseruatum Summo Pontifici. sac. Conci. Trid. Sess. 24. cap. 5. de reformat. secus verò, quando totum Concilium uellet cognoscere de causis Metropolitani, quia illud unite posset; Ratio est, quia ipse Metropolitanus tanquam vnus de Concilio, subest ei, potest ab eodē excommunicari, & ab ipso Archiepiscopo appellatur ad Conc. Paul. de Eleazaris, & Cardinalis in Clement. 1. §. quod etiam, de sent. excommunic. Nauar. consil. 6. de maiorit. & obed.

AD SEXTVM, Tempus congruum est magis post octauam Paschatis Resurrectionis, & sic uidi Beneuenti bis, Neap. & Surrenti, semel obseruari, sed Sac. Con. Trid. lo. cita. illud relinquit arbitrarium pro tempore commodiori, & more prouinciæ, Conc. Atelat c. 18.

AD SEPTIMVM, Archiepiscopus, uel eo impedito legitime, Episcopus antiquior, Con. Trid. lo. cit. sed non Episcopus exemptus, qui semel elegit, quamuis sedeat super omnes, & in promotione sit antiquior, ita Sac. congreg. Declarat. 317.

AD OCTAVVM, Respondetur affirmatiue in utroque, Boer. Decis. 269. lib. 3. quia paria sunt, recusatio, & appellatio, sed hoc fallit in concilio Generali seu, œcumenico. idem ibidem Abb. in capit. in singulis, num. 6. de statu mona. & Nauar. conc. 2. de appell. dicit tūc appellandum esse vel ad Papam, uel ad Concilium Generale.

AD NONVM, videtur quod Concilium Mileuitan. c. 9. & 10. & Conc. Constantinopol.

pol.8.Generale,ac.10.Can.17.imo Episcopus non potest congregare Synodum absque consilio capituli.Innocent. in capitu.nisi, de auctor. & usu pal. Caputaqu. Decis.305. par.1.

AD DECIMVM, Vide Abb.in c.& si membra, nume.1.& 5.de his, quæ fiunt à prælat.

Casus.

CASVS, In quibus locorum Ordinarij possunt procedere, nedum contra clericos, licet sint alterius Iurisdictionis, & Regulares, sed etiam contra laicos, & ut facili calle procedant, eos sub Alphabetica serie volui collocare, tangendo practicabiliora.

Apostata a fide, Primo potest puniri ab Ordinario, quoniam est vel hæreticus, uel species hæresis, Alphon.de Cast.lib.1.cap.7.de iusta Apostasia est hæret. punit.& lib. 1. contra hæreses, capitulo nono; & quis dicatur Apostata a fide, uide Syluest.in uer.Apostasia,§. primo, num.4.quia est ille, qui in totum recedit à fide, ut renegati, vide Peng.in Com. 24.super quæst.9.in 1.par.Directo.inquisit.& dicam inferius, in uer.renegatus, uide Caiet.in Sum. in uerbo Apostasia, in princip.Secundo, Apostata a religione potest etiam puniri ab Ordinario, quia est excommunicatus, Caiet.loc.cit. & tanto magis, si per annum perseuerat in tali communicatione, ut dicam inferius, in uer.excommunicatio, & isti Apostatæ à fide subsunt Bullæ cęnæ Domini in 1.claus.

Alchimistæ, Direct.Inquisit.3.par.cap.de signis Nectomantæ & hęret.& ibi Peng.Com. 26.uide Extrauag.vnicam, sub titu. De crimine falsi, & Abb.in capit. 2. nume. 8.& de Sortileg.

Adoratores Dæmonum, glos.in cap.accusatus,§.sanè, in uer.saperet, de hæret. lib. 6. Artem notoriam exercentes, ita in Indice librorum prohibitorum impresso Romæ, Anno 1596.in litera, N.Astrologiæ Iudiciariæ diuinationum,& sortilegiorum, libros retinentes, Index loc.cit.obseruatio circa nonam Regulam per Bullam Sixti N.sub datum Romæ apud sanct.Petrum Anno 1585.Nouis, Ianuarii, Pontificatus sui Anno primo, ubi excipiuntur abseruationes, quæ nauigationis agriculturæ siue medicæ artis iuuandæ gratia conscriptæ sunt, ita in regula 9.Indicis.

Blasphemię hæreticales, ut sunt omnes blasphemiæ directe, siue indirecte contra articulos fidei, ut dicere, puttana de la Madonna, quia est contra articulum ex Maria Virgine, cornuto chi crede a Dio, est contra primum articulum, Credo in Deum, & similia Direct.Inquisit.2. par.q.41. ubi concludit, hos debere abiurare, etiam si calore iracundiæ, etiam si in ludo ita blasphemarint; quod probat ex multis, IudicialeInquisito. uer.Blasphemia, num.66.quicquid dicat ibidem num.61. Peng.Schol.48. in secunda par. Directo.In quisito.Sim.de Cath.institut.titu.8.num.2.Castro loc.cit.cap. 12.& qui profert uerba hæreticalia in ludo, uel facetiis, punitur prout suspectus de heresi, Simāch.loc.cit. titu. 17.nu.22.& 23.& potest puniri pena pecuniaria, & erogando locis piis, Peng.Com.17.in 3.parte Directo.& 152.colu. 1.eodem loc.& hic casus accidit mihi in facto, & castigaui eū, qui dixerat in ludo, (*malanno habbia Dio, & tutta la croce del Cielo, & cornuto chi ne crede,*) ista blasphemia hæreticalis non solū potest fieri verbis, sed factis, ut si quis deturparet sacras imagines, & dicam inferius, in uersi.imagines. Cast. loc.cit.& uerba hæreticalia manifesta sunt ea, quæ uel sunt contra articulos fidei, uel contra Ecclesię determinationem, uel contra Sacramenta, uel Sacram Scripturā. Diuus Thom.22.quæstio.11.artic.2.Director.Inquisitor.secunda parte, quæst.2. Peng. ibi in Com.Canus, li.12.c.17. Locorum Theolog.Vide Boer.Decis.301.& Nauar.cons.2.

Baptizans mortuum ea forma qua uiuum, habetur pro hæretico, similiter rebaptizans pueros, Cast.loc.cit.1.cap.13.

Baptizans imagines ad sortilegia. Grill. libro 2.capitu. 2. numero 27.Penga Com.67.in quæ-

q.42.2.p. Direct.Inquisit.litera, C.ubi dicit sapere hæresim manifestè, Locatus lo.cit.in uer.hæretici, n.31. Casu 12.f.449. Grill.lo.cit.c.10.n.14. Sylu.da Strig.lib.3.c.1. punct.2.

Campanatum spretores, Clem.unica, de Iud.& Sarrac.& hic casus accidit mihi in facto, dum quidam nocte Sabbathi Săcti abstulissent martellos à quibusdam Campanis, illos appendendo in arbore nucis, & quia uisum fuit hoc factum fuisse in contemptum cāpanarum, eis post carcerationem facta abiuratione, fuit imposita pœnitentia salutaris in Ecclesia; Ratio est, quia vsus campanarum est magna pars Ecclesiasticarum cæremoniarum, cum sint tubæ Dei, & in locum tubarum Veteris Testamenti successerunt, & multa mysteria significant, Speculator lib.1.tit.de Campa. Sylua.tract.de benefi.4.par. tit.5.num.82.& infra, & ad quid deseruiăt Campanæ, uide Abb.Ioan.Andr.& alios, in c.1.de offic.custo. Maran.6.par.tit.de citat.num.114. Rebuf.pract.benef.ritu.de miss. in possess.num.32.& Campanarum despectio, siue contemptus, est unus de erroribus Turcarum, ut patet in d.Clem.& per extensum, de error. Turcarum & Sarrac. Vide Direc. Inquisitorum, 2.par.q.20.& 21.& ibi Com.Peng.com.45.

Celebrantes super reb.aptis ad faciendam sortilegia, adhibitis nefariis precib.& uerbis superstitiosis Diaz prac.cri.can.c.23.& Grill.lib.2.de Sortileg.q.14.& nu.23.

Cedulonum excommunicationum, quib.declarantur aliqui excommunicati detur patores, sunt suspecti de hæresi, ita in facto dicit decisum Romæ circa factum Archiepiscopi Salernitani, Peng.com.24.supra 3.par.Direct.Inquisit.

Carnes comedentes diebus prohibitis, est externum signum hæreseos, quod suspitionem male credentiæ parit, Peng.com.24.in 3.part. Direct. Zanchinus, de hæretic.c.35.num. 2.& ibi Campegius, Felyn.in c. Ad abolendam, num. 2.de hæret. Direct.Inquisit.3.par. c.de sign.exter.Iudaizantium, Symanch.loc.cit.c.10.nu.vlt.ubi dicit sapere hæresim Lutheranorum, c.de esu, il 2.de consect.dist.3.

Confessionem omittentes, & sacram communionem semel in anno, per c.omnis vtriusq; sexus, de pœn.& remis.quia est signum hæresis, & male credentiæ, Peng.com.24.in 3. par.Direct.Inquisi.Zanch.trac.de hæret.c.35.nu.2.Fel.c.2.de hæret. Caballistæ omnes, ita in Regula de Thalmud.& libris Hebræorū Indicis præfati, lib.phi.Romæ impressi.

Dæmones expresse, uel tacitè inuocantes, Symanc.lo.cit.tit.63.nu.11.& 12.Bar.Spineus. in Apolog.3.de Strig.c.ult.D.Tho.2 2.q.95.art.4.in corpore, & in expressa inuocatione vel pacto, adest idolatria, Symanc.& Spin.lo.cit.& subsunt bullæ cœnæ Dñi, in 1.claus. Sylu.trac.de Strig.li.3.c.1.Cast.li.1 c.15.qa inuocare Dæmonē, causat idolatriā.Locat.ī uer.Apostasia, n.9.Spin.q̄uis nō sp petere futura a dęmone sapiāt hęresim, qa naturalia futura pōt scire, Peng.Scol.50.super 2.par.Direct.Castro lo.cit.c.13.gl.in c.accusatus, & in c.illud, 26.q.2.Dire.Inq.2.p.q.43.Locat.in uer.Apostasia.n.9.& Ab.in c...n.4.de Sort.

Dubii in fide. i. qui pertinaciter ita insistunt dubitationi, quod non sint parati corrigi ad mandatum superioris, sunt hæretici, c.1.de hæret. Syluest. in uer.hæresis, inf.nu.6.§.3.

Dęmonē dicētes se tenere inclusū ī phiala, seu in annulo, decipiunt, cū ipsi Dæmones potius includāt delictorū catena miseros hoīes, q̄ ecōtra; Rō est: qa cū sint spūs, nō pñt loco corporeo cōtineri. Symā.lo.ci.tit.64.n.3.D.Aug.li.21.c.6.de ciu.Dei, Pēg.Scol.50.sup 2.p.Direc.& pñt puniri ut suspecti de hæresi, qa īteruenit inuocatio siue pactū expssū, vt sup.Sylu.li.2.c.7.pūc.de Strig.licet īterdū patiaʳ se īcludi, vel ita fingat, ut sic psuadeat misellis personis, ad eas facilius decipiendū; uel coguntur a Dæmonibus superioribus inferiores Dæmones includi, ut credentes facilius opprimant: uel, quia sunt cupidi honoris diuini, & sponte intrant in aliquas statuas Deorum.

Dæmonem inuocare ad tentandam pudicitiam mulieris, si fit uerbis deprecatiuis, sapit hæresim, Peng.Scol.50.in 2.par.Direct.

Dæmonē inuocare, pt fieri tacitè, & expsse, Sym.lo.ci ti.30.n.15.& ti.64.n.12.Syl.lo.ci.Cas. li.1.c.14.a Dæmonib.expectare rñsa, hǣticū est, Sixt.IIII.bul.2.q̄ īcipit.Nūciatū ē nobis.

Disputantes laici publicè, uel priuatim de fide, possunt excommunicari ab Ordinario, c.2.

F §.inhi-

§. inhibemus, de hæret. lib. 6. Castro loc. cit. lib. 1. c. 19.

Excommunicati per annum, dico primo, si qui per annum permanserint in excommunicatione, sitnt suspecti de hæresi, Conc. Trid. Sess. 25. ca. 3. in fine, de resor. etiam si sunt citati pro alia quacunque causa, & fuerint contumaces, ob quam in excommunicatione per annum steterint, Maranta 6. par. memb. 2. num. 33. & Direct. inquisit. 2. par. q. 47. dicit posse citari, responsuri de fide, Abb. in capitu. graue, de pœnitent. & remission. & ibi gloss. in uer. hæreticæ, Rebuff. in pract. benefi. in declarat. nouę prouis. num. 10. in claus. teque. Secundo citatus responsurus in causa fidei, & sic contumaciter per annum perseuerans in excommunicatione, habetur pro hæretico, dicto c. graue, & c. cum contumacia, de hæret. lib. 6. & cap. excommunicamus, §. qui autem, ex eodem Sylue. de Strig. lib. 3. c. 4. puncto 8. & in uer. hæresis, 1. §. 8. Direct. Inquisit. 3. par. q. 124. uide Iser. in Rub. de statut. & consuetud. & c. cap. i. uer. per annum, num. 10. Tertiò, qui pro alio crimine citatus, effectus contumax, & consequenter per annum permanserit in excommunicatione, ad quid debet condemnari §. 5. quærit. Respondetur, non vt hæreticus, sed pro illo delicto, pro quo fuit excommunicatus, quia perseuerans in excommunicatione, habetur pro confesso, Abb. in d. c. excommunicamus, colum. 2. Grill. lib. 1. c. 8. num. vlt. de heret. Couar. in cap. Alma mater, 1. par. §. 7. num. 10. uer. 4. Quartò, qui citatus in causa fidei, stetit per annum in excommunicatione, elapso anno, potest ei indici, & imponi purgatio Canonica, quam si recusaret, & permaneret in excommunicatione, tunc sicut impęnitens, pertinax, & hæreticus potest condemnari, Simanchas. lo. cit. titu. 27. nu. 40. quamuis etiam in primo casu dicant Ioan. Andr. & Innoc. in c. vlt. de pœn. & Couar. lo. cita. posse imponi purgationem canonicam, Abb. in cap. graue, nu. 3. 5. & 7. de pœnis. Quintò, perseuerans in excommunicatione, etiam non per annum, potest puniri pœna temporali, Anan. & Felyn. in cap. postulasti, de homicid. & Couar. lo. cit. Direct. Inquisit. 2. par. q. 47. num. 6. Simanch. lo. cit. titu. 27. num. 6. Sexto, qui per quatuor menses, vel per annum perseuerat in excommunicatione, non gaudet clausula absolutionis ad effectũ, Rebuf. vbi supra, in declarat. nouę prouis. lib. 10. Septimo. qui per annum perseuerauerit in excommunicatione, possunt eius bona publicari; Iser. in Rubr. de statut. & consuetud. §. ad decus, & Octauo priuari etiam potest beneficiis, quæ prius habebat, Abb. in c. postulastis, num. 4. de cler. excom. celebrat. glos. in c. fi. in uer. hæreticę, de pęnis. Nauar. consil. 21. de decret. exemplificat in excommunicato propter existentem rationem, prout in Extrauag. i. de sepult. & con. 7. exemplificati debitore excommunicato, is qui perseuerat at per annum in excommunicatione, Episcopi iussu a iudice laico & Curia seculari potest capi, ut suspectus de hæresi, quod si nolit capere eũ iudex laicus, esset excommunicatus, Nauar. cons. 14. de heret. & cons. 21. eod. tit. ampliat, etiam si non fuisset denuntiatus excommunicatus, quia sufficit ad hoc vt sit excommunicatus absque denũtiatione, quia denuntiatio facta est propter participantes, non propter ipsum excommunicatum, tamen in cons. 3. de reb. eccles. non alien. dicit, quod perseuerans per annum in excommunicatione, ad hoc vt sit suspectus de hæresi, requiritur quod post monitionem de resipiscendo, in ea sic permanserit, adeò, quod requiritur & annus, & monitio, alias sic non censetur, per c. odia, de reg. iur. lib. 6.

Eucharistia abutentes in sortilegiis, sunt suspecti de hæresi, quicquid dicat Gril. lib. 2. c. 10. num. 4. de Sortileg. nam hoc clare asserit, glos. cita. in §. sane. Castro lib. 1. c. 15. sed uide Anchar. in d. §. sanè, num. 2.

Expectare responsa a Dæmonibus hæreticum est, Bulla Sixti IIII. edita anno 1473.

Fascinatio, uide in uer. fascinatio.

Fumigationes, uel thura offerens Dæmonibus, est hæreticus, glos. in d. §. sane, in uer. saperent, Castro lib. 1. c. 13.

Fautores hæreticorum, qui dicantur, & qui receptatores, & qui defensores, uide Castrum loc. cit. cap. 17. & subsunt Bullæ Cœnæ Domini, iuxta notata per Nauar. ca. 23. nu. 53. & 54. Caiet.

54.Caiet.in Sum.in uer.excommunicato,c. 1.& Cast.loco cit.

Falsum deponentes coram Iudice ecclesiastico,ab illo debent puniri,siue Laici,siue clerici,siue Regulares,l.nullum,C. de testib.Couar.Pract.q.c.18.col.pen.& vlt.Boss. titu.de fals.nu.100.D.Ant.3.par.tit.9.c.7.§.2.iuxta finem,Syluest.in uer.inquisitio,1. num.4. ver.secunda,Maran.6.par.act.12.nu.3. Vide Afflict.decis.219.

Facientes breuia cum characteribus, seu literis ignotis, Syluestr. in uer.Superstitio,§.10. Angel.eodem uer.numero 1.& 7.Armil.in uer.Sortilegium,num.3.Caiet.in Sum.uer. Superstitio,2.Asten.lib.1.tit.15.q.2.idem de dicentibus,seu recitantibus quasdam orationes pro sanandis infirmis,Nauar.de Hor.canon.cap.6.nu.46.Malleus malef.1.2.q.1. cap.16.fol.279.

Haeretici,vide in uer.hæretici.

Hostiam non consecratam, pro consecrata sumentes,uide Ancharan.in dicto §.sanè,numero secundo.

Imagines sacras deturpare, vel conspuere, blasphemia est hęreticalis, actu similiter fustigare,uel conculcare eas,Cast.li.1.c.12.& c.1.& c.15.in fi.Simanch.lo.cit.tit.33.a nu. 17.& infra,Boer.decis.301.a num.15.& 16.& infra,vide Iser.in c.de stat.& cousuetud. conc.numer.28.uel percutere,& hoc accidit Neapoli in facto de mense Ianuarij,1592. vbi quidam miser percussit pugione imaginem Deiparæ,& fuit per iudicem laicum manu truncatus,& vltimo supplicio condemnatus. Similiter, absque eo quod fiat animo malæ credentiæ,graue delictum est tractare irreuerenter Sacras imagines.Gem.in c.si canonici,§.fi.in prin.de offi.ord.lib.6.

Imagines cereas,uel huiusmodi fabricantes, quibus malefaciũt personis,ut intimis puncturis eas crucient,sapiunt etiam hæresim,Cast.lo.cit.Simanch.tit.30.nu. 18. Anch.in d.§.sanè,capitulo,accusans,num.2.

Inquisitores possunt procedere contra Maleficos & Incantatores, & superstitionum obseruatores,Alex.VI.Bulla 12.fol.148.Adr.VI.Bulla 5.fol.277. similiter contra Astrologos iudiciarios,Bulla Sixti V.edita anno 1586.

Impediens,ne Inquisitor,seu Ordinarius fabricet ꝓcessum contra inquisitum hæreticũ, est excommunicatus,& potest puniri ut hæreticus,capitul.inquisitoioni, de hęretic.libro sexto.

Incantatores,seu ciaraldi,Ang.in uer.superstitio,nu.8.D.Tho.2.2.q.69.art.4.ad secundũ, Nauar.c.2.nu.36.§.pono,ubi dicit, posse permitti quo ad sanandum alios, quod debet intelligi,quando sine superstitione incantatores,seu malefici, & uanarum superstitionum obseruatores puniuntur ab Inquisitoribus Alex.VI.Bulla 12. quę incipit:cum acceperimus.

Libros prohibitos hñtes,uel tenentes,si sunt hęreticorũ,subsunt Bullę cænę Dñi,in prima clausu.& potest inquiri contra eos tanquam suspectos de hęresi;Bulla Pii IIII.posita in Indice lib.prohi. & sunt excõicati ultra Bullam per reg. decimam,Indicis in ult.& alia Bulla,quæ est 98.fol.282.Peng.comm. 3.in secundã par. Director.Inquisitor. et etiam libros continentes Sortilegia, Veneficia,Auguria Auspicia,Incantationes Artes Magicæ,Index Regula 9.

Laici officiales Episcopi possunt puniri ab ipsomet Episcopo, vel eius officiali si deliquerint in officio Boer.decis.9. nume. 7. et 8.et idem quo ad eos,qui sunt de familia ipsius Episcopi si deliquerint,idem ibidem,quod probat multis Doct.et iurib.

Laici laborantes,uel officinas,seu apothecas aperiẽtes diebus festis,de præcepto,uel asportantes bestias oneratas,uel opus seruile publice, et notabile facientes,c. cum seq. de fer. et per uniuersalem quasi consuetudinem,tamen cum temperamento,prout in uer.festa, inferius,§.2.circa pœnas contrafacientium exigendas.

Maleficia,ubi interficiunt Sacramenta,uel Sacramentalia,faciunt violentam hæresis suspitionem,Castro lib.1.c.15.

F 2 Matri-

Matrimonium contrahentes, cum sint, vel voto solenni adstricti, uel in sacro ordine cõstituti, vltra excommunicationem, quam incurrunt ipso iure, Clem. 1. de Consangu. & Affini. Castro lo. cit. cap. 1. Symanch. titu. 50. nu. 9. Diaz Prac. Crim. Can. c. 74. Abb. in c. de homine, nu. 7. de celeb. miss.

Maleficia per capillos, ferramenta, clauos, lapides, sulfur, & alia huiusmodi, quę euomuntur ab ore maleficiatorum, fiunt arte dæmonis, & sapiunt hæresim, Grill. lib. 2. c. 3. a numero 20.

Necromantæ, Geomantæ, Aeromantæ, Piromantæ, & Chiromantæ quia sępe arte dęmonum vtuntur, possunt puniri ut suspecti, & si non vt sic, subsunt iurisdictioni Ordinariorum, Castro loc. cit. cap. 13. & 15. ita etiam Diuinatores, Aurușpices, Arioli, & similia facientes, ita in Regula nona Indicis prædict.

Pocula amatoria si interueniunt Sacramenta, vel Sacramentalia, faciunt suspicionẽ de hæresi, Penga, Schol 50. in 2. par. Direct. Inquisit. Gril. de Sortileg. lib. 2. q. 12. num. 2. & infra, Castro lo. cit. ca. 15. circa finem, Locat. in ver. Apostasia, n. 6. & vbi non miscentur sacra profanis, potius sunt superstitiosa, quam hæretica, Simanch. lo. cit. tit. 30. nu. 18. similiter, & q pocul. præparant. ad abortus mulierũ procurandos Gril. lo. ci. & quomodo puniantur in Regno, uide Constitut. Regni, Amatoria, & c. titu. de pocul. amator.

Quæstores, cuiuscunque conditionis sint, possunt puniri, & cognosci ab Ordinariis, Conc. Trident. Sess. 5. c. 2. in vlt. de refor. & Sess. 21. ca. vlt. de refor. sed hoc dicam in uer. Quæstores.

Renegati, qui & Apostatæ dici possunt, subsunt foro Ecclesiastico vt Apostatæ, Castro lo. cit. tñ cum redeuntibus ad ecclesiæ vnitatem quomodo sit agendum, uide eund. lib. 1. c. 21. sed distinguere oportet, & potest esse casus practicabilis, maximè in terris maritimis, vbi capiuntur sæpè Christiani a Turcis, & Mauris, & interdum coguntur abnegare fidem, postea reuertuntur, vel quia fugiunt, vel redimuntur, & hinc petitur, an possint absolui à suis Ordinariis, & videtur quod non, quia subsunt primę Clausulæ Bullæ Cęnę Domini, tamen si hoc faciunt timore mortis, cadente in constantem virum, nec sponte, nec ex animo, sed tantummodo exterius, tũc non sunt excommunicati, nec hæretici, & sic ab Ordinariis absolui possunt; Syluest. in ver. Apostasia, nu. 4. §. 1. Asten. lib. 2. tit. 19. q. 50. licet Direct. Inquisit. 3. par. q. 41. nu. 8. dicat non excusare metum, tamẽ Penga ibi, Com. 66. litera C dicit, quod sic. Syluest. in uer. hæresis, nu. 9. §. 6.

Speculum, si inspiciatur a puella, uel phiala a puero dicente aliqua verba, pro inueniendis furtis, uel ad scienda secreta, sapit hæresim manifestè. Inquisit. in uer. diuinatio, nu. ult. Barbat. cons. 55. in 1. vol.

Supplicationes facientes ad sanandum morbos, additis aliquibus verbis, etiam Aue Maria, & Pater noster, miscendo aliqua superstitiosa, puniri possunt ab ordinariis, Gril. lib. 2. c. 6. nu. 18. Caiet. in Sum. in uer. Incantatio, in vlt. canon. non obseruatis, canon. illud 26. q. 2. Simanch. tit. 63. nu. 19. 24. & 35. Penga, Com. 67. in 2. par. Direct. super q. 42. litera C.

Sortilegi, & malefici, licet non sint sub Iurisdictione Inquisitorum, tamen subsunt Iurisdictioni Ordinariorum, Castro lo. cit. cap. 13. & 15. & Abb. in c. 1. nu. 4. de Sortileg.

Suspecti de hæresi, qui nam dicantur, vide Pengã, Com. 24. super 3. p. Direct. Inquisit. & Simanch. tit. 50. nu. 24. & 30. ut afficientes contumeliis Religiosos, vel eos uerberantes, male sentientes de ceremoniis Ecclesiasticis, & ritibus, contẽnentes Censuras Ecclesiasticas, periuri, incestuosi cum consanguineis, affinibus, commatribus, monialib. & aliis. Hoc debet intelligi, uel cum aliis adminiculis, uel de leui suspitione, & imponitur his abiuratio; Simanch. tit. 10. & tit. 2. num. 21. Penga, Com. 4. in 3. par. Direct. & Com. 24. & Com. 49. super q. 34. in 2. par. Direct. & Com. 67. ibidem, & Castro lib. 1. gl. in §. sane, & omnis præcisus ab Ecclesia, c. 2. 4. q. 1.

Sacramentis, vel sacramentalibus abutentes, Gril. li. 2. c. 3. nu. 16. Symanc. & Penga, lo. cit.

Super-

Superstitiosi Sortilegi omnes possunt puniri ab Inquisitoribus, uel locorum Ordinariis, Symanch.& Castro loc.cit.

Strigię, seu Lamiæ, subsunt Inquisitoribus, & locorum Ordinariis, Sylu.in toto opere, de Strig.& in Sum.in uer.hæresis 3.& Barto.Spin.in apolog.de hac materia, & Grill.Castro lib.1.c.16.per totum Adria.VI.Bulla 5.quæ incipit Dudum.

Thesaurum quærentes artibus magicis, & sceleratis, l.nemo, C.de malef.& mathem.Iser. de usu.feud.Rebuf.quæ sunt regalia, num.90.

Vsuras negantes esse peccatum, Castro lib.14.c.ult.

Vtentes Eucharistia, tam in corpore, quam in sanguine Domini nostri, fumigationibus ipsum dæmonem colentes, rebaptizantes pueros maleficiis, ubi interueniunt hæretici, uel opus aliquot Dæmonum procurantes scientiam ad sciendum secreta cordis, & ad sciendum futura, quæ naturali uia sciri nequeunt, consulentes Dæmones, & alia huius modi facientes d.glos.in §.sane, Locat.in uer.Diuinatio, num.4.Grill.2.fol.52.colum.3. Castro lib.1.c.15.

Multos alios casus, quibus Iudex Ecclesiasticus possit procedere contra Laicos, uide apud Innocen.in cap.licet, de foro competen.quamuis multi ex his recesserint ab aula, per cõtrariam consuetudinem. Thalmudistæ omnes, ita Index loc.cit.testamentum uetus, uel nouum legentes, uel tenentes lingua vernacula, Siue vulgari Nec possunt Episcopi, & Inquisitores hanc dare licentiã; ita index loc.cit.obseruatione circa quartam Regulam.

Consuetudo.

PRIMO. Introducitur tempore, quod non habet memoriam in contrarium. Secundò, spatio triginta annorum. Tertiò, spatio decem annorum. Quartò, quando bis iudicatum fuerit super illa; Nouel.de iure prothom.§.6.& 9.a num.4.infra glos.in c.cũ in tua, in uer.consuetudo, de consuetut.lib 6.Couar.lib.1.c.17.nu.8.art.4.& 10.uar.resol.quod nota pro his, quæ dixi in uer.Legatum, §.8. Quintò, cõtra Capitulum, Ecclesiam, & vniuersitatem, non introducitur consuetudo minus quam spatio quadraginta annorum, Gram Decis.5.nu.37.uide Iser.in vsu feud.Rubr.de his qui feud.dare pos.nume.5. Secundo, Ad hoc, ut consuetudo inducat uinculum, & ualeat, spatio decem annorum, requiritur, ut sit rationabilis, & non contra ius, Glos.in c.Vt litigantes, in uer.Statuimus, de offic.Ordin.lib.6.Gemin.in cap.cum in tua, de Constit. lib. 6.uers. secundo nota, ex Glos.sed sufficit, ut sit præter ius, Glos.loc.cit.

Candela benedicta.

SVMMARIVM.

1 *Candela benedicta, quæ datur fidelibus in die purificationis Beatæ Virginis, primo est videndum, quid significet.*

2 *An possit præscribi, ut de obligatione presbyteri teneantur illam dare.*

3 *An debeat deferri domum, si quis nollet ire ad Ecclesiam, ad illam accipiendam.*

AD PRIMVM Conc.prouinc.Beneuent. dicit, quod significat synceritatem Beatę Virginis, quę lucem edidit, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, Io.c.1.c.3.& c.8.Luc.c.2.ubi Christus Dñs noster uocatur Lux, & Lumen.

AD SECVNDVM Negatiue respondet Syluest.in uer.decima, num.7.uers.quintum, quicquid dicant alii, Symon.quos ipse citat pro parte contraria, & Fel.in c.Ad Apostolicã, de Symon.Syluest.affert rationes ualidas, quod non potest pręscribi, faciunt, quæ dicuntur inferius, in uers.præscriptio, §.tertio.

AD TERTIVM, Idem Conc.Beneuent.prohibet, ne deferatur domum, sed tradatur solum his, qui in Ecclesia interersunt, & eam accipiant ibi, & in processione deferant, idẽ Conc.prout Mediolan.3.cap.de Sacramen & duo Concilia prouincialia Compzana, nisi Primo Ecclesiarũ patronis, per c.præterea, de iure patro.Secundo ægrotis, argũ.c.uni

co, de cler. non resid. libro 6. Tertio, iis qui legitimo ijs vrgente impedimento abfuerint, si alias eodem die in Ecclesiis pro ea re adesse consueuerunt, ita Concil. Mediol. loco citato.

Corpora sanctorum.

1 CORPORA SANCTORUM, Non possunt transferri de loco ad locum sine licentia Episcopi, ita Conc. Magunt. Can. 51. vide Syluest. in uer. reliquiæ, per totum.

2 Secundò, Reliquiæ de nouo inuentæ non sunt uenerandæ in publico sine licentia Sedis Apostolicę, & quomodo hoc intelligatur, uide Panor. in c. si. de reliq. & uenet. sanct. & an transferendæ de loco in locum, uide præter Doct. Nauat. consil. 9. de sepultutis.

3 Tertiò, reliquias sanctorũ in oratorio in cassulis honestè asseruare ac in collo deuotè portare licet, cessante omni superstitione. Nauar. consl. 1. de reliq. & uenerat. sanct. & si non traditæ perpetuæ.

4 Sepulturæ possunt transferri de loco ad locum, sine alicuius licentia, hoc tamen intellige, nisi adsit alicuius prælati prohibitio, sicut audiui esse Romæ, sub pœna excommunicationis.

Capitulum.

SUMMARIUM.

1 *In hac materia dicam pauca pro practica quotidiana, Primò quando Capitulum posset dare litteras dimissorias Sede vacante, ad ordines Ecclesiasticos.*

2 *An litteras Clericis ad studium ire volentibus dare possit.*

3 *Quando debeat eligere Vicarium Sede vacante.*

4 *Quando dare posset Indulgentias.*

5 *An possit conferre beneficia.*

6 *An instituere præsentatos ad ius patronatus*

7 *Quando ex Capitulo Episcopus posset eligere duos Canonicos, vt sint deputati Seminario Clericorum.*

8 *Quando consensus Capituli requiratur ab Episcopo in causis criminalibus & in alienationibus rerum Ecclesiasticorum.*

9 *Quot Canonicos posset accipere Episcopus ex Capitulo pro suis seruitijs.*

10 *An Episcopus posset cogere, ut omnes Canonici sint Sacerdotes.*

11 *An Episcopus posset compellere Canonicos, vt ei assistant, quando celebrat priuatè, uel extra Cathedralem.*

12 *Quando, & in quibus Episcopus debeat adhibere consilium Capituli.*

13 *Quæ dicatur maior pars Capituli, & an minor pars possit contradicere maiori parti.*

14 *An appellatione Capituli veniant inferiores Prælati, vel Dignitates, uel Personatus habentes.*

15 *An Capitulum, seu Canonici possint facere Statuta sine consensu Episcopi.*

16 *An singuli de Capituli pro obligatione Capituli conueniri possint.*

AD PRIMUM Vide Conc. Trid. sess. 7. capit. 10. de reform. ubi dicit duo præcipua, Primum, Capitulum infra annum non posse dare licentias, seu dimissorias ad ordines Ec-

nes Ecclesiasticos, ergo transacto anno potest.

Secundum arctatis beneficiis, tam habitis, quam habendis, potest infra annum, prout in c.licet Canon, de elect. li.6. sed hoc intelligi etiam de Vicario electo ab ipso capitulo qui gerit uicem ipsius, uide etiam circa hoc c.10. Sess. 27. de refor. Rebuf. Prac. benef. tit. de deuol. num.67. & hoc ampliatur etiam in Capitulo habente territorium distinctum & exemptum, ob immemorabilem possessionē, & sint Iudices ordinarii, ita Sac. Congreg. Episcopo Salamantino die 5. Iulii 1575.

AD SECVNDVM Respondetur affirmatiue. Primò, quia hoc non prohibetur a Sac. Conc. & a iure antiquo non est recedendum, nisi, &c. Secundò, quod litteræ ad studiū non dicuntur dimissoriæ, sed commendatitiæ, quibus commendatur studens Ordinario illius loci, ubi litteris vult operam nauare, ita Innoc. in c.1. num.1. & 2. de cler. pereg. uide Panormitanum in c. relatæ, num.4. de cler. non resid. & in c. fraternitati, nu.6. eod. tit. D. Paulus, 2. Corinth. c.3. in princip. Nauar. in consil. 27. de temper. ordina. ubi dicit quod Capitulū Sede uacante potest dare litteras idoneitatis & dicuntur etiam dimissoriç, prout Gl. in c. cum ex eo, in uer. subiectas, de elect. lib.6. & ibi Gemin. in uersi. per præmissa dicit hanc posse Cap. Sede uacante.

AD TERTIVM, Quid fieri debeat a Capitulo Sede vacante, uide Conc. Trid. Sess.24. c.1. de refor. & inf. quod tempus debeat eligere Vicariū, vide eandem Sess. c.16. ubi datur spatium octo dierum eligendi Vicarium, alioquin eligendi potestas deuoluitur ad Metropolitanum, si ecclesia est Suffraganea, si uacat Metropolitana, ad antiquiorem Episcopum, si exempta, ad Episcopum viciniorem, & emolumēta iurisdictionis Episcopalis Sede uacante non deuoluuntur ad Capitulum, Abb. & tex. in Clem. &c. Statutus, num. 3. de elect. & istam electionem Vicarii, nō est necessarium fieri per uota secreta, ut non nulli asserere uidentur, ex Dec. Sacr. Conci. Trid. Sess.25. c.6. de refor. quia ibi loquitur de electione superiorum Regularium, & non Secularium.

AD QVARTVM Vide in uer. Indulgentia, §.2. & potest absoluere ab excommunicationibus Episcopalibus, Nauar. c.27. nu.39.

DD QVINTVM Respondetur negatiue, c. ille, ne sede uacante, extra, c.1. de instit. lib. 6. Sylua. trac. de benef. secunda parte, quæst.11. per totam, sed distingue prout in principio illius text. d. capituli primi, & in §. vbi vero, uide Gimon. de expectat. c.1. nu.27. & infra, sed potest recipere beneficiorum resignatione, Sylua. loc. cit. num. 2. hoc intellige iuxta dispositionem Bullæ Pij V. prout dicam in uer. resignatio, potest dare beneficiū in Commendam & Oeconomiam, Sylua. lo. cit. Gom. q.5. de trien. poss. sed potest conferre beneficia, quorum illatio pertinetet ad Capitulum simul cum Episcopo mortuo, uel excommunicato, quæ pertineret ad collationem Capituli solum, Rebuf. loc. cit. nu. 34. & c.2. de concess. præb. uide Anchar. in cap. unico, nu.2. de rer. permut. libr.6. potest etiam cōferre beneficia deuoluta ad Episcopum ob negligentiam, uel delictum inferioris Abb. in c.2. num.1. ne sede uac.

AD SEXTVM, Respondetur affirmatiue, cap. cum olim, de maior. & obed. Sylua. loco cit. num.6. & dat rationem diuersitatis, quia conferre, est quedam donatio, instituere, est quoddam debitum, uide Syluest. in Sum. in uer. institutio, potest etiā destituere seu priuare beneficiatos ex causa, Sylua. loc. cit. d. c.1. de institut. lib.6. potest ponere œconomos, & commendam dare, prout supra.

AD SEPTIMVM Vide conc. Triden. Sess.23. cap. vlt. & inferius, in uer. Seminarium, §. tertio.

AD OCTAVVM, Vide Conc. Trid. c.6. de reform. sed illa dispositio habet locum in capitulo exempto a iurisdictione Episcopi, Sac. congreg. Declarat.487. ita censuit, uide etiam in uer. Episcopus, nu.10. de consil. autem præstando in casu præmisso, uide Vinc. de Fran. dec. 163. n.13. & in uer. alienatio §.4. & Panor. in c. Ioannes, num.4. de Regul. Vel quando Episcopus præscripsit, uel per consuetudinem aliter se habet, ut non requi

rat assensum, uel consilium Capituli, c. non est, & ibi Gem. & Arch. de consuet. lib. 6. & hodie pro maiori parte, nunquam vidi Episcopum adhibere Cõsilium Capituli in corrigendis excessibus Canonicorum.

AD NONVM Non possunt esse duo, c. ad audientiam, de cler. non resid. & ibi gl. in ver. ut duo, in vlt. & Abb. & Sylua 4. par. q. 6. num. 12. Similiter in associatione personæ ipsius epi, non põt cogere, nisi duos, Sylua. lo. cit. uide Rebuf. prac. benef. tit. de dispensa. de non resid. nu. 37. & hoc ampliatur ẽt in prælato ecclesię collegiatę, non ipse ẽt põt se cũ retinere unũ presyterũ suæ ecclesiæ collegiatę in suo seruitio. Nauar. consi. 2. de cler. non resid. tñ in prælato ecclesiæ collegiatę, qui in seruiendo suo epõ non excusatur a residentia nisi magna & urgenti necessitate, idem conc. 5. nu. 2. de ætate & qualit.

AD DECIMVM Respondetur negatiue Conc. Trid. Sess. 24. c. 12. in §. omnibus, de refor. & Sac. Congreg. Declarat. 39. dicit, quod Episcopus non potest cogere, ut omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, sed sufficit, quod dimidia pars Canonicorum sint presbyteri, inter quos is sit qui prima dignitate fulget cæteri vero Diaconi, aut Subdiaconi sint, vide Abb. in cap. extirpandæ, §. qui uerò, numero 3. de præbend. & in repetitione dicti §. numero 8.

AD VNDECIMVM Respondetur, Primo, quòd non potest quando celebrat priuatim in Cathedrali; Secundò, exercens Pontificalia in Cathedrali, potest cogere omnes, ut ei assistant, Sess. 24. capitulo 12. §. omnes verò, de reformat. Similiter quando ibi celebrat sacros ordines, Sess. 23. capitulo octauo, de reformat. Tertio, quando exerceret Pontificalia extra Cathedralem, tamen in Ciuitate, solum eos, qui solent, quando ea exercet in ipsa Cathedrali Ecclesia ei inseruire, compellere potest. Quartò, quando in Diœcesi non potest eos cogere, nisi Clerum, Concil. Trident. loco cit. & ita etiam censuit, Sacr. Congreg. Declarat. 8.

AD DVODECIMVM, Debet Episcopus adhibere consensum Capituli in Lectore, & Magistro deligendo, Concil. Trident. Sess. quinta, capit. primo, de reformat. & aliis quæ reperies passim.

AD DECIMVMTERTIVM, Videto Boer. Decisio. tertia, ubi dicit, quod maior pars Capituli, non respectu aliarum partium, sed respectu totius sumenda est, Abb. in capitulo propter, eodem. Bellamera Decisio. 275. secus in maiori parte patronorum, siue Laicorum, siue Clericorum, quando præsentant, vt singuli, ut quia sunt sex, & duo præsentant Titium, unus Sempronium, tres Claudium, iste præualet; Abb. Bald. in capitu. Ecclesia nostra, eodem titulo, & Boer. ibidem, numero quarto, uide Abb. in capitul. cum in cunctis, numero primo, de his quæ fiunt a prælat. sine consen. Capitu. Et appellatione maioris partis, intelligitur de maiore parte totius, non autem de maiori parte comparatione aliarum minorum, puta, sunt duodecim Canonici, tres eligunt Titium, & tres eligunt Sempronium, sex eligunt Seium, nulla istarum potest dici maior pars, sed necesse est, vt saltem sint septem; Vide Geminian. in capitulo si cui, notab. tertio, de electio. libro sexto, secus vero in præsentatione iuris patronatus, nam sufficit habere maiorem partem comparatione minorum, & hoc quando præsentat, ut singuli, Geminian. in capitul quorundam, §. circa, uersicu. si uero, eodem titulo, & libro, & aliquando maior & sanior pars prout in cap. cum expediat, eodem titul. & lib. & sic semper requiratur copulatiuè maior, & sanior, Gem. ibi, notab. 4. & Gl. in uer. Capituli.

AD DECIMVMQARTVM, Vide capitu. eam te, de Rescript. Gomes. in capitulo primo. numero 110. uersic. quinto, de constitut. libro sexto, Sylua. 2. parte, quæst. 16. nume. 6. 7. & infra.

AD DECIMVMQVINTVM, Vide glos. in cap. secundo, in uer. statutum, de uerb. sign. lib. 6. & ibi Anch. num. 3.

AD DECIMVMSEVTVM, Videtur quod non. Ancharan. in cap. mandatum, numero primo, de præbend. libro sexto.

Collegium.

Collegium.

PRIMO collegium,an possit fundari ab Episcopo cum Canonicorum numero, & dignitatibus? negatiue respondet Rebuff.practic. benefic. titu. de erec.in collegium, sed bene potest Ecclesias parochiales facere conuentuales,seu collegiatas,Abbas in capitu.quoniam,de uita,& honestat.clericorum,Bald.in Margar.Innocent.in uer.Episcopus.Et an clerici unius Ciuitatis, uel castri possint facere Collegium? Respondetur quod non.Innocent.in capit.dilecta filia,numero nono,& decimo, de excessib. prçlat. Abb.ibi,numero primo,& quomodo probetur Ecclesia esse collegiata,vide Abb.in capitulo nobis,numero octauo,de iure patron. Oldradum consilio 282.Felyn.in cap.Accedens,de rescri. uide inferius,in uer.episcopi,§.17.ubi Sylua.fouet affirmatiuam,& sic ego sentirem,& Innoc.in cap.postulasti,de iure patronatus,dat optimam practicam ad cognoscendam ecclesiam collegiatam:vide superius,in uer.Beneficium,§.1. uersic. ad dignitates,uers.5.

Secundò,collegium debet habere arcam & sigillum communia,aliter non potest dici collegium.Decius in cap.primo,notab.6.de electio.Caputaquens. Decis.142. parte prima, & quæ insignia habere debeat,uide ibi remissiue.Ita etiam capitulum,cap.dilecta,de excessib.præl.& hoc quando canonici scribunt aliquas scriptas,an pro authenticatione illarum,requirantur sigilla singulorum, an unum tantum,uidetur quod unum,Gem.& Arch.in c.si canonici,de off.ord.lib.6.in initio.

Tertiò collegiatę non debent uniri cathedrali sine auctoritate Papæ, qui id quoque efficere debet cum causæ cognitione,ita sac.congreg.declarat.230.

Quartò an episcopus de consensu patroni possit facere ecclesiam patronam collegiatam, vide remissiue Gem.in c.Statutum,uer.nunquid,de elect.lib.86.

Quintò,an sit de necessitate collegii,ut habeat caput? Respondetur Primo, quod non caput speciale,sed bene caput generale,ut Episcopus,& Papa:Secundo,quod potest habere caput eligibile per ipsum singulis annis,prout Beneuenti collegiata Sancti spiritus eligit singulis annis Abbatem,Decanum,Primicerium,& alibi,ita Inn. in c.cum non, de præb.Gem.in c.Statutum,de elect,lib.6.iuxta finem.

Confessores.

SVMMARIVM.

1 *A quo approbandi sint Confessores.*
2 *An semel approbati,possint iterum examinari.*
3 *Quæ interrogationes sint ijs faciendæ in examine.*
4 *An regularis debeat habere licentiam ad hoc specialem a suo superiori.*
5 *Qui possint admitti ad confessiones audiendas.*
6 *An per totam Diœcesim,etiam Regulares admitti possint.*
7 *An Sacerdos, cui diminuta est potestas per Episcopum,possit recurrere ad superiorem.*
8 *Quid faciet Confessarius quando absoluerit pœnitentem sibi confessum ab aliquib. peccatis,uel Censuris,a quibus non habebat facultatem absoluendi.*

AD PRIMVM Conc.Trident.Sess.23.cap.15.de reform. statuit,ut nullus Sacerdos possit audire confessionem sæcularium,etiam Sacerdotum sine licentia Ordinarij; Nec obstat bulla Pii V.135.fo.1131.vbi volebat,hoc posse regulares absque licentia ordinarii; Primò quia eam ipsemet,dum uiueret,quo ad illam clausulam reuocauit Bulla sua 38.f.982.Secundò,quia eam Greg.XIII.in totum reuocauit,reducẽs eam ad terminos iuris cõis,Bulla sua 15.f.1208.& Sac.congreg.Declarat.254.ita censuit, nullus prçterquam eps,potest se intromittere in his, quæ spectant ad approbandum Sacerdotes

sacræ

ſacræ confeſſionis miniſtros,imò,iuxta gloſ.in Cle.Dudum,de,ſepult.in verſic. ſe præſentare,dicit,quod ſe debent præſentare perſonaliter coram locorum Ordinariis , Nauar.capitulo 27.num.261.ſed non eſt uerum,quod ipſemet dicat ibidem numero 202. notab.3.per Doctor.Sac.Conc.ſed ſi Epiſcopus nollet ſine cauſa Regularem præſentatum admittere,poſſet adire Metropolitanum,iuxta notata per Couar.prac.quæſt. cap. 10.numero 1.ut ver.eadem ratione,& ſi non addeſſet Metropolitanus,poſſet adire Dominum Papam,ſeu Sac.Congreg.Epiſcoporum,iuxta notata per Deciſ.Rot.4.de iure patron.in nouiſ.& Sylua.3.par.quæſ.64.numero 3.quod dixi de præſentatione perſonali ſenſibus corporeis,hoc eſt arbitrarium Ordinario,eo vel maximè, quādo ei conſtat de idoneitate,bonitate,& ſufficientia illius quem uult admittere, & approbare ad ſacras confeſſiones audiendas,prout in ſimili dicit Abb.in c.cum parati,de appella.col.1. & Sylua.3.par.q.1.nu.6.q.11.num.45.

AD SECVNDVM Adeſt Declarat.ſacr.Congregat.numero 307.in hæc verba.Fratres mendicantes,ſemel examinati,& idonei reperti pro confeſſionibus audiendis, non debent iterum ab eodem Ordinario,nec etiam per ſucceſſorem examinari,& idem confirmat Nauar.loco cit.numero 203.notab.4.tamen hoc debet intelligi,Primò,quando ille Regularis ſic examinatus,fuit approbatus vndequaque,id eſt in totum,ut quia ſufficiens,& idoneus repertus fuit in examine,quoad omnes interrogationes , ſecus vero , quando fuiſſet admiſſus ad tempus,& ideo Sacra Congrat.dixit,idonei reperti,quæ idoneitas debet ſumi in potiori ſignificatu, capit.penult. de ſentent. excommunicat. & hoc valida ratione approbatur, nam ponamus,quod Ordinarius admitteret aliquem Regularem ad officium ſacræ Confeſſionis,examinando eum ſolum ſuper circunſtantiis peccatorum,& Confeſſionis,& non ſuper aliis,non ideo poteſt dici , quod hic ſit ſufficienter examinatus,& idoneus,repertus,quia remanent aliæ interogationes faciendæ neceſſariæ,prout dicam ad tertium §.vide Anan.in cap.accepimus,num.6. de ætate & qualitate.Fallit Primo,quando Regularis eſſet notus ipſi Ordinario,& ſibi conſtaret de eius ſufficientia,prout dixi ſuperius.Secundò,quando Ordinarius edicto publico propter aliquas cauſas,ſuam mentem mouentes , ſuſpenderet omnes Confeſſarios ſuæ Diœceſis,& ſic vult examinare oēs,& quos reperit idoneos ad id muneris admittere,facit cap.vt animarum,& ibi ſcribentes,de conſtitut.libro ſexto,& gl.in cap.ſi.de officio.ordin.in verſic.ſtatuta.Tertio fallit in illo,qui fuit ſemel præſentatus,& idoneus,vt ſup.repertus,& pro tali approbatus,& poſtea diſcederet a Diœceſi illius, a quo approbatus fuit,& inde ad eandem Diœceſim redierit,quia tunc non indigeret alia approbatione,Nauar.cap.27.num.263.notab.4.licet quando traxerit longam moram, vt puta , per annum,debeat ſe præſentare coram Ordinario,poteſt enim eſſe,vt interim ille Regularis ſuſpenſus ſit a ſuo ſuperiori,prout dicam ad §.4.faciunt etiā quæ dicit Angel. in ver.confeſſio,3.nu.25.

AD TERTIVM Dico principaliter pro nunc,quod debeant examinari.Primo ſuper circunſtantiis peccatorum.Secundo,quot modis ſit reiteranda confeſſio.Tertio, de conditionibus,quas debet habere Confeſſarius.Quartò,de forma ſacramenti pœnitentię,quę omnia dicam in verſi.circunſtantiæ,& reperies apud Doctores,Nauar.cap.6.& cap.9. Soto,4.Sent.diſt.18.q.2.ar.4.Sylueſt.in ver.Confeſſor,& Cōfeſſio,& proponere aliquot caſus magis practicabiles.

AD QVARTVM Reſpondetur,quod debent locorum Ordinarii videre, quando nolūt dare licentia alicui Regulari,vel etiam Seculari ignoto,an habeant licentiam a ſuis ſuperioribus,Regulares a ſuo Generali,vel prouinciali,& Seculares a ſuis Epiſcopis,& licentiæ iſtæ recentes prout dixi in uer.prædicatores,& pro his,vide Angel.in ver.Confeſſio,3.nu.29.Adrian.in 4.Sent.tract.de Confeſſo.q.5.Flor.Theol.4.Sent.tract.de Cōfeſſ.art.penult.col.249.vbi concludit,quod ſi Regularis audiret confeſſionem ex ſola licentia Ordinarii ſine licentia ſui Prælati, peccat contra obedientiam,& hoc admonuit Illuſtri-

Illustrissimus Cardinalis Palcottus in institutionibus suæ Synodi Diœcesanæ Bononiensis, vt nō admittātur Regulares, ad audiendas sacras Confessiones, nisi habeāt ad hoc a suis superioribus licentiam specialem. Facit quod notat Gemin. Ioan. Andr. & reliqui, in ca. Si Religiosus, per illum text. in uer. quæro, an quilibet, de elect. lib. 6. & quę dixi in pract. mea pęnit. c. 16. q. 7. & melius q. 9. uersic. dico tertio.

AD QVINTVM Vide Nauar. in Manuali, cap. 4. Syluest. in Sum. ver. Confessor, 3. num. 2 ver. quantū verò, &c. & in Summa concluditur, quod sciens quæ dixi hic ad tertium, §. potest tolerari, secus verò non, & in Constitutionib. ordinum Carmelitanorū, 1. par. c. 10. & p. 5. c. 11. ponitur excommunicatio Papalis contra Religiosos eiusdem ordinis, si administrauerint. Sacramenta sęcularibus extra sua claustra, sine licentia Curatorū.

AD SEXTVM Ang. loco cit. in 4. Sent. fol. 247. dicit, religiosos præsentatos, & approbatos ab Ordinario, posse per totam illius Diœcesim audire Confessiones, per Clem. dudum, §. statuimus, de sepult. sed intelligi debet quando in licentia concessa non arctaretur facultas, vt solum in Ecclesia sui Monasterii, vel etiam in Oppido, vbi est Monasterium, quia Clem. lo. cit. vt de eorum licentia, & gratia, & beneplacito in Ciuitatibus, & Diœcesibus eorundem, &c. adeo, quod nisi adsit licentia, gratia & beneplacitū Ordinariorum, non possent, nisi in locis sibi concessis, quamuis in licentiis solet apponi in Ecclesiis suorum Monasteriorum, & extra cum licentia parochi, quod est optimum, ad hoc vt parochi sciant infirmos suæ parochiæ, & quinam administrent Sacramenta in parochia sua, tum, quia onus animarum ad se pertinet, rum vt adimpleāt, quæ præcipiuntur, vt in cap. cum infirmitas, de pœnit. & remis. & Bulla Pij V. quæ est 3. fol. 923. cætera vide in ver. absolutio.

AD SEPTIMVM Vide Abb. in c. Deus, qui, nu. 5. de pęn. & remis. & hic est alius casus, quo a Suffraganeis potest recurri ad Metropolitanum.

AD OCTAVVM Respondetur quod procurata, & habita facultate super hoc a prælato absoluat suum pœnitentem præsentaliter, si commode fieri poterit, sin minus in absentia, ita Syluest. in ver. Confessor, 3. §. 1. Nauar. cap. 14. notab. 13. Ratio est, quia absolutio est tantæ virtutis, quod etiam se extendit in absentia, sicuti virtualiter ad peccata oblita, ita Sot. in 4. Sent. tract. de pœnitent.

Casus reseruati.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit.*
2 *An possint pro libito locorum Ordinarij sibi plures, pauciores ue reseruare.*
3 *Quomodo danda sit auctoritas absoluendi ab his.*
4 *Vtrum expiret morte reseruantis.*
5 *Vtrum Regulares possint absoluere ab his vigore Diplomatum.*

AD PRIMVM Videatur Nauar. cap. 27. vbi in triplici genere casus dicit esse quosdā de iure communi, qui sex sunt, prout ibi, num. 256. alios de consuetudine generali, qui sunt quatuor, prout ibi, nume. 288. alios de consuetudine speciali, de quibus certa regula dari non potest, cum reseruari possint iuxta uarias locorum, ac personarum qualitates, ipse hic inferrerem quot sint, quibus vtitur Ecclesia Romana, Mediolanensis, Neapolitana, vel Beneuentana, tamen quisque poterit imitari Cathedrales illas, & ex eis summere exempla, prout magis expedire eis visum fuerit.

AD SECVNDVM Dico primum, Conc. Trid. Sess. 14. cap. 7. de casuum reser. dicit, posse Episcopum sibi reseruare casus, sed potius in ædificationem, quam in destructionem. Secundū, vt meminerint illius dicti Io. Chrysost. Rom. 43. in c. 23. Matth. & habetur in

cap.

cap.alligant, 27.quæst.7.vbi habetur in summario, melius esse errare in misericordia remittendi, quam in seueritate vlciscendi, recordarentur etiã illius Lucæ c.10.quod in curatione sauciati opus sit vino, & oleo. Magist.Senten.in principio 3. optimum conf. est, posse Episcopum reseruare sibi ea sus, plus, minusue iuxta maiorem, vel minorem Confessariorum, quos in sua Diœcesi habet idoneitatem, capacitatem, & eruditionem, nam non omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datũ est, Matt.c.19.uide Abb. in ca. Deus, qui, nu.5.de pœn.& remis.

AD TERTIVM Videatur Nauar.c.27.num.255.notab.6.vbi ait, explicite deberi concedi auctoritatẽ absoluendi à Casibus, & censuris, cõmutationibus votorum, absolutionibus iuramentorum, & dispensatione irregularitatuum, quando ita opus esset concedi, iuxta Glos.capit.licet, in uersi.committatur, de offic.vic.lib.6.& capitulo liceat, 22. Sess. Conc.Triden.

AD QVARTVM Respondetur per distinctionem, nam vel casus sunt reseruati in Synodo prouinciali, vel Diœcesana, vel fiunt indies, & singulis annis, in primo casu sunt perpetui, & non expirant morte conditoris, prout in c.fin.& ibi glos.in ver.statuta, de offic.leg.& Nauar.capit.27.nu.2.in secundo verò casu, morte reseruantis expirant, nisi per successores confirmentur, Gom.in c.2.§.statuto, num.62.de Constitut.lib.6. vide in ver.edicta, §.3.

AD QVINTVM Videto in ver.Absolutio, §.6.1.p.& in 2.par.ver.Absolutio.§.1.

Consecratio Prælatorum.

SVMMARVIM.

1 *Vbi.*

2 *Quando.*

3 *A quo fieri debeat consecratio Episcoporum, & superiorum Prælatorum.*

AD PRIMM Vide Syluest.in ver.consecratio Prælatorum, §.2.& Conc.Trid.Ses.21. c.2.de reform.

AD SECVNDVM Infra tres menses, aliàs ad fructuum perceptoruum restituionem tenentur, & si vltra alios tres menses, ipso iure suis Ecclesiis sint priuati, Conc.Trident. Sess.7.c.9.de reform.c.quoniam, 75.dist.sed an hoc tempus currat à die Electionis, uel sa onfirmationis; Vide Syluest.lo.cit.§.3.nume.4. Fallit hoc in prælato impedito, accusato, inquisito, seu denunciato, etiam ex culpa sua, quia huic non currit tempus, Staph. de lit.grat.fol.124.num.6.& interim non dicuntur vacare beneficia, quæ prius possidebat, quæ tunc censentur vacare, quando fuerit accepta possessio, idem ibidem, nu.8. facit, cap.quia diuersitatem, de concess.præb.ca.cum in cunctis, §.cum vero, de elect.

AD TERTIVM. Vide eund.loco cit.§.1.de consuetudine. Hodie tam Archiepiscopi, quã Episcopi consecrantur vbicunque eis libet, sed profecto optimum esset si practicaretur sac.Concil loco citato.

Contractus Censuales.

SVMMARIVM.

1 *Quæ conditiones requirantur ad contractus Censuales.*

2 *An possit poni census in re stabili, non fructificanti valorem census.*

3 *An sit licitus contractus ad gaudendum.*

4 *An super re, quam is non habet, qui nummos accipit.*

5 *An*

5 *An coarctando tempus, tam vt non possit quis redimere rem censuatam intra tot annos quam vt elapsis tot annis non possit amplius, sed cadit in solutum.*
6 *An huic contractui sit locus in iure prothomisos.*
7 *An venditor census possit vendere rem censuatam sine consensu illius, cui censuauit.*
8 *An census ad vitam sit licitus.*
9 *An possit exigi census per tertias, vel simul.*
10 *An, & quando census præsumatur perpetuus, siue redimibilis.*
11 *An liceat emere hospitalitiam militum, quod uulgo allogiamento uocatur, va lens 38. aureos pro 28. aureis.*

AD PRIMVM Præmittẽdo Primo dico, qđ annuus census est duplex, perpetuus, & tpaneus, Couar. libro 3. c. 7. n. 1. var. resol. & Nau. c. 1. 14. q. 3. & in Manuali c. 17. nu. 232. Secundo, quod annuus census perpetuus possit constitui, vel vnus pro vigesimo, gl. in Authent. Perpetua, & ibi Salic. Ang. Fulgosius, Cast. de C. de sacros. eccl. vel vnus pro 50. vel vnus pro 15. & Couar. loco cit. cap. 9. num. 3. & 4. & quod non possit constitui certa regula super hoc, stante locorum, & temporum varietate, prout dicam in ver. emptio, sed secundum fertilitatem, vel sterilitatem prædiorum; Tiraquel. de vtroque retra. §. 1. gl. 6. a num. 1. & infra, & dico quod ad censum annuum redimibilem requiruntur multæ conditiones iuxta Bullam Pii V. sub datum Romæ anno. 1568. 14. Kalendas Februarij, relatam a Nauar. cap. 17. num. 234. vbi explicantur tredecim conditiones, sed ista Bulla hodie vř non obligare quo ad oẽs illas conditiones, quod probatur Primò, quia oppositum fuit factum, ipso Papa sciente, & tolerante, quando princeps præcipit aliquid in aliqua lege, & postea fit oppositum, vel non obseruatur eo sciente, lex illa valide non recipitur, nec est in viridi obseruantia, & sic non obligat. Abb. & Innocen. in cap. 1. de treug. & pace, num. 4. & in cap. In aliquibus, numero 8. & 9. de decim. Syluest. in ver. lex, §. 6. prope finem. Angel. in versi. Consuetudo, §. 10. Couar. loco cit. ca. 13. num. 4. & in lib. 7. cap. 16. gl. in Clem. Statutum, in ver. consuetudine, de elect. vide Iser. in prælud. feudorum, nume. 40. licet remissiue & lex, quæ non est usu recepta non ligat §. leges 4. distint. & ibi Gemin. Nau. in cap. placuit, num. 4. de pœnit. distint. 1. imò excusat etiam à peccato, quando aliqua Constitutio facta a Papa, non fuit usu recepta, ipso Papa sciente, & tolerante, Iason in l. rem nouam, nu. 7. de Iudic. vide Gemin. & alios in cap. gener. uers. in fine glossæ, in eo quod, de elect. lib. 6. & ibi Glos. in ver. inhibemus. Secundo, quia Papa Greg. xiij. fecit aliam Bullam super materia contractuum censualium, editam anno 1574. pro Regno Siciliæ vltra Farum, vbi ponit quatuor conditiones sufficere; Primam vt seruetur Bulla Nic. V. quæ est centenaria Constitutione seruata; Secundam, vt in emptione censuum huiusmodi fiat expressa mentio rerũ certarũ, super quibus expresse constituitur census, deinde fiat mentio omniũ bonorũ venditoris. Tertiam ut facultas redimendi remaneat perpetua ipsi vẽditori, qñcunque, & nullo modo restringatur; Quartam, vt omnes abusus, qui constitutioni Nic. V. aduersantur, tollantur e medio, & sic in summa habes, quod tres conditiones sunt de essentia huius contractus. Prima, ut fiat super re certa stabili, cum generali omnium bonorum, & personæ ipsius venditoris. Cassan. in Consuetudinibus Burgund. titulo, de cens. §. 11. titulo 4. Foller. super Bulla Nic. V. in ver. huiusmodi censualia, numero 38. Secunda cõditio, ut addatur pactum de retrouendẽdo quandocunque. Tertia, vt annuus census nõ excedat decima partem precii principalis: Sed dices. Bulla Greg. est localis, ergo nõ dat formam vniuersalem, respõdetur quod clarum est, contractum licitum in uno loco, esse licitum in alio, sed contractus per Bullam Nic. V. est licitus, & seruatur hodie, & approbatur per Bullam Greg. xiij. ergo dat formã uniuersalem; Preterea, quia cõstitutio vnius regionis

regionis, potest imitari in alia, prout habetur in Diaz Prac. Cri. Can. cap. 136. & Gom in cap. si annum, num, 44. & 45. de iudic. lib. 6. & sic passim videmus hodie obseruari, & consuetudo vicini loci est attendenda, Boer. decis. 269. num. 9 ca. Catholica, 11. distinct. c. 1. c. illa, c. de his, 12. distin. & ita etiam potest responderi ad Extrauag. Martini V. & Calyxti, III. sub tit. de empt. & vendit. hoc etiam videtur tangere Nau. in Com. de Vsu. Notab. 6. q. 4. nu. 105. ver. omissa, sed num. 108. vers. 2. & 3. hoc dicit clarissime, quod nõ obligat contrario vsu, uel non in terris non subiectis Papæ.

AD SECVNDVM respondetur affirmatiue, modo apponatur obligatio omnium bonorũ, & personæ ipsius Venditoris. Syluest. in ver. vsura, 2. §. 12. ver. 4. Couar. lo. cit. c. 7. nu. 5. & 8. Soto. lib. 6. q. 5. Artic. 1. col. 3. de iust. & iure. Medina, in c. de restit. tit. de cens. redimibili, col. 5. vbi isti Doct. etiam dicunt, quod annuus census potest et vendi, & emi super rebus incertis, & indefinitis, nempe, super quibuscunque rebus, q̃ venditor seu possidet, seu possidebit, & rõ ipsorum est: qa obligatio præcipue fundatur in persona, & qa bona futura possunt vendi, nedum obligari, Guid. Pap. q. 291. vide Rodoa. de reb. eccl. non alien. q. 17. nu. 41. & infra, & licet hęc doctrina vera sit, vbi Extrauag. Pij V. non est vsu recepta, puta in Regno, & locis Papæ non subiectis, tamen vbi est in viridi obseruantia, puta, in Statu Ecclesiastico, obligat, & sic, si res supra quam est positus cẽsus, periret in totum, vel in partem, fieri debet diminutio census, vel in totum, vel in partẽ, ita Nauar. in d. c. si fęneraueris, Notab. 22 nu. 76. & nu. 95. & census constitutus super rebus indefinitis, puta supra omnibus bonis, non valet, ibidem q. 20. num. 115. imo per hanc Bullam non potest fieri oblatio in forma Camerę, quando venditur census, ibidẽ q. 20. nu. 116.

AD TERTIVM Responden, me videre hic duo contraria. Primum, hunc contractum fieri indifferenter Neap. a personis timoratis, & vbi sunt tot patres doctissimi, atq; pii. Secundum, video Doctores, & Concionatores exclamantes contractum huiusmodi non licere, tñ quicquid sit, mihi videtur licere, si seruentur quæ dicta sunt superius, & probatur exemplo. Si Titius habẽs palatium valens decem millia aureorum, & pro censu locatur singulis annis quingentum aureis, si mercator dat Titio decem millia, vel octo, & ipse possidet palatium, interim, clarum est, hic adesse contractum uenditionis ex una parte, & emptionis ex altera, ergo, non video cur hoc fieri nequeat, Si dices palatium non fructificat tãtum, quantum ille mercator dat, dico, quod si censuari solet quingentum, & emens emeret quinque pro centenario, quin possit minus vẽdi, & emi, ut annuit Couarr. lo. cit. c. 7. uer. non oberit, dum explicat verba Innocentii contra Syluest. & alios Doct. a se citatos, & exemplificat in domo, & sic cum obseruentur conditiones illę tres, clarum est, licere, cum ille, qui uendit accipiens decem millia gaudet fructibus, illorum ratione census palatii, quod vendit, ille verò qui retinet palatium, gaudet usu palatii, quod emit, quod iure fieri potest, imo Couar. Medi, & Flor. Theol. in 4. Sentent. trac. de censib. art. 5. concl. 2. dicũt annuum censum posse constitui laboribus particularis personæ, licet non habeat bona stabilia, quod ego non affirmarem ita facile, faciunt pro hoc contractu, quæ dicit Couar. lo. cit. c. 4. nu. 6. ver. 8. & Nauar. in c. si fœneraueris, 14. q. 3. nu. 129. & 81. nota. 2. & nu. 53. in com. de vsur. notab. 22. nu. 81. & 85. dicit non licere, & in consi. 21. nu. 2. de empt. & vendit. dicit idem.

AD QVARTVM. Solet fieri quidam contractus, & maxime in terris maritimis, qui indiget aliqua pecuniæ quantitate, & non habet stabile, super quo possit constituere censum, accipit pecuniam super barca alterius, dicens, des mihi centum, & ego respondebo tibi singulis annis, & mensibus id, quod illa barca solet correspondere cuicunque ponenti super illa tot pecunias singulis mensibus, seu annis; Hunc casum esse illicitum patet apud omnes; Nauar. capit. 17, num. 229. Ang. in ver. Vsura, 1. §. 71. in ver. Vsura 5. n. 8. Armil. eo. ver. n. 18. Syluest. in ver. Societas, 7. §. 9. ar. 3. Sot. lib. 6. q. 13. art. 1. Concl. 3. Conc. prouin. Consentin. Sess. vlt. c. de vsur. & Nau. tract. de Vsur. no-

tab.

tab.14.num.36.dicit,quod si quis solum in se recipit periculum, non ideo dominium transit in ipsum.

Vrget quis,nonne fideiussor potest aliquid accipere ab eo,pro quo fideiubet? prout est in fideiussoribus bancorum,& hoc pro periculo,ne ipsum bancum fallatur, ad hoc respõdetur primo,uerum esse,Syluest.in uersic.fideiussor,§.fina.Caiet.2.2.quæst.78.arti.2. ad 4.argum.Couar.loc.cit.c.2.num.5.tamen non interuenit mutuum, prout hic,& sic erit usura.Dices,adest periculum,ut quia si barca patietur naufragium,mutuans amittit precium principale;Ad hoc respondetur,non sufficere solum periculum,quod possibile est pati in re aliena,sed opus est,ut res,super qua capitur pecunia,sit fructuosa, & sit in rerum natura,pro ut Coua.& Flor.Theol.loc.cit.& sic a primo ad ultimum hoc non licet,uide Sot.lib.6.q.2.art.1.Syluest.in uers.contractus,num.5.§.4.Ang.eod. versi.§.7. & Ratio diuersitatis est,quia fideiussor fundat suam fideiussionem super banco, quod habet ille,pro quo fideiubet,recipiens uero pecuniam super barca,videtur accipere superuento.

AD QVINTVM, quo ad primam partem,uidelicet,si quis emat annuum censum à Titio,cum hac clausula,ut si infra quatuor,uel decem annos,non redimat, remaneat census perpetuus,uidetur non posse fieri, esseque contractum usurarium, hoc patet ultra Syluest.in uer.usura,2.§.15.uer.3.& per Bullas Summorum Pontificum,Nicol.V.Martini V.Pij V.& Gregor.XIII.vbi habetur,clausulam essentialem huius contractus,esse præcipuam,ut remaneat facultas ipsi uenditori redimendi quandocunque, tamen Prima opinio,quod posset fieri,est Soti lib.6.q.5.art.vlt.conclu.3.ubi dicit,quod census quo minus est redimibilis,èo est iustior.Idem affirmat Nauar.c.17.num.248.uersi. nec etiam est necesse,Medina & alii,loc.cit.Couar.loc.cit.c.8.nu.7.Secunda opinio est Couar.lo.cit.ubi dicit tria;Primum,contractum huiusmodi non esse usurarium;Secundũ, etiã si apponatur illa clausula,remanere facultatem redimendi uenditori quandocunq; etiam elapso tempore coarctato.Tertium quod pro vtrisque his dictis fuerit in Granatensi prætorio communi calculo conclusum.Tertia opinio est Sylu st.lo.cit. & in Aurea Ros.casu 31.& 36.& aliorum,quos citat Couar.loc.citato, nempe, quod nullo pacto liceat; Ratio est,quia potius est pignoratio,quam uenditio,& per rationem,quę cõtinetur in prædictis Bullis,conclusiuè sentiendum est cum Couar. ut patet ex rationibus ab ipso allatis, Abb.in c.ad nostram,de empt.& vendit.casu 3.& in c.illa nos, de pignòr.Nauar.in d.c.96.vbi dicit facultatem redimendi non tolli etiam centenaria præscriptione quo ad secundam partem.Nauar.loco cit.& Sot.dicunt,licere,& posse fieri, Couar.lo.cit.nu.vlt.dicit licere,sed non debere fieri,ego censeo cum Couar.eo vel maxime,qñ sit aliqua coniectura,quod emptor hoc nõ facit aliqua fraude,ut quia uult impinguare,seu extercorare fundum,vel aptare domũ,vt possit eo,uel ea frui per quinque vel sex annos,cum antea fuerit quodammodo sterilis,vel propemodum inhabitabilis. Syluest.ver.vsura,2.§.15.ver.3.Ange.ver.vsura,1.§.67.Medina,c.de restit.titu.de cens. redim.c.penult.Dicet quis,obstant Bullæ tot Pontificum,quibus asseritur debere derelinqui venditorem in libertate redimendi quandocunque,respondetur,hoc non obstare,ut præfati Doctores optime respondent,nec Bulla Pij V.circa hoc est vsu recepta, prout dixi sup.§.1.

AD SEXTVM,respondetur.Primò,quod si census emphyteuticus esset temporaneus, non est locus Retractui,siue iuri congruo,Tiraq.lib.1.de retrac §.33.glos.vnica.Secundo,nec in censu perpetuo,vel emphyteusi perpetua,nisi fiat in fraudem Constitutionis, Sancimus de iure prothomis.Afflict.Decis.32.imo,nec quando vel census,vel emphyteusis perpetuus daretur cum pacto redimendi.Tertium,sed hoc non placet Couar.lo. cit.c.2.num.3.vbi dicit,quod quando daretur cum pacto redimendi,& censui perpetuo daretur locus retractui;ratio est,quia res uicini deuenit ad extraneos, imò ipse censet etiam in emphyteusi perpetua dari locum iuri congruo?Ratio sua est,quia datio in emphyteusim.

phyteusi perpetua dari locus iuri cõgruo, Ratio sua est, quia datio in emphyteusim, est quædam alienatio, l. vlti. Codice de reb. alien. non alien. l. 1. ff. si ager. vect. & hoc mihi placet, alioquin daretur via apertissima defraudandi uicinum actione iuris congrui, palliando contractus sub specie contractus emphyteutici, vel censualis. Sed ex hoc oritur dubiũ, an ex hoc contractu census perpetui, uel redimibilis, uel non, uel emphyteusis perpetuæ, debeatur Laudentium Ecclesiæ? et uidetur quod sic, per eãdem rationem, prout Syluest. in uer. emphyteusis, §. 21. num. 28. per multa dicta determinat, imò magis debet soluere Laudemium, qui facit contractum censualem perpetuum, quam qui exphyteuticum perpetuum, quia si ille non soluerit per mille annos, non cadit a iure contractus, sed hic si non soluerit triennio, priuatis, et biennio ecclesiæ, cadit a iure suo, l. 2. C. de iure emphyt. c. ult. de loca. glo. in cap. constitutus, de relig. dom. Couar. li. 3. c. 7. nu. 1. uar. resol. Sot lib. 6. q. 2. art. 1. de iusti. et iu. et Nauar. in c. si fœnerauerit. num. 63. dicit, quod non. et Caputaq. decis. 17. dicit, quod imponens censum super domo, & obligans, & hypothecans bona pro euictione, quod cadat a tota domo, & ita dicit fuisse tentum in Rota die 16. Nouembris 1551. quod nota pro accipientibus censum super bonis Ecclesiæ sine consensu beneficiati, nam cadunt in commissum, siue in caducitatem. Vide Iason. in l. 1. num. 49. uer. nam inter contractum, de iure emphyt. & Card. Alex. in præludijs feud. in fi. col. 15.

D SEPTIMVM. Titius emit a Sempronio fundum, cum pacto de retrouendendo, deinde Sempronius vult vendere in totum hunc fundum, dubitatur, an teneatur requirere Titium, vt si is vult illum fundum in totum emere, præferatur cuicunque emere volenti, & certè Bulla Pij Quinti, clausu. sexta, id clarè asserit debere fieri, his verbis; vbi autem vendenda sit res, videlicet censuata, volumus dominum census alijs omnibus preferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit etiam per mensem expectari, quod etiam valet, quando hic, qui vendit censum, absque translatione dominij in ementem, vellet vẽdere rem obnoxiam censui, nec valet dicere, quod ista Bulla non est vsu recepta, quia illud ualet, quo ad alias conditiones requisitas in contractu censuali, cum sufficiant illæ tres, quas ponebat prius Nic. V. sed quo ad alias Clausulas est in viridi, obseruantia, & ita etiam tenuit quidam Doctor modernus in publica lectura; Pro hoc faciunt multa. Primum l. congrui, & l. prædia, Codice, de locat. præd. ciuil. libro vndecimo, ubi probant antiquum conductorem debere præferri nouo, Bald. in l. ne cui, C. locati, Paul. de Castro in consilio quarto, in primo volumine, & consilio trigesimotertio, eodem volumine, ubi habet, quod primus conductor per secundum non debet expelli, si tantumdem offert, & quod de æquitate semper debet locari eadem res eidem reconductori, uide etiam Roman. in consilio vigesimotertio, columna penultima, ubi idem tenet in emphyteusi, imò idem procedere in Gabellarijs anni præcedentis, quod præsentantur nouis licitatoribus si tantumdem offerant, quantũ noui, Luc. de Penna in dicta l. prædia, imò posse cogi gabellarium, qui annis præteritis lucratus est in affictu gabellarum, & anno uenturo non vult affictare, si non inuenitur per vrbem, qui vellet. affictare, ita Boer. decisio. centesima quadragesima septima, Marant. disputat. octaua, numero quadragesimo, vide Vincent. de Anna, Singul. 150. & Nauar. in capit. si fœnerauerit, numero nonagesimosecundo, & 127. ubi ponit duas fallentias. Nauar. loco cit. num. 91. & 92.

AD OCTAVVM, Dico, quod Primò census ad uitam, (qui uitalicius dicitur,) potest fieri, hoc probat Couar. loco citato, cap. septimo, numero tertio, uer. item, per l. si ea lege, C. de usur. l. fideicommiss. C. de transact. & in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testam. quibus ratione periculi permittitur hunc contractum facere, & mortuo emptore extinguitur census, nec solui debet sors principalis, uide Abb. in disputat. quinta, colum. penul. imò, & Doct. in capit. In Ciuitate, de usur. D. Anto. par. 2. tit. 1. c. 8. §. 11. Secundo, in hoc censu non potest fieri emptio ratione pretii taxati in Bullis superioribus, sed plus, minusve

nisue secundum temporis breuitatem, seu longitudinem, vt etiam quindecim pro centenario in sene. Flo. Theol. in 4. Senteut. tract. de censi. art. 4. dub. 2. concl. 1. & 2. & hoc per ea, quæ frequentius accidunt non potest esse, quod citius moriatur iuuenis, quam senex, iuxta illud Sapient. c. 4. In breui expleuit tempora multa: tamen Regula est, euntib. ordine fatis tñ si esset deceptio vltra dimidium, daretur actio, l. 2. C. de rescind. ven. per. c. 3. de empt. & vend. Quarto si deceptio erit intra dimidium, in foro interiori teneretur vendens recompensare, Couar. lo. cit.

AD NONVM An possit exigi census per tertias, vt vulgo dicunt, an totus census in fine anni, & videtur quod non, quia dicuntur annui census, & mẽstrui, & quibusdam visum est, etiam non licere, quia videtur plus capere, quam decẽ pro cẽtenario, plus enim valet res matura, quã acerba, & ad præsens oua, cras pullis sunt meliora, tamen quicquid sit, nihil refert, siue membratim, siue simul census exigatur: ista cõclusio est Flor. Theol. lo. ci. ar. 6. conclus. 3. & sic videmus passim practicari, vbique a piis, & doctis viris; Ratio est, quia emptio, & preciũ rei venditæ potest dari, vel simul, vel diuisim, & sic non obstant obiecta, quia etiam non dicuntur solutiones mẽstruæ, ut notat Greg. XIII. in Bula Calendarii noui correcti, §. ne vero, ita Nauar. in capitulo si fœnerantes, 14. q. 3. nu. 134.

AD DECIMVM Vide Couar. lib. 3. c. 10. col. penul. var. resol.

AD VNDECIMVM Vide eundem lib. 2. c. 3. n. 4. versi. 5. lo. ci. vbi dicit quod sic, si aderit litigium, vel onus aliquod.

Canonia.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit, & an sit annexa Canoniæ præbenda, & econtra.*
2 *An omnes Canonici debent habere sacrum ordinem.*
3 *An Episcopus possit dispensare cum illegitimo, vt posset habere canonicatum, etiam in cathedrali.*
4 *An omnes teneantur canonici esse Sacerdotes.*
5 *Quando habeant vocem in Capitulo.*
6 *Quando incipiant gaudere perceptione fructuum.*
7 *Quando possint optare in ecclesiis vbi adest ista consuetudo.*
8 *Quid si vnus Canonicus habens pensionem super canonicatu suo, & postea vellet consequi alium canonicatum sine vllo onere, an eo habito, possit sedere, & habere locum in choro, vbi prius.*
9 *Quæ ætas sit necessaria ad canonicatum consequendum.*
10 *Quid de numero Canonicorum.*
11 *Quid de obligatione.*
12 *An perdatur ius optandi, si per longum tempus quis non optat.*
13 *Quando incipiat Canonicus gaudere distributionib. quotidianis.*
14 *An fructus pbendæ, seu Canonicatus possit obligari pro debito, vel sequestrari, vel capi*

AD PRIMVM Vide quæ dixi in ver. beneficiũ, §. 1. nu. 13. sed est sciendũ quod Canoniæ, siue canonicus significant regularẽ, quia canon regulã significat, c. 1. d. 3. & primo Canonici viuebant omnes simul in canoniis cum Episcopo more religiosorum, Soto, lib. 10. q. 4. ar. 3. de iust. & iure, habeãt omnia cõmunia, Aug. in c. certe, 12.

q.1.& in c.quatuor,& in c. non dicatis,ibidem,ex quo videmus,quantum degeneræmus a veteri illo sanctorum patrum instituto,quia hodie viuimus propemodum more laicali laxioríb.habenis.

AD SECVNDVM. Prima Conclusio in Ecclesia Cathedrali oẽ Canonici tenentur habere ordinem sacrum Ista Conclusio est Sac.Conc.Trid.Sess.24.c.11.de refor. vel saltẽ Canonicus Cathedralis debet esse in tali ætate,vt infra tẽpus a iure, & à Sãcta Synodo statutũ initiari possit.Sess.7.c.12.c.licet Canon,cum similib.lib. 6. de elect. Secunda Conclusio;in aliis vero Ecclesiis illi tantum Canonici tenentur esse in ordine sacro qui habent Canonicatũ,dignitatem, seu portionẽ requirentẽ ordinẽ sacrũ,vel in ætate,vt sup.ista est eiusdẽ Sacri Concil.eo.loco,ver.neminẽ;Ex quo sumitur Tertia Conclusio,quod vbi Canonicatus,pbenda,seu portio non requireret sacrum ordinẽ, ꝙ illã posset habere ẽt Clericus simpliciter, Sac.Conc.Ses.22.ca. 4.§.11. de refor.Clem.2.de ætate & qual.& Sylua.tract.de benef.2.p.q.6.nu.6.gl.in ca. 1.in ver.tale,de fil.presb.lib.6.decis.Rot.26 de Rescript.in nouis.Boer.decis.171.nu. 1.& c.2.& ibi Abb.in vlt.notab.de institut.vide superius,in vers.capitulum,§. 10. & quæ ibi dixi ex mẽte Abb.& Gem.in c.ex eo notab.2.de elect.lib 6.dicit quod exutens in pupilari ætate,potest esse Canonicus in Ecclesia Cathedrali,& se remittit ad ea,quæ dicit superius in c.si eo tempo.de resc.eod.lib.sed potest intelligi, vbi Canonicatus non requireret ordinem sacrum,vel ante Concilium,vbi requiritætas annorũ quatuordecim in quolibet beneficio vide inferius,§.6.& in 2.p.ver.ætas,§.3.Quarta Cõclusio;Eps non põt cogere Canonicos vt efficiantoẽs sacerdotes,sed sufficit, si dimidia pars canonicorũ presbyteri sint,inter quos pcipue dẽt esse prior, cęteri vero Diaconi,aut subdiaconi,vt sac.Cõc.Tri.decreuit,Ses.24.c.12.§.pterea obtinẽtiũ,ita Sacr. Congr.in forma,Declarat.39.Nec Synodo prouinciali licet imponere onus dignitatib.,ꝙ quis nisi graduatus,nõ possit eas obtinere sine Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate,ita Sac.Congr.Declarat.334.in meis,& in alia,q̃ est 338.censuit in hęc verba.Nullo Conc.Trid.decreto statutũ est,vt q Decanatũ consequi velit, is necessario sit magister,siue Doctor,aut Licẽtiatus in Iure Sacra Theologia,vel Iure Canonico.

AD TERTIVM, Sit prima Conclusio;Si canonicatus Ecclesiæ collegiatæ nõ requireret ordinem sacrum,põt Eps dispẽsare cum illegitimo, vt ibi Canonicatũ habeat similiter de beneficio simplici dicendũ est,gl.in c.t.de filiis presby.lib.6.in.ver. beneficiũ;& Sylua.5.p.lo.ci.q.61.nu.4.circa vltim.Vinc.de Fran.decis.189.nu.2.Ista Conclusio intelligitur,prout Sac.Conc.Trid.Sess.25.c.15.de refor. Secunda Conclusio; Episcopus non potest dispensare,vt illegitimus habeat Canonicatum in Ecclesia Cathedrali,quicquid dicat gl.cit.& Sylua.loco ci.Ratio est;quia omnis Canonicatus cathedralis requirit ordinem sacrum,vt supra,& glo.in d.c.in ver.tale,sed Eps non potest dispensare cũ illegitimo ad ordines sacros,ergo,c.2. de fil.presb.lib.6.& ca.1.eod. lib.& tit.Nauar.c.25.nu.69.Notab.4.& c.27.nu.271.Notab.10.decis.Rot.2.& ibi additio,nu.1.& 2.in nouis.de fil.presbyt.facit ꝙ dicit Gom.de expectat.nu.34. vbi dicit, quod dispensatus illegitimus,non põt obtinere Canonicatum in ecclesia Cathedrali,& Staph.de lit.grat.for.1.nu.3.Tertia conclusio,nec Eps potest dispensare cum illegitimo,vt possit habere commendã,Gom.q.5.col.13.de trien.possef hoc intelligerẽ de commenda Curata,secus de simplici.

AD QVARTVM Breuiter Sac.Conc.Sess.24.c.12.§.ipse aũt disponit,vt dimidia pars Canonicorum saltem sint presbyteri,ceteri verò Diaconi aut subdiaconi ;vbi vero consuetudo laudabilior habet,vt plures,vel omnes sint pesbyteri, omnino seruetur. Accedit ad hoc Declarat.Sac.congr.39 vbi ita censuit:Episcopus non potest cogere, vt canonici efficiantur omnes Sacerdotes,sed sufficit, si dimidia pars Canonicorum presbyteri sint,inter quos precipue debet esse prior,cæteri vero Diaconi,vel Subdiaconi,& declarat.6.censuit in hæc verba:Eps debet cum consilio Capituli designare qui-

quibus Canonicatib.quisque facer.ordo annexus esse debeat, nō quib.Canonicis, & quia Sac.Conc.lo.cit.non mandat sacros ipsos ordines annecti personis canonicatus obtinentib. sed canonicatib.ipsis,ꝙ est notandum pro intelligentia illius textus.

AD QVINTVM Respondetur negatiue,per Clem.2.de ætate & qualit.& Cōc.Tri. Sess.22.c.4.nisi habeant ordinem sacrum,etiā si hoc sibi ab aliis libere fuerit concessū.

AD SEXTVM Sit prima Conclusio.qui obtinet Canonicatum dignitatem,personatū officiū,seu præbendā,cui certi ordines sunt annexi,nisi infra tempus a iure statutū ad huiusmodi ordines se promoueri faciat cessante legitimo impedimento non facit fructus suos;Conc.Trid.loc.cit.§.neminem,c.commissa,de elect. lib.6. Secunda conclusio varia est locorum consuetudo,nam alicubi Subdiaconus vnam,Diaconus duas partes,Presbyteri tres lucrantur,alibi vero nihil,nisi sint presbyteri, quod ipse non laudo:nā cū oēs laborent,oēs pasci debent,c.cū sm Apostolum,de præb.& illud Deuteron.c.25. & primo Corinth.c.9.non ligabis os boui trituranti,eo vel maxime, cum Sac.Conc.lo.ci.non requirat,vt omnes sint presbyteri,& ideo talis consuetudo esset moderanda per locorum Ordinarios,quapropter optima est Beneuenti consuetudo,conformis Iuri communi,vt vna pars detur Subdiacono,duæ Diacono, tres p̄bytero,ex fructib.enim canonicorum,tres partes ibi fiunt,& in vinea domini singuli laborantes accipere debent singulos denarios,Matt.6.& vnicuique sm propriam virtutē dat paterfamilias,Matt 25.3 cōcl.vbi vero dignitas,præbenda, seu portio nō requirerent sacrū ordinem,clericus,simplex ibi prouisus faceret fructus suos,prout in quibusdam collegiatis,& ecclesijs receptiuis,quia Conc.solum excipit vbi requireretur sacer ordo,nisi aliter se habeat consuetudo,& tunc tales vocātur canonici in herbis,Staph lo.ci.f.3.nu.4.& f.139.nu 2.Gom.de expect.nu.37.

AD SEPTIMVM reperitur consuetudo in quibusdam ecclesiis, et cathedralibus, vt clerici,& presbyteri simplices possint optare canonicatus,& canonici dignitates,& sic gradatim sm gradum promotionis,prout in Episcopatu Auellinensi Beneuentanæ prouinciæ fit.Prima conclusio,ista consuetudo valet,c.cum in tua,de consuet. lib.6.secunda conclusio,ista optatio debet fieri spatio viginti dierū a die notitię, text.& glo.ibidē,in versi.viginti dies.& an ipsi viginti dies possint prorogari,puta per duos alios dies antiquiori per capitulum,affirmatiue respondetur,Tiraq.de vtroq; retrac. §.1.gl.10.nu.58.& gl.in d.c.fi.in versi.dumtaxat,sed quando præsumitur ista scientia seu notitia,vide addit.ad decis.Rot.4.de consuetud.in nouis.nu.7.& faciunt ea, quæ dixi supra,in ver.beneficium,§.3.& in versi.ius patronatus,§.5.dub. 1.& 2.secus,vel optabit alter,vel deuoluitur ad Ep̄m,per c.2.de cōcess.preb.& Clem.vni.de suppl.negl.prelat.qui habebit sex menses ad prouidendū nec interim deuoluet ad Papā, nisi sex mensib elapsis,ita Gem.ibi,& dicetur inferius conc.17.& isti viginti dies possunt esse in maiori tēpore ad optandū, secundū diuersā consuetudinē; Gem.ibi §. ut aūr, uers.quid si in Ecclesia.Tertia conclusio ista optatio dicit ius ad rē,adeo, ꝙ est ius considerabile,in Reg.cancellarię,de non toll.iure quæs.Gom.in d.reg.quæst.1.fol.19. col.3 & 7.modo hinc fit, Primo,non posse Ordinarium conferre illud beneficium ad quod quis habet optionem,per c.si tibi absenti,de præb.libro 6.Secūdo fit,si quis impetraret a Papa non habita de hac mentione, nō valeret impetratio,per Reg.cancell.cit.& dixi in ver.derogatio.Non obstat,quod dicit addit.decis.4.& 5. numero 7. & decis.2.Rotæ in antiquis,de consuetud.quia hoc valet, quando fit derogatio specialis,quia non sufficit generalis,prout Stap.de litt.grat.fol.186.numero 1. & 2.& ipsemet text. in initio,vbi prouisionem Apostolicam non vult valere contra hanc cōsuetudinem.Quarta conclusio,si adest vnus canonicus antiquior, & non optaret intra tempora,sed interim optat iunior,tenet optio iunioris in euentum quo senior, siue antiquior non optauerit intra tempora, Staph loco cit.fol.166.numero 2.glossa inibi,in ver.dumtaxat.Quinta conclusio;non potest optare minorem dignitatem,

seu præbendam ille, qui habet maiorem, decis. Rotæ 3. de consuetud. in nouiss. Ratio potest esse, quia optio fit ad superiora, & altiora, non econtra, sicut optio in collegio Cardinalium, gloss. ibi in versicu. meliores, quid si vacauerit deterior antiquiori magis grata, vide Anchar. dicto c. ver. ex quo. nisi aliter se habeat Consuetudo, nempe quod æqualis, vel minor quoque posset optari Gem. ibi ver. possent opiniones, & secundum diuersas diuersarum Ecclesiarum cõsuetudines obseruat. Gem. ibidẽ, uers. ex his infertur. Sexta conclusio, hoc non habet locũ in beneficiis ipsis vacantib. in Curia, tex. §. in preb. Staph. lo. ci. f. 286. num. 3. quia ista non possunt, optari, nisi iuxta dispositionem c. statutũ, de præb. lib 6. glo. in d. c. ordinatur, decis. Rot. 4. de consuetu. in nouiss. Septima conclusio; nec datur optio in beneficiis reseruatis generaliter, siue specialiter. addi dec. 1. Rot. de rer. permut. nu. 7. in nouiss. Staph. lo. ci. f. 187. num. 4. & hoc quando reseruationib. fieret derogatio, saltem cum clausula generali. Octaua Conclusio, intrusus non põt optare, & intelligitur de intruso habente beneficiũ reseruatum. per c. 2. de præb. lib. 6. Gom. in q. 31. de trien. possess. in priuil. 6. Nona conclusio; deuoluta ad Sedẽ Apostolicã, non possunt optari, addit. ad d. decis. 1. nu. 9. de rer. permut. in nouiss. Decima cõclusio, nõ põt optari prima dignitas, q̃ est maior post põtificalẽ, quia est reseruata per Reg. Cancell. & sic fuit decisum in facto pro Archidiacono Auellinensi annis elapsis Vndecima conclusio; an circa prębendas vacantes in curia uel reseruatas motu proprio, valeat ista cõsuetudo, vide Card. consil. 3. in ti. de consuetud. & Staphi. lo. ci. f. 187. nu 4. Duodecima conclusio, quõ ista optatio fieri debet ratione ætatis, temporis, uel ordinis, vide gl. ibi in uersi. antiquiores. Decimatertia conclusio; istæ optatio, non dantur nisi per obitum, non in resignationib. factis in manib. Papæ in fauorem certæ personæ, Caputaq. dec 282 p. 2. Decimaquarta conclusio; an absens etiam in seruitio Papę, vel Episcopi, possit optare, pro, & contra, disputat Gem. in d. c. vers. sed pone quod consuetudo, & videtur quod non, tu tamen vide eum, succedente casu. Decimaquinta conclusio; vbi adest consuetudo optandi, vltra viginti dies, vel statutum potest optari. vltra illos viginti dies, quia text. non tollit cõsuetudinẽ vel statutum, nisi adesset Apostolicus expetans; Gem. in d. c. fi. §. ne autem, ver. quid si ecclesia. Decimasexta conclusio; An optatio impediatur per permutationem, vide per extensum pro, & contra, Gem. in d. c. uet. quomodo, col. 1. Decimaseptima conclusio, ista optatio impeditur per reseruationem generalem factam a Papa, vel motu proprio, non autem petitione particularis personæ, Gem. in. ibi, §. in prębẽdis, ver. quæro quid si Papa. Decimaoctaua Conclusio; si quis non optat spatio viginti dierũ, à tẽpore scientiæ ad quem deuoluitur prouisio Canonicatus, vel prebendæ? Respondetur, ad Ordinarium, & illo non prouidente, per sex menses, deuoluitur ad Papam nã Papa non posset antea illum, vel illam conferre iure ordinario. Archid. Io. Andr. & Gem. lo. ci. ver. quid si Papa confert. Decimanona Conclusio ista notitia debet esse certa, & non ficta, & currit de momento ad momentũ. gl. Lapus, & Gem. lo. ci. §. ne autem, ver. ex gl. ergo. Vigesima Conclusio; ista optio datur omnib. Canonicis simul intantum quod non optante primo potest optare secundus, & hoc non optante, tertius, & sic deinceps & sic successiue. Gloss. & Gem. in. lo. ci. tamen omnib. simul currunt viginti dies, & sic curritur ad horas, vel ad momenta.

AD OCTAVUM Videtur nõ posset sedere, vbi prius sedebat, qñ hẽbat canonicatũ alterũ; Ratio quia adest hic nouus titulus, nouaq; prouisio, decis. Rot. de consuetu. in nouiss. 1. iuxta finẽ, facit. c. si beneficia, de præb. lib. 6. & Gom. q. 24. col. 2. de trië. possess. decis. Rot. 3. de rer permut. in nouis. Staph. lo. ci. f. 112. nu 13. ergo si est noua collatio, nouusq; titulus, interuenit etiam mutatio de loco ad locũ, vide Boer. in trac de actor mag par. fian. nu. 82. & Declarat. Sac. congr. 182. vbi dicit optans Dignitatẽ, perdit Canonicatum, & Declarat. 186. dicit quod habens Canonicatum in qua Ecclesia similiter pater eius habuit Canonicatum, non potest in eadem Ecclesia de canonicatu ad

tu ad Dignitatem ascendere, Anchar. tn d.c. vers. opponitur. Legitur ex his cōcluden tur, istum debere mutare locum, & hoc clare habetur ex c. quamuis; de Rescript. lib. 6. & ita fuit consultum in facto, anno 1592. de mense Ianuarii a quodam Reuerēdissimo Archiepiscopo, me præsente, cuius sententiæ ipse etiam fecram, & scripseram hic. Rebuf. de Symon. resign. ratio. part. ac rei, n. 19.

AD NONVM. Sit prima Conclusio, circa Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis requiritur ætas requisita ad suscipiendum sacrum ordinem, quę est vel 22. ann. cum attingentia, iuxta notata in vers. ordo; & in ver. beneficium, & supra §. 2. & 3. in Ecclesiis vero collegiatis, vbi non sunt Canonicatus, requirentes certum ordinē, decis. Rot. 324. in antiquis, dicit, requiri ætatē viginti annorū, Gom. de expectat. r. u. 86 dicit ex Reg. Cācell. Gre. XI. sufficere ætatē decē annorū, tñ hodie de iure nouissimo, Conc. Trid. sess. 23. c. 6. de refor. requiritur ætas quatuordecim annorū, ergo ex his patet, posse quē esse Canonicū in ætate 14. annor. vide declarat Sac. Congr. 481. in hæc verba: Nullo Concilii decreto sancitū est, q̄ in eis ætas requiratur qui Canonicatus in ecclesiis Collegiatis consequi volunt, sed id relictum est intra illos terminos, qui ante idem Conciliū Tridentinū præscripti sunt. hęc Sac. Congr. hoc tamen fallit, nisi etiam in Collegiatis adsit aliqua Dignitas, Canonicatus, aut Portio quæ requirat ordinē sacrū, nā tunc non pōt quis eā habere, nisi vel sit in tali ordine quē requirit dicta dignitas, Canonicatus, vel portio, vel in ea ętate sit constitutus, ꝙ infra tēpus a iure statutū possit ad eū promoueri, iuxta dispositionē c. licet Canon, idest infra annū ita Sac. Conciliū lo. ci. §. neminem, & Sess. 22. c. 4. de refor. si vero non requirit sacrū ordinē, tunc vera est doctrina, ꝙ constitutus in ętate quatuordecim annor. pōt habere Canonicatū, Dignitatē, & Portionē, non requirentem curā Animarū; ita sacra Congreg. declarat 487. episcopo Calentano, sed iste erit Canonicus in herbis, quia nō hēbit vocē in Capitulo, nec fructus percipiet, prout dixi supra, nisi esset pbē. la vide Anan. in rubr. de æta. & qualit. nu. 2. & Abb. in c. cū in cunctis, §. inferiora, nu. 1. & 3. de elect. Vide omnino Gem. in c. si eo tēpore, vers. in fi. glo. de Rescrip. lib. 6. vbi disputat de varia qualitate beneficiorum, & sic de varia ætate in eis obtinendis, & sunt quędam beneficia quæ possunt obtineri, a pucro, modo excesserit infantiam, sed in terminis Sacri Concil. non licet alterare ætatem.

AD DECIMVM, Patet responsio ex dictis sup. in vers. benneficiū, nu. 12. dub. 5. & vide Vinc. Franc. decis. 2. vbi tractat de hac materia, augendi Canonicos. Vide Gem. in c. si canonici §. autem in vlt. de offi. ord. lib. 6.

AD VNDECIMVM, Vide ibidem §. 4.

AD DVODECIMVM, Respondetur, quod si nō optant, non propter hoc vllo temporis spatio perdant eā optandi facultatē, Capy. decis. 134. nu. 4 & Io. And. de Ligna. & Gemin. in c. vlt. de consuetu. lib. 6. Anchar. vbi supra, ver. quæro, Papa.

AD DECIMVMTERTIVM, Vide Cle. 2. de ętat. & qualit. ut sup. §. 6.

AD DECIMVMQVARTVM, Respondetur, ꝙ primum non potest fieri, secundum, & tertium sic. i. ꝙ fructus Canonicatus, & Beneficiorum nō possunt obligari pro debito, sed sequestrari, & capi, Boer. decis. 216. & hoc pōt facere iudex ex officio, quando Clericus beneficiatus est grauatus ęre alieno: modo relinquatur ei portio cōgrua vnde clericus possit viuere, ita Couar. li. 2. 1. p. nu. 9. ver cęterū, varia. resol. & ita practicatur in Romana Curia, vt ait Collectaneus, & alii in c. Odoardus, de solu. & Rodoan. de reb. eccles. non alien. q. 57. nu. 9.

Circunstantiæ peccatorum.

SVMMARIVM.

1 *Quot genera sint circunstantiarum peccatorum.*

G 3 *Quot*

2 *Quot circunstantiæ.*
3 *Quæ sunt quæ mutant, seu dant speciem.*

AD PRIMVM. Quinque genera circunstantiarū dicit esse D. Ant. 3. p. ti. 17. c. 17. §. 5. 5 3. Primum impertinentium. Secundum alienantium. Tertiū aggrauantiū notabiliter. Quartum mutantium speciem. Quintum aggrauātium in infinitum, de quib. videto Sot. 4 Snt. 18. d. q. 2. ar. 4.

AD SECVNDVM, Videto eund. loco ci. c. 6. Syluest. & alios, in ver. circunstantiæ, Conc. Trid. Sess. 14. c. 5.

AD TERTIVM, Quinque sunt circunstantię, quæ dant, seu mutant speciem, quis, quid, cui, vbi, & quomodo, de quib. videto Doct. in loc. cit. ita similiter, quando circunstantiæ scandali, seu recidiui sint ad speciem, videto eosdem, & dicam in opere meo peculiari, de penitent. hoc volui attingere pro practica prelatorum, quando volunt examinare confessarios. Si quis voluerit de hac materia ad plenum videre, videat practicam nostrā penitentialē, in c. 12. per totum, vbi habebis quadraginta quinque quæstiones circa peccatorum circunstantias.

Census.

1 CENSVS an super reb. Ecclesiæ possit poni, vt Rodoan. de reb. eccle. non alie. q. 17. nu. 9. & super fructib. eius, ibi, nu. 7.

Secundo, contractus in dubio potius præsumitur Censualis, quā emphyteuticus, Iason in l. 2. nu. 42. C. de iure emphyt. Sco. conc. 167. Butrius cōsil. 42. li. 1. nu. 7. Rodoan. lo. cit. q. 17. nu. 5. & 72.

Tertio, idem confirmatur ex doctrina Nauar. in com. de vsur. q. 8. num. 109. vbi asserit plurimum referre; nam si est contractus, seu census emphyteuticus, non soluens tēpore statuto a iure vel ab homine, perdit prædiū, domum, vel quid simile: si verò debet, per contractum censiticū, non perdit, sed in dubio pro censitico, & non pro emphyteutico teneri debet, argum. c. ex parte, de cens. & ibi panor. notab. 4. & in l. semper ad stipulationem, ff. de verb. signif. c. cum iura, de reg. iur. li. 6. licet oppositum habeat August. Bero. q. 14. & Rodoa. f. 502. nu. 4. & Iason, in l. 2. nu. 210. uers. tertio decimo quæro, de iure emphyteut nu. 211. uers. 14. quæro.

Cadauer.

VIDE in ver. funus.

Carcer.

1 CVR inuentus sit quæritur? Respondetur primo aut pro custodia; Secundo, aut pro afflictione, Tertio, aut quando Iudex intendit, quod carcer succedat in locum pœnę. Quarto, in pœnam quæ datur per sententiam, Diaz in prac. Cri. Can. c. quamuis, de pen lib. 6. c. nouimus, §. pro illo, & ibi Abb. nu. 4. de verb. signific.

Secundo quādo Clericus possit carcerari etiam pro causa Ciuili, habetur in c. dilectis, & per ibi Scribentes, de appellat. Diaz vbi sup. c. 114. Conc. Trid. Ses. 25. c. 6. de refor.

Tertio, Iudex Ecclesiasticus debet habere familiam armatam pro captura reorum, Couar. prac. q. c. 10. nu. 2. ver. 4. in fi. Hostiens. in Sum. tit. de offi. iudicis, §. quando, nu. 4.

Quarto, an, & quando possit procedi ad capturam, non præuia informatione: vide Foller. in prac. crim. 1. p. nu. 58. nec debet esse facilis Ecclesiasticus Iudex in captura clericorum, nisi præcedenti sufficiente informatione, cum carcere vergat in infamiam, sed videatur Diaz lo. ci. c. 6. pagina 29.

Quinto, an carceratus pro causa criminali, offerens cautionem, debeat habilitari? negatiue respondet Folle. lo. ci. 1. p. 2. p. nu. 20.

Sexto,

Sexto, an quis possit capi in territorio alieno per quindecim milliaria, vide eund. Foller. 22. num. 3.

Septimo, carceratus, qui non pernoctat in carcere, nihil tenetur soluere carcererio, idē in Fragm c. de reor. custod. nu. 162.

Octauo, moriens in carcere ob negligentiam Iudicis, punitur ipse iudex depositione officii, & aliis pœnis, Boer. decis. 153. nu. 20. & Iudex, si est Ecclesiasticus, efficitur irregularis, Abbas in c. a nobis, nu. 1. de. Aposta. & in c. ad audientiam, de crim. falsi.

Nono, Iudex debet visitare sæpe carceratos, & facere quod habeant necessaria l. 3. C. de episc aud. Syluest. in ver. carcer, §. vlt.

Decimo, qui fugiet a carcerib. iter arripiens ad superiorem, non dicitur fugere. sed habetur loco appellationis. Hostiens. in c. vt dilectus, de appellat Boer. decis. 215. nu. 27. c. dilecti, il 2. de appel. imò non cadit in pęnam, sub qua fortassis sibi fuit factum præceptum, vt notat Boss. tract. de carcer. fideiuss. nu. 46. & hoc ampliat, non solum vale re in eo, qui fugit, seu tendit ad superiorē, sed qui fugit ad amicum Domini sui superioris pro auxilio impetrando, vbi allegat multa iura, & Doctores, vbi videto Vinc. de Anna in repet. c. si vasallus, de vasal. decrep. ætat. nu. 58.

Vndecimo, Carceratus si non venit puniendus pœna vltra relegationem, statim examinatus potest relaxari, si offert cautionem, fallit in cōfessis, & in pęnis pecuniariis stipulatis penes acta Curiæ, Foll. lo. ci. fol. 90. nu. 1. 2. & 3. fallit etiam in crimine notorio periurij, vel si alias aufugisset a carceribus, idem ibidem per multa.

Duodecimo, An pęna carceris, de qua in c. quamuis, possit sumi pro detrusione, in Monasterium, vide Anchar. in d. c. num. 4.

Decimotertio, carcerati qui aut crimen confessi, aut ex inditiis forsan. torquendi sunt nō relaxādi sūt sub cautionib. nisi fisco d̄sup audito Paul. IIII. Bul. 50 q̄ incipit. Licet.

Decimoquarto, carcerati quib. expensis debeant ali in carcerib. & si appellauerint quibus expensis sint ducendi ad Iudicem appellationis, vide Capel. Tolos. q. 100. in addit. vbi concluditur quod expensis appellantis, & detinentis.

Chorus.

CHORVS, In Ecclesiis cancellis debet esse septus, ad hoc, vt solum psallentib. clericis sit locus, Conc. Turonē. Can. 3. & nec. Laici possunt chorū ingredi excepto Rege, Cōc. Cōstātinopo. 6. Can. 69. vide histo. tripart. li. 9. c. 30. vbi habet, nec Theodosio Imperatori Ambrosiū voluisse p̄mittere īgredi itra cācellos, vbi clerici psalmodiant.

Citatio.

PRIMO videto practicalistias, & præcipue Mar. copiose, 6. p. ti. de cit. & Foller. 1. p. 2. p. nu. 28. & 29.

Secundo, pro praxi Canonica, quādo veniret ab Vrbe citationes in partib. vide Clem. Causam, de elect. vbi habes optimam practicam, sed pro facilitate, sunt notāda multa; Primū, non sufficere in causā absentiæ rei citandi, id quod dicitur in d. Clem. sed primū debet et̄ seruari in profanis, decis. Rot. 26. de app el. in nouis. & decis. 22. de Rescrip. in nouis. & ibi addit. nu. 5. Secundo, non tenetur citans dare copiam citationis citato, nisi hoc petat, modo ei lecta fuerit citatio, Addit. ad decis. 5. Rot. de Rescript. in nouis nu. 15. Tertio tutius est relinquere copiā citationis ipsi citato pro maiori cōtumacia; Addit. ibidē, nu. 6. & sic vidi practicari multoties, imò semper. Quarto, qn̄ vero citatio fit ad valuas Ecclesię, & reus, vel alter pro eo petit copiā citationis, vltra relictā ad dictas ualuas ecclesiæ, danda est ei, sed sumptib. petentis, Addit. ad decis. 22. de Rescrip. in nouis. nu. 15. Quinto, praxis est, vt fiat copia authentica per notariū publicum, & affigatur ad valuas, vel relinquatur ipsi citato, si pōt haberi personaliter

 & po-

& postea fiat instrumentū cū citatione, & relatione inserta,& remittatur ad vrbem, & ita vidi seruari,alias ibi non faceret fidē,vide Tiraq.de vtro.retract.§.6. & gl. 1.& 2.nu.4 & 6 imò citatio nulliter executa,dicitur quādo non fuit relicta copia citationis post affixionem.Caputaq. decis.109.

Tertio,principaliter,quando citationes debeant fieri per edictum, vel per proclama, vide Maran.lo.cit. nu.48.& infra,Couar.in c.Alma mater,1.p.§.9 nu.4. de sent. excom.li.6.gl.in c.quoniam frequenter,§.porro,ver impedit,vt lit.non contest.ca.1.de his qui matri.acc.pos.c.perlatum,qui fil.sint leg & gl.ibi,in ver.promulgauit, decis. Rot.399.in no.iis.Clem.vnica,de for.comp.

Quarto,citatio per edictum non potest committi ab inferiorib.principe,Addit.ad decisionem Rotæ 5.nu.7.de Rescrip.& decis.8.de dolo,& conm.in nouis.sed hoc intellige,qn committere tur,secus vero qn de stylo Curiarum quisq; citatur per edictum vel proclam,qn reus non facit copiā sui, vel latiat,vt dixi in vers.hæretici,§.5.

Quinto citationis omissio est insanabilis,cum sit de iure naturali,vide Clem.pastoralis de re iud.Gom. tractat ve.ius sign f 90.col.1.adeo, q̃ nō pōt tolli per pricipē, quia fundatur super illo Genes qn Deus citauit Adā,& Caim.secus vero,qn nō fuisset debito modo executa,quia tunc pōt sanari,Gom.lo.ci.aliquādo potest omitti maxime a Principib.Nau.in c.statuimus,nu.18.19.q.3.

Sexto,locorū Ordinarii non statim habita querela procedere debent ad capturam,sed præuia informatione in criminalib. & in ciuilib nō ad executionē,nisi parte citata, nisi qn dubitaretur de fuga,contra dispositionem iuriū vulgatorū, & videatur Diaz Prac.Crim.Can.c.113.& c.6.iuxta medium.

Septimo,an quis possit citari in territorio alieno à iudice alterius territorii? vide Foller. in prac.Crim.4.p.3.p.nu.11.& in 1.p.2.p.nu.27.Syluest.in ver.excommunicatio, 2. nu.10.& Panor.in c.nobis,il.1.de sent.excom.Gom.in trac.de neg. num.183.& hos. Doct.pro vna opinione affirmatiua,pro negatiua vero,vide Couar.prac.q.c.10. per extensum,& Maran.6.p.ti.de ci.nu.40.vide in vers.forum,& in ver.remissio reorū.

Octauo,an,& qn possit fieri die feriata,pro die non feriata,vide Tiraq.de vroq.retrac. in fi.nu.78.& infra,& Mara.6.p.tit.de cit.nu.10.

Nono,citatio personalis requiritur qn proceditur ad priuationem alicuius, nisi præcesserit citatio personalis,non sufficit citatio domi ad sententiam,Caputaq.decis.114.& 117.vide in ver.priuatio,§.3.principaliter ver.4.

Decimo,citatus per edictum, vel per proclamā,audiendus est contra rē iudicatam,refectis tamen expensis.Caputaq.decis.118.

Vndecimo,an citatio debeat fieri ad quemlibet articulū,an sufficiat,si fiat ad totā causam? respondetur,quod vtrumq; fieri pōt,Innoc.in c.Auditis,de procuratorib. & in c.Ecclesia vestra,il 3.de elect.Capel.Tolos.q.427.

Duodecimò,an citatus ad omnes,& singulos actus,vsque ad sententiam inclusiuè,sufficiat,& parte non comparente,possit contra eum actitari,& sententia ferri,et si cōparuerit semel,Gem.in c.fi.vers.item secundus,de dolo & cont.li.6.dicit quod sic,ex Innoc.Lapo.& aliis communiter,in c.1.de elect.li.6.

Decimotertio,an citatus,vt compareat personaliter,possit comparere per procuratorem,vide inferius in ver.procurator,§.9.& c.1.de.Iudic.li.6.

Coadiutor.

COadiutor quando dandus sit Episcopo? vide c.vnicū,de cler.ægrot.li.6.& an possit conferre beneficia? vide Sylua.trac.de benef.2.p.q.4.per totum, Gimon. de expecta c.1.nu.48.quam habeat auctoritatem,vide Oldrad cons 44.Syluest.in Summa in ver.coadiutor,quando dandus sit parocho,vide in ver.parochia,§.7. & Dyn.in c. 1.n.47. de reg.iur.lib.6.

Contumа-

Contumacia.

PRIMO qui dicantur veri,vel euidenter, vel interpretatiuè cõtumaces, vide Glo.in Clem.fin.in ver.manifeste,de dol.& contum.Marant.6.p.memb.2. per totum.

Secundo,quando debeat accusari prima,& vltima contumacia,vide eund.ibidem, nu. 1.& memb.1.nu.67.

Tertio,contumacis quæ sint pœnæ,vide ibidem,num.9.& infra,vbi dicit, esse tertiam partem mobilium contumacis in causis criminalibus,ibi, nu.24.Foll. Pract.cri. titu. banniantur,num.40.& infra Afflict.in Constitut.priuilegia, num.5.sed glos. magna, in cap.1.de dolo & contum.lib.6.dicit,hanc pœnam esse arbitrariam, & sic Marant. vbi sup.dicit,obseruandam diuersarũ Curiatũ consuetudine n(intellige inri,& ratio ni consonam)& Innoc.in c.de causis,nu.7.de offi. deleg.ait contumacibus non esse impositam pœnã aliquam,sed condẽnatis,& uide Iser.cit.inferius,in ver.pęnę, nu.7.

Quarto, contumaces per Bullam Pij V. quæ est la 15. & aliam quæ est, 137. quæ incipit:Dudum in statu Ecclesiastico,si per annum sic contumaces steterint, non admittuntur ad defensiones,sed condemnantur ad pœnam,etiam vltimi supplicij, & ita au diui practicari in facto.

Quintò,contumaces ta n in ciuilibus,quam in criminalibus quando executio realis, vel personalis haberi potest,non sunt aliquo censuræ Ecclesiasticæ vinculo innodandi,sed aliis pęnis,& multis corrigendi,Conc.Trid. sess.25. c.3. §.in causis verò,de reform.cap.tuæ,& ibi glos.vt lite non contest,cap.contingit,& ibi glos in versi. non potest,de dolo & contuma.

Sexto,licet regulariter contumax habeatur pro præsenti in omnibus,& singulis actis, vt patet iuribus vulgatis,tamen citandus est ad diffinitiuam,Bal.in Margar.Innoc.in verbo contumax,& citat Innoc.in cap.nostri,de elect.

Septimo,quando excusatur ob aliquod impedimentu n,vide Marant.vbi supra, & l.cõtumaciæ,ff.de re iudic.Afflict.decis.29.vbi dicit,q i deberet reintegrari reus in termino,Iser.in Rubr.quo tempore miles,in vers.&c.n.14.in fine.

Compromissum.

PRIMO compromitti non potest in Iudices Ordinarios, ni i tanquam in arbitratores, & amicabiles compositores.

Secundo,nec compromitti de re spirituali in iudicem Laicum, c.contingit, de arbit.nisi in Laicũ,& Clericum auctoritate Episcopi,c.per tuas,eo.titu. Gu.Pa.deci.67.nu.2.

Tertiò,de possessorio beneficii potest compromitti in Iudicem Laicum, qa non est cã spiritualis,sed temporalis,ibidem idẽ,quod dixi,in 2.dicto,intelligi dẽt, nisi Laicus esset arbitrator,qa tũc r ossẽt,Doct.ĩ c.2. de indic.Io. de Syl. tra.de bñf.2.p.q.23. n.1.

Quarto,quæ differentia sit inter arbitrum,& arbitratorem, Vide Marant.q.1.d.14.nu.2. primus enim in lici,secundus amicabili compositori comparatur,& secundus procedit de facto,& non de iure,primus vero secus.

Quintò ad compromittendum requiritur speciale mandatum,Gui Pap.loco citato,& Maranta.

Sexto quomodo cogantur consanguinei, & affines compromittere vsque ad quartum gradum inclusiuè,uide Prag.Odia,de c.cum tempore,de arbitr.& ibi Abb.nu.3.Capyc.decis.93.

Septimo,An post conclusum in causa possit opponi compromissum,vide Bal. in cons. 255.vol.4.Afflict.decis.170.Dec.in cons.461.vlt.dub.

Octauò,An dicta Pragmatica Odia,liget clericos,uide Dec.in c.Ecclesia S. Mariæ, de constit.Capyc.in decis.65.

Cometa.

COMETAM aliquid siue boni, siue mali prædicere, vel significare, an sit verum, vide præter alios, Suessanum, li. 1. Metheorolog. Conc. 84. & ibi D. Th. lectio. 2. & Olimpiod. actione 6.

Chrisma.

PRIMO debet renouari singulis annis die Cœnæ Domini, c. si quis in alio, de Consecrat. distin. 4. Sed si quis Episcopus confirmaret, vel Sacerdos inungeret Chrismate vetusto, licet peccare mortaliter, tamen esset sacramentum.

Secundo Balsamum non est necessarium necessitate sacramenti, sed necessitate præcepti, Fran. Victoria in Sum. confirmat. q. 41. Caiet. in 3. p. q. 72. Nauar. c. 22. nu. 8. Astes. lib. 4. tit. 4. ar. 3. licet Sot. aliud videatur dicere, 4. Sent. d. 7. q. vnica, ar. 2.

Tertio, accipiens, & Episcopus conferens, debent esse ieiuni, c. vt ieiuni, cum sequenti, de consecrat. d. 5. sed hoc recessit ab aula, propter multitudinem confirmandorum, So. lo. cit. art. vlt.

Quarto, Aetas requiritur, vt attingat confirmandus vsum rationis, idest septenniũ, sed hoc non est necesse Victor. lo. cit. q. 49. licet hoc esset bonum, tamen vidi Episcopos obseruantissimos admittere pueros quinquennales.

Quinto. Patrinus est necessarius, adeo, quod si omitteretur, esset peccatum mortale, Nauar. c. 22. nu. 9. ver. 4. si hoc facit sciens, id sibi non licere.

Sextò patrinus debet esse confirmatus, alioquin non contrahit cognationem spiritualé, Victor. lo. cit. q. 50. Sed oppositum & verius habet Syluest. in ver. matrimonium, 8. §. 7. ver. 12. propè finem, & Nauat. cons. 1. de cogn. spiritua. ratio est: quia baptizatus est capax.

Septimo, non potest esse, nisi vnus patrinus, & alius, quam fuit in baptismo, sed hoc vidi non obseruari a pio quodam Archiepiscopo. nec obseruatur passim.

Octauò, Candela, & Alapa non est necessaria Sot. lo. cit.

Nono, oleum non debet statim ablui, sed potest abstergi a ministris statim ac confirmatus quis fuerit, & sic vidi practicari à pio quodam Archiepiscopo, Victor. lo. cit. q. vlt.

Decimò, ratio expostularet, quod hoc conferatur die Pentecostes, Soto, lo. cit. sed vsu, & iure potest etiam omni tempore, c. omni tempore, de consecrat. d. 4. Soto lo. cit.

Vndecimo, Episcopi curare debent conferre hoc sacramentum in suis Diœcesibus, & non propter negligentiam permittere, vt aliqui sine hoc Sacramento moriantur, Alphon. de Castro de iusta hæret. punit. lib. 3. cap. 4.

Duodecimò, cognatio hic contrahitur, vt in Baptismo diximus.

Decimotertiò, Parochus debet habere librum, in quo signentur quot nam sint, & non confirmati.

Decimoquartò, Episcopi dum cõferunt hoc Sacramentum, debent facere annotare omnia nomina, tam confirmatorum, quam patrinorum, & ita vidi obseruari in duobus Archiepiscopatibus.

Decimoquintò, debent esse sine peccato mortali, saltem cum contritione, tã minister, quam suscipiens, ille quia est minister, & competit ei ex officio, iste, qui opponeret obicem gratiæ, c. 2. de cons. c. d. 5. Victoria lo. cit. quæst. 29. Soto 4. Sent. dist. prima, q. 5. art. 6. Syluest. in verbo, baptismus, 3. per totum, D. Thom. 3. p. quæst. 64. ar. 6. ad 3. argum. patrinus verò non tenetur ad hoc, sed facit irreuerenter; Hoc tamen debet intelligi de adultis, aliàs peccaret mortaliter, Nauar. in gl. Summæ, nu. 37. & 38. de pœnit. distin. 5.

Decimosextò, hoc Sacramentum debet ministrari suis subditis, non alienis, argum. ex. omnis vtriusque sexus, & toto titulo; de temp. ordin. in Decretali, & in d. tit. de paro-

chijs;

chijs; Accessit Sacra congregatio Declarat. 2. in manuscript. meis, & Acta Mediol. eccles. de Sacram. Confirmationis.

Compositio.

PRIMO compositiones, seu transactiones cum reis inquisitis, vel reorum cum fisco, an, & quando fieri possint, vel liceant, & quomodo, vid. Grill. lib. 5. & Foller. Pract. Crim. fol. 101. & 145. & Marant. 6. p. cap. 1 num. 62 & infra. Couar. lib. 2. c. 9. per totũ, var. resolut. & pro practica ecclesiastica, vide nu 9. 10. 11. & 12. Diaz Pract. Crim. Can. cap. 134. Syluest. in ver. pęna, §. 6. & §. 21. Nauar. c. 23. num. 101. in Notab. 7. Tabien in ver. Renunciatio, num. 5. & cap. presbyteri, de pœnitent. & remiss. c. parochianus, & ibi gloss. in ver. satisfaciant, de sentent. excom. lo. cit. lib. 1. c. 4. nu. 8. Gom. tract. de Breui. nu. 25. Facit c. Si Canonici, uers. si autem, & ibi Gemin. Notab. 3. de offi. ordin. lib. 6. per cap. irrefragabili, §. fin. eod. ti. extra, et c. pro humani, de homi. lib. 6. quibus in lo xis ponitur multa à Prælatis pro crimine, iuxta qualitatẽ delicti, loci, personæ, & aliorum, prout dictum est in ver. Pęna, §. 3. & 6.

Secundò, posse Iudicem Ecclesiasticum sibi retinere pœnam pecuniariam, quia id sibi de iure licet, patet apud oẽs. Fel. & alij, in c. irrefragabili, §. cæterum, ver. quarta Cõclusio, de offi. Ord. tamen honestius facerent, si illã locis pijs applicarent Diaz lo. cit. & Fel. Ibidem, in ver. tertia Conclusio, Couar. lo. cit. nume. 9. ver. quartum, Boss. in titulo, de pœn.

Tertiò, meminerint, Iudices, illius Ambros. facilitas veniæ, maius præbere solet incentiuum ad malum, c. est iniusta, 23. q. 4. & illius Isidori, Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse redimere, vt in c. pauper, 11. q. 3. ideo ne sint faciles prælati ad cõpositiones faciendas super delictis, sed castigẽt ea pęnitentijs salutarib. afflictiuis, ne delinquentes deteriores fiant in posterum, iuxta illud Matthæ. c. 5. Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat. vide omnino Host. in Sum. tit. de offi. ordin. §. quid pertinet, nu. 4. vbi dicit delicta debere puniri secundum Statuta Canonica, & non secundum quæstum pecuniæ, & per sonæ sunt quæ delinqunt, non res, c. prodest & seueritas, 23. q. 5.

Quartò, compositio debet fieri a Iudice ante, vel in ipsa sententia, nam post illam non potest, cum iam functus sit officio suo; Paul. Grill. tract. de malef. tit. de composit. c. 1. nu. 11. Diaz pract. Crim. Can. c. 136. Foller. Pract Crim. fol. 101. nu. 32. & inf.

Compensatio.

PRIMO licet fieri compensationẽ auctoritate propria occulte, quando quis non posset, aliter habere suum ijs viis. Primo propter aliquem defectum; Secundo iniustitiã. Tertiò propter ignorãtiam. Quarto ob Iudicẽ suspectũ. Quinto propter paruitatem rei, & magnitudinem fructuum in recuperatione. Sextò, quia ex lite simultates orirẽtur. Septimo, vel quia si vellet litigare, amitteret gratiam, & amicitiam illius, qui debet. Octauo, quando existimas debitorem oblitum esse restituere; Caiet. 2. 2. q. 66. art. 5. ad 3. gl. in c. ius gentium, in ver. sedium, 1. d. sed debent cõcurrere sex circũstantiæ, quas narrat Nau. c. 17. nu. 113. Sot. lib. 5. q. 3. ar. 5. Syluest. in ver. furtum, §. 15. Caiet. vbi sup. 3. in vltimis verbis, Panor. in c. olim, il 1. de restit. spol. Tiraq. de vtroque retra. in præfat. nu. 70.

Secundo, hoc ampliatur, etiam si fieret excommunicatio, quia non propter hoc teneretur reuelare ille, qui occulte accepit suum; Nauar. lo. cit. numero 175. Angel. in verbò, furtum, §. 21.

Tertio, sed non liceret per vim, & violentiam recuperare suum, etiam si non posset aliter recuperare illud, Sot lo. cit.

Quartò,

Quarto, compensatio an detur super liquido ex vno, & illiquido ex altero, vel super specie promissa ex vna, & quantitate ex altera, vide Marant. 4. par. dist. 6. nu. 2. & Foller. ibi, in addit. per multa dicta, & nu. 39. & gl. in c. cum Ioannes, in ver. compensare, de fide instrum. & glos. & text. in c. 2. de deposito, vide Couar. lib. 1. c. 2. nu. 14. ver. 4. var. resolut.

Quinto, hoc solum dicam pro practica, quòd quãdo Actor habet debitum liquidum, & Reus illiquidum, & vult vti remedio compensationis, qui tunc ad hoc probandum, & ad impediendum executionem contra se, glos. in ver. in aliis, dicit sufficere, si hoc probat spatio duorum mensium, sed quod Foller. vbi supra hoc remittit arbitrio Iudicis.

Sextò, an compensatio habeat locum aduersus executionem paratam, vide Capy. deci. 167. vbi dicit, quod sic, nec obstare iuramentum.

Septimò, idem dicit in instrumento in forma Cameræ, etiam obstare exceptionem cõpensationis, & hoc etiam arbitrarium Iudici maxime, quando debitor esset pauper, & grauatus onere filiorum Gallef. in tract. de for. Cam. obligat. q. 2. num. 6. folio 40. quòd est notandum, & vide Capyc. decis. 88. Ratio est; quia compensatio habet uim solutionis, & hoc valere etiam in Statutis, affirmat Tiraq. de vtroq; retractu, tit. 1. §. 3. gl. 3. nu. 2. licet Afflict. decis. 382. nu. 6. dicat oppositum, tamen valet compensatio contra instrumentum dotale, idem decis. 221. & decis. 381. vide Couar. libro 2. capit. 11. per totum.

Octauò, an compensatio, seu exceptio vsuratum impediat executionem instrumenti, habentis ex statuto executionẽ paratam, vide licet quodammodo remissiuè, Tiraqu. de retractu conuent. §. 3. gl. 1. n. 36.

Nonò, an compensatio admittatur in deposito, vide Panor. in capitu. 2. nume. 1. 6. & 10. de depos.

Colonus.

PRIMO verum est, quod colono propter sterilitatem fit remissio, capitu. propter, de loc. & cond. similiter tempore belli fit remissio, Angel. & Doctor. in l. si merces, ff. locat. Nouel. de iure prohom. § 8. & 9. nu. 81. tamen hoc fallit primo, quando colonus renunciauit omni legum & iuris auxilio, &c. quia tunc illa Clausula operatur, quod etiam simplici conductori, siue ob sterilitatem, siue ob alium quemcunque casum, non fit remissio alias a iure fieri solita, Capy. dec. 87. nu. 10. & decis. 88. vide omninò Dyn. in c. contractui, à num. 11. & ibi addit. de reg. iur. l. b. 6. vbi satis explicat, an ex natura contractus quis teneatur de casu fortuito, facit ibidem text. & glo in c. 1. de pact. & ibi glos. in fi. eod. lib. 6.

Secundo, quando habet locum remissio, vide Syluest. in ver. Locatio, §. 13. & Flor. Theo. 4. sent. de contract. locat. & conduc. art. vnico, dub. 1. vbi concludit, qd quando fit in quantum solum sufficit ad expensas factas in d. agro, nõ tenetur soluere pensionem. vide Couar. pract. q. c. 30. per totum, vide Capyc. decis. 167. & Gals. allegatum in vers. compensatio, distin. 4. & 5. Vide Iser. in vsu feud. Rubr. de Contro. inuest. num. 18. in princip. vide Io. Vinc. de Anna, in Alleg. 21. nu. 15. & 16. l. qui fundum, ff. locati, & Nicolant. tract. de pignor. in 1. memb. 2. p. num. 6. cum sequentibus, & dicam inferius in ver. emptio, nu. 4. sed Innoc. præcipuè in cap. propter sterilitatem, de loc. & cõd. nu. 2. dicit primo de vastatione inimicorum, Secundò de inundatione fluminis insolita, Tertio, de terremotu, Quarto de incursu hostium corrumpentis fructus, Quinto de lasciuia exercitus transeuntis, sed non per incenditum. Iason in l. 1. numero 13. & 33. de iure emphyt.

Tertio, colonus multis alijs modis potest expelli quam ob non solutam pensionem, Rodoan.

doan.tract.de reb.Eccl.non alien. q.79.c.5.num.12.& cap.6.fere per totum.

Quarto, quando debeat præferri nouo colono colonus antiquus, vide in versi. ius congrui, & Tiraq.de vtroq; retract §.1.glos.18.nu.6. & Afflict.decis.238.vbi dicit, sic fuisse decisum in facto in Sa.Regio, Consil.Neapoli.secus vero in inquilino; & an possit incidere arbores grandes, & fructiferas, & idem in vsufructuario emphyteuta, uide Tiraquel.de retract.conuent.§.3.glos.1.num.22.vbi negatiuè tenet ex communi sententia, sed distingue, prout ibi, nu.21.

Quinto, colonus expulsus ob deteriorationem, perdit melioramenta, idem ibidem cap.6.num.21.

Sexto, colono non expulso non acquiritur possessio, & hoc facit pro caducitate, l.peregre, §.quib.ff.de acqui.possess.Caputaq.decis.182.p.3.

Septimo, an si ego locaui domum meam alicui, & postea vendo vsufructum illius alteri, possit vsufructuarius expellere conductorem, respondetur quod sic; Cap.Tolos.q.420.& idem in colono addit.ibi.

Confraternitas, seu Societas spiritualis.

AN liceat recipi aliquid a confratribus introeuntibus ad dictas confraternitates? respondetur affirmatiuè, modo iusta causa fiat, vt pro alendis pauperibus, vel huiusmodi, Syluest.in ver.Confraternitas.

Secundò, cōtrouersiæ quæ passim oriri solent inter confraternitates de prædecentia, determinari debent iuxta formam Bullæ Greg.XIII.quæ est 13. fol.1323.& vide inferius in uer.processiones, §.3.

Tertio, Confraternitates, seu collegia Laicorum, coram quo Iudice comparere teneantur, vide Vinc.de Anna Singul.90.

Quartò vt confraternitates istæ non dicantur Laicales, requiritur Primò, vt habeat Hospitale cum campanili, & campana, & ibi celebrentur Missæ, & tunc sunt subiectæ Episcopo, qui est locus pius de iure Caputaq.dec.328.p.1.vide in ver.Hospitale, dub.1. Nauar.cons.3.de for.copet.

Dimissoriæ ad ordines Ecclesiasticos.

DIMISSORIAE commendatitiæ, seu testimoniales Ordinariorū sunt necessariæ ad ordines Ecclesiasticos suscipiēdos, ita Sac.Conc.Ses.23.c.8.in fine, de reforma. & si secus fiat, ipse Episcopus ordinans est suspensus per annum a collatione ordinū, & ipse ordinatus est suspensus ab executione susceptorum, quousq; videbitur suo ordinario, Nauar. c.25.nu.70.notab.5.c.nullus, de temp. ordin. lib.6.c.primates, 71.dist. Bulla Pij II.quæ incipit, Ex sacrorum, vbi etiam ponitur, quod per hoc possit sic ordinatus priuari beneficijs, Syluest.ver.Irregularitas, num.12.in fi.Sot.4.Sent.d.25.q.1. art.3.Sylua.tra.de benef.4.par.q.7.num.8.ver.3.Diaz pract.crim.can.c.22.vbi etiam dicit, quod idem censeri debet, si ante ætatem, uel extra tempora, uel sine titulo; Ex hac conclusione oriuntur multa dubia.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit iste Ordinarius, a quo iste ordinandus debeat habere istas litteras dimissoriales.*
2 *An hoc Decretum etiam locum habeat in ordinib. minoribus.*
3 *An cum sic ordinato possit dispensari ab Episcopo.*
4 *An durante suspensione in illo, qui ante ætatem, postea ueniente requisita etate, indigeat dispensatione, si interim non administrauerit.*
5 *Quomodo fieri debeant istæ litteræ dimissoriales.*

6 *Quan-*

6 *Quando amittuntur, seu deperduntur istę litterę, quomodo probari possint Episcopo, cui aliquis ordinandus mittitur.*
7 *Quid dandum, siue soluendum sit pro ipsis.*
8 *An vetustiores, vel recentiores debeant esse.*
9 *Quando expirent morte concedentis.*
10 *Quando Ordinarius esset suspensus, excommunicatus, vel interdictus, a quo Clerici debeant habere has litteras.*
11 *An pro pręsentatione dimissorialium Notario Episcopi sit aliquid soluendum, uel Secretario.*

AD PRIMVM Glos. in c. primatus, in ver. attineant, 71. dist. dicit posse haberi ab Ordinario domicilij, quod potest intelligi duobus modis. Primò, si quis trastulit domicilium ab Vrbe Romana ad Mediolan. & ibi moratus fuerit etiam decem annos, quòd non videtur posse ordinarium Mediolan. dare istas litteras; Ratio est, quia istæ litteræ debent esse testimoniales, de probitate morum, sufficientia, & natalibus, quòd non posset Mediolanensis Ordinarius facere, & ita memini Illustrissimum, & Sanctæ memoriæ Cardinalem Borromeum Archiepiscopum Mediolanens. noluisse dare has litteras cuidam Clerico Mediolanensi, qui per aliquot annos moram traxerat Neapoli, nisi prius ab Archiepiscopo Neapolitano habuisset approbationem de eius probitate; Secundo, si quis à teneris annis transtulerit domicilium aliquò, ibique cōmoratus esset per multum temporis, & est persona cognita, quod tunc bene diceret glos. prædicta; Ratio est, nam magis cognitus est in loco domicilij, quam in loco originis, cap. nullus, de temp. ordin. libro 6. dicit ab Episcopo originis, domicilij, & beneficii, hic textus quo ad domicilium debet intelligi, prout glos. superior, quod etiam abnuit glos. in d. cap. nullus, in ver. domicilium; Quo verò ad Episcopum beneficij, nō potest stare, si in loco beneficij non fuerit prout dixi in intellectu glossæ propter eandem rationem, potest enim habere quis beneficium in aliqua Diœcesi, ibique commoratum fuisse per aliquod tempus, & Episcopus illius loci ignorare natalia, mores, & alia huiusmodi, etiam si hoc esset beneficium, ad cuius titulum ille vellet promoueri, quia hoc etiam pertinet ad Ordinarium originis, nisi esset beneficium Curatum vel Canonicatus, vel qualificatum, vel requirens residentiam, quia tunc posset, quia est verè subditus ipsi. Dices Concilium Sess. 23. cap. 9. requirit in familiare trienniū, & beneficium, si sufficit beneficium, cur est opus triennio? Respondetur, vel quādo beneficium esset tenue, vel quando vellet eum ordinare rōne familiaritatis: sed quando vellet eum ordinare ratione beneficij, requiritur, vel quod beneficium sit qualificatum, vel quod sit sufficiens, & tunc statim facta collatione potest eum ordinare absque expectatione triennij, nam in hoc adsūt iura vulgata, & Nauar. cons. 15. 18. & alijs, de temp. ordin. docet quod ratione beneficii possit Episcopus ordinare suum beneficiatum, glos. in capitulo Statutum, in §. cum vero, in ver. vnam dietā, de Rescript. lib. 6. dicit hoc posse ordinarium originis, & domicilij, per textum, in c. nullus, vbi supra; quòd uebet intelligi, prout supra. Sit Conclusio, ego censerem, nullum Ordinarium posse dare has litteras, nisi originis, vel domicilij translati a teneris annis, vbi habitasset vsque ad tempus promotionis: ad hoc moueor, Primò per capitulū 5. ead. Sess. vbi dicit, debere publice in Ecclesia proponi desiderium illius, qui debet promoueri, & parochus post captam informationem diligenter à fide dignis, de natalibus, ętate, & moribus, eam mittere ad Episcopum; sed quomodo hoc poterit fieri in loco domicilij, vel beneficii, si ibi fuerit per breue tempus; Rebuf. vbi supra, fol. decimooctauo, & decimonono; nec obstat Primo, quod quis per decem annos efficiatur ciuis alicuius loci, in lege secunda, C. de incol. libro 10. quia ibi agitur de priuilegiis, tem-

temporalium. Nec secundo obstat cap.9.ead.Sess. vbi habetur, Episcopum posse ordinare suum familiarem, si per triennium secum fuerit commoratus, quia debet intelligi, seruatis seruandis.i.quod quamuis hoc posset sine dimissorialibus Episcopi originis illius familiaris, tamen quod debeat multum bene se informare, & seruare ea omnia, quæ continentur in d.cap.5. iuxta illud D.Pau.ad Timoth. Nemini citius manus imponas. Rebuf.tit.de Cler. & a qui.& quom.creent.nu.24. Secundò, moueor per c.13.ea.Sess.vbi dicitur, quod debeat habere bonum testimonium; Tertio, moueor per c.8.ibidem, vbi dicitur, quod eius probitas, ac mores, Ordinarij sui testimonio commendētur, quod non potest fieri nisi vt sup.Rebuf.de litt.dimiss.n.6. Nec obstat, quod beneficiatus ratione beneficii efficiatur ciuis donec ibi tenet beneficium, Boer.Dec.260.n.20. quia hoc valet, quo ad alia priuilegia quib.potest vti, vt ciuis. Moueor Quarto, per ea quæ dicit Boer.Decis.13.nu.3. quod domicilium sui originis non potest quis per mille annos mutare, nec illi renunciare, ergo semper præualet, quamuis alibi diu habitauerit, vide Innoc.in c.1.n.2 de cleri.pereg.vide omnino Abb. in c. fraternitati, nu.2.& 3.de Cler. non resid. Quintò verum in Archiepiscopali curia Neapolitana audiui, & vidi concedi has litteras habentibus tria requisita copulatiue, Primum, vt habeant domicilium ibi à multo tempore, (qd sufficit per 10.annos, prout dictum est sup.) Secundum, vt in aliis actibus sæpe declararint se velle habitare ibi, & non habere animum reuertendi ad locum originis inhabitandum; Tertiū, vt oīa bona sua, quæ in loco originis habebant, Neapolim transtulerint, vel maiorem, vel dimidiam partem illorum, & ꝑ informatione capiēda de natalibus, poterunt vocari testes a loco originis, ad locum domicilii, cū ibi sint magis noti, q̄ in loco originis, & hoc potest stare, cū nō repugnet Sac.Conc.& sit cōforme iurib.& doctrinis allegatis; Similiter de dimissoriis pro celebratiōe Missarum, & aliis Sacramētis administrādis; Sexto, similiter hoc anno 1592. audiui quod an D.Reuerendissimo Epō, fuisse cōcessas dimissorias ad ordines Ecclesiasticos cuidā Hispano, cui soli harum cōtemplatione prius cōtulerat quoddā ecclesiasticū bñficiū, sed nescio quo iure, nisi p supius dicta. & Innoc.in c.ex par.n.1.de foro.cōp.dicit, q̄ si quis hēt magnā partē suorū bonorū alicubi, ibi dr̄ habere domiciliū. Hoc idē confirmat Caputaq.dec.8.par.2.& sic dicit fuisse Romæ decisum prima die Iulii 1551. Facit qd notat Host.in Sum.ti.de tēp.ordin.§.& a quo, nu.5. Facit quod notat Nauar.quod Regularis eiectus a Monasterio, & priuatus habitu, tenetur stare sub obedientia Episcopi originis, & assignat rationem; quia domiciliū originis est immutabile, l.assumptio, ff.ad municip.Nauar.in c.non dicatis 12.q.1.nu.34.& Clarus in pract.cri.q.39.ver.quæro aunquid.dicit, ibi proprie dicēs aliquē habere domicilium, vbi habet familiam, & maiorem partem bonorum, Præterea idem Nauar.in cons.2.de temp.ord.dicit, qd si quis per quācūq; modicā habitatiōnē in aliquo loco hēt aīum ibi pmanēdi, pōt ad sacros ordines pmoueri ab Ordinario illius loci, vel ab alio de licētia ipsius Ordinarii domicilii, & idē cōs.3.& cōs 4.de cōstit.& licet hæc vera sint, tamen tu consule quæ dicentur in 2.p.uers.dimissoriæ, §.2.& in 3.p.ver.dimissoriæ, initio, vbi habebitur, posse quem promoueri ab Episcopo originis suę uel patris.uel de licentia eiusdem Episcopi, & sufficit quod sit oriundus, & nō natus, & sic etiam ratione beneficii.

An aūt Abbates possint dare has literas, rñdetur q nō, prout dixi supra, in ver. Abbates.

AD SECVNDVM Videtur q sic, Primo, quia par ratio est, nā Conc. loquitur gñaliter, in d.c.in ver.vnusquisque aūt à proprio epō ordinetur, quod si quis ab alio, & c. Secūdo, quia exercēs aliquod attributū certo ordini ecclesiastico, ēt minori, efficitur irregularis, Syl.in ver.irregularitas, nu.15.§.13. Ang.in ver.irregularitas, nu.40.& ibi gl.p.multa, Ar.in ver.irregularitas, nu 70. sed hoc solū valet, si id faceret, vt clericus, & pmotus in tali ordine, puta accolitus ferens intorticia, vrceolos, & candelabra, deseruiens Missis, & huiusmodi, secus si attendat aliquod exercibile ēt per Laicos, Sor.4.Sent.d.

25.q.1.

25.q.1.ar.2.col.fi.Tabie.in ver.irregularitas,nu.4.§.3.Conc.6.tũ his non obstantibus. Conclusio est,talem non esse suspensum,ratio est:quia Cõc.in initio capitis loquitur de ordinib.sacris,vt patet intuenti.Secundo,quia hoc laiè notat Nauar.c.25.n.70.Notab.5.Rebuf.in Reg.de Cler.ad sac.ordin.malè promot.glo.3.sed solum peccaret mortaliter propter inobedientiam:ampliatur hoc,etiam si promotus esset ante ætatem requisitam ad illum ordinem minorem,prout dixi in ver.ordo.Nauar.lo.ci. sed hoc nõ excusat ordinantẽ,quin cõferendo primam tonsuram,vel minores,absque litteris dimissorijs,incurrat pœnam,de qua in c.fi.de tẽp.ord.lib.6.ita Abb.in c.3.de parochijs, hoc tamen fallit,si ordinaretur contra prohibitionem ordinantis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ,quia tũc esset excommunicatus, & irregularis,nõ quod excommunicatio tunc pariat irregularitatem,sed quòd delictum suscipiendi tunc ordines,est irregularitas,Soto sentit lo.cit ar.3.col.7.in ver.in ordinatione,Naua.lo.cit. notab.6.c.cum illorum,de sent.excom.& hoc passim solet fieri in ordinationibus,prout in pontificali,si verò non fieret ordinatio sub pœna excommunicationis latæ sententiæ tunc non esset suspensus,Conc.lo.cit.in vlt.Rebuf.loc.cit.Sed si bene inspiciatur Sacrum Concilium in dicto ca.8.nullam facit distinctionem ordinum sacrorum, & minorum,& sic in omnibus ordinibus currit ead pœna. Iuxta cap.fi.de temp.ord. lib.6.vbi se fiendat Sacrum conc.Trid.& Gemin.in c.1.eod tit.lib.6.vers.3.nota,dicit, quod appellatione Sacrorum ordinum,largè comprehenduntur,etiam minores,tam in dante,quam in prima tonsura Glos.in c.eos qui,in ver.ordinaria & Gemi.ibi, lo. cit.sed hoc de prima tonsura,transit cum canonistis,tenentibus eam esse ordinem,secùs uerò cum theologis,asserentibus,non esse ordinem,sed dispositionem, cum quibus ego facilè sentio,cum simus in pœnalib.c.odia,de reg. Iur.lib.6.

AD TERTIVM Videtur,quod si vtatur eo ordine,solus Papa dispensat.Nauar. & Sot. vbi supra,colum.penult.sed hoc non obstante,contrarium est verius, quia si occultus,potest Episcopus dispensare,per cap.6. Sess. 24. de reform.Conc.Triden.Sylua 4. p.q.7.nu.8.ver.3.ex Gemin.c.2.co.3.de temp.ord.lib.6.& tex.ibi Clarus,& gl.in ver. manifestè,Abb.in c.vel non est compos,de temp.ord.Host.in Sum.tit.de temp ord.§. & qualitas,nu.34.& tit.de æta.& qualit.§.ætas, imo etiam si esset publicus stante necessitate,Host.vbi supra,sed Nauar.cons.16.de temp.ordin.dicit,quod ordinatus absque dimissorijs,si ad presbyteratus ordinem solum recipiens illum, si ad alios sacros, eosq; exercens,indiget dispensatione à Datario;ratio sua est;quia nõ videtur irregularitas occulta,sed publica:& dat rationem,quam videas,cons.26.ibidem,quia ex lectura ipsarum dimissorialium patet publicitas,tamen ego censerem oppositum , quod posset Episcopus,quia publicitas non dicitur,nisi sciatur à multis, & potest esse quod dimissoriæ ab vno vel duobus sciantur,& sic non pariunt publicitatem.

AD QVARTVM, Sunt notanda quinque. Primum si hoc facit scienter.i.quia sciebat se nõ habere ætatem,seu litteras dimissoriales, vel nõ possidere patrimonium,& sciebat prohibitionem.i.quod si susciperet ordines sacros sine his,esset suspensus, & incurreret irregularitatem,dico quod si nõ exercuit ordinem , ab Episcopo potest absolui,& hoc est cõe,Nauar.loc.cit.& Sot.Secundum si verò exercuit,sed est occultũ, Episcopus etiam potest dispensare, & absoluere, quicquid dicat Nauar. ibidem: ratio,quia c.6.conc.cit.loquitur de omni irregularitate occulta, & excipit. Tertium si sciebat,se non habere ætatem,vel alia requisita,sed ignorabat prohibitionem, & postea bona fide,& candida simplicitate exercuit ordinem, existimans id sibi licere, tũ anteq̃ exercuisset egerit pęnitentiam de illo peccato,dico quod tunc non est opus absolutione,nec dispensatione,Couar.in Clem.si furiosus, 1.p.§.1.nu.4.c Apostolicę sedis,de cler.excommu.minist.Couar.in c.alma mater, §.6.nu.9.1. par.de sent.excom. lib.7.Naua.c.27.nu.156.notab.3.Quartum si tempore ordinationis ignorabat se nõ habere req̃sita pdicta,si non exercuit interĩ,sed expectauit vsq; ad ætatẽ req̃sitã,dico

quod

quòd iúc ea adueniente, non indiget absolutione, nec dispensatione, Coua. lo. cit. & Nauar. num. 155. notab. 2. Syluest. in uers. irregularitas, nu. 15. §. 13. uer. quintum, Ratio est, quia suspensio currit vsque ad tempus completum, Sot. lo. cit. in fin. glos. in Clemen. vnica, in fine, de ætat. & qual. Syluest. in uer. ætas, nu. 1. Couar. de spon sal. 2. par. c. 6. nu 16. in Cle. 1. in uer. donec, de decim. Nauar. lo. cit. nume. 161. notab. 4. Abb. loco cita. imo forteassis per istas doctrinas possit dici idem de eo, qui sciens ordinatus est sine illis requisitis, & non exercuerit ordinem quousque veniret tempus completum, & haberet requisita, & hoc præcisè loquendo, sed si poneretur latæ sententiæ, prout dixi supra, incurreret irregularitatem, Tabie. in uer. suspensio, nu. 10. §. 9. Syluest. in uer. irregularitas numero 4. §. 2. per cap. 1. de eo, qui fur. ordin. suscep. & c. cum illorum, de senten. excom. hoc habet Rebuf. tit. de cler. ad sac. ord. ma. prom. glo. 2. num. 8. vbi dicit, quod est suspensus ab executione ordinis vsq; ad ętatem legitimam, ca. non est cōpos, de temp. ordin. & c. dilectus, de ætate & quali. c. 1. de cler. per salt. prom. Soto 4. Sent. dist. 25. q. 1. art. 2. iuxta finem, ponit suspensionem vsque quod attigerit ætatem legitimam, ergo ea adueniente, non est opus absolutione, cum id sit regulare in suspensione temporanea, gl. in Clem. 1. in ver. donec, de decimis, Nauar. in c. 27. nu. 161. Syluc. in uer. suspensio, §. 8. cum aliis vulgatis, tamen tutius videtur, si petant absolutionem antequam ministrent, etiam habita ætate requisita, nam ita respondit Sac. Congreg. in facto pro Ecclesia Bononiensi Declarat. 527. in meis, in hæc verba, Quo ad promotos ante ætatem, visum est posse cōcedi facultatem domino visitatori dispensandi in hac cū huiusmodi promotis, cū ad ętatem legitimam peruenerint, & illos arbitrio suo ad tempus suspendere, licet posset dici, quod tunc casus erat publicus, ut patet ex lectura dictæ Declarationis, & quod exercuerint ante ætatem, quia vtitur verbo dispensationis, tu tamen elige tutius. & Nauar. in c. nouit, de iudic. in 8. opposit. num. 33. & infrà dicit, quod si quis temerariè suscipit ordines, id est sciens se illegitime illos sumere, sed bona fide facta pœnitentia illius malæ susceptionis, putans id sibi licere, in eis ministrauerit, non effici irregularē, quia irregularitas non incurritur sine contemptu. Vide Gemin. in cap. ex eo, uer. si. posset, de elec. lib. 6. ubi dicit recipientem ordinem sacrum ante ætatem, suspendi usque ad ætatem legitimā & habet vocem in Capitulo, idem Zabarella, in Clem. 3. de æta. & quali. Quintum si nō sciebat se esse in ætate legitima, vel non haberet requisita, & suscepit ordines bona fide, & habita scientia de hoc, exercet ordinem, non est irregularis, sed peccat mortaliter, toties, quoties exercuerit, donec adueniat ætas legitima, Ratio est, quia censura non retro trahitur. Nauar. c. 27. num. 172. Notab. 10. Couar. in c. Alma mater, §. 10. nu. 6. c. licet, de sent. excomm. lib. 6. Secundò, quia nec tunc ille incurrit censuram aliquam, quando excusabat ignorantia probabilis, & censura nō incurritur sine peccato mortali, c. nullus, 11. q. 3. ergo, nec irregularis, ergo nec est opus absolutione, vel dispensatione, dixi committere peccatum mortale, quia mox sciens prohibitionem de non exercendo ordinem ante ætatem requisitam, facit contra iura, quod debent animaduertere ipsi ordinati, ad auferendum scrupulos, an in ipsa promotione Episcopus ordinator præmittat excommunicationem latæ sententiæ, vel comminatoriæ, nam si primum, incurrunt irregularitatem, si alterum, solum peccatum mortale.

AD QVINTVM Dico, quod in litteris dimissoriis ista debent exprimi necessario, præter alia, quæ solent admisceri, secundum uarios Curiarum ritus, diuersasque minutas. Primum ut a quocunque Catholico Episcopo, gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habente ad hoc, nec sit Episcopus ordinator hæreticus, vel Schismaticus, uel Præcisus aliqua Censura, seu pœna ecclesiastica innodatus, uel quod renuntiauerit, capit. ego enim, de iureiur. & per titulos, ut patet apud omnes Scribentes, Nauarrus capitulo vigesimoquinto, numero sexagesimonono, Notab. tertio, Glossa in capitu. cum nullus, in uersic. Episcopo, de temp. ordin. lib. 6. text. in c. Veniens, de præscript. & Gemin. in d. cap. Cum nullus.

H Secundum,

Secundum, vt a quocunque, quia si diceretur a tali Episcopo singulariter, & ille non posset ordinare, sed faceret tenere ordinationes ab alio Episcopo in sua Cathedrali, vel Diœcesi, tunc ille Episcopus non posset ordinare, nisi personas subiectas illi ordinario, in cuius Diœcesi, & de cuius licentia tenet ordinationes, & sic intelligunt cap. 5. sess. 6. Concil. Triden. de refor. ad hoc, ne contradicat c. 11. Sess. 7. de refor. & sic censuit Sac. Congreg. Declarat. in meis, num. 2. & Rebuf. de litt. dimiss. num. 2.

Tertium, vt exprimatur causa quare a suo Episcopo non posset quis promoueri, Sess. 7. ca. 11. de reform. vt habentibus legitimam causam in literis exprimendam, Gemin in ca. 1. circa initium, de temp. ordin. lib. 6. not. 5. causa vero est ægritudo, vt in cap. 3. Sess. 23. de reform. & appellatione impedimenti ægritudinis, veniunt omnia iusta, & legitima impedimenta, Phil. Franc. in c. vnico, de Cler. non resid. libro 6. Rebuf. de for. litt. dimiss. numero 28.

Quartum, vt ponatur ordinandum esse idoneum, & habilem præuio examine repertum quia secus litteræ non valerent, Conc. Trid. Sess. 23. de refor. vbi dicit, subditos suos non aliter, quam iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant, hinc nota, quod in nonnullis dimissoriis inuenies, suam conscientiam exonerantes, & hoc est superfluum, aliquando, suam conscientiam onerantes, & ideo sunt reiiciendæ huiusmodi dimissoriæ, cum sint contra formam Concilii, & licet sint approbati a suis Ordinariis in dimissoriis, tamen possunt & debent iterum examinari ab Episcopo ordinante, Sac. Concil. Trid. Sess. 7. ca. 2. de refor. in fine, vbi loquens de Episcopo ordinante alienos subditos, dicit, & diligenti præuio examine, & hoc obseruatur ab omnibus doctis & pijs Episcopis, licet multi hoc perperam intelligant cum magno detrimento earum conscientiarum & damnatione ordinatorum.

Quintum, vt ponatur titulus, ad quem promouetur, quod potest esse, vel beneficium, uel pensio, vel patrimonium in clericis sæcularibus, vel professio in regularibus, Concil. Trid. Sess. 21. cap. 2. de refor. Abb. in cap. non liceat, num. 3. de preben. Sexto, si Vicarius generalis vellet dare has dimissorias, residente Episcopo in Diœcesi vel Archiepiscopo in prouincia, debet exprimere in dimissoriis, se habere dictam auctoritatem specialiter, c. nullus, de temp. ordin. lib. 6. Rebuff. in for. Vicar. nu. 47. nisi Episcopus esset in remotis, quia tunc posset absque specialiter. Rebuf. lo. cit. nu. 48. & tunc posset vti his uerbis, iuxta auctoritatem seu potestatem nobis desuper specialiter concessam. tex. Gl. & etiam Gemin. in d. c. cum nullus.

Septimo, nota, quod solum in dimissoriis ad ordines Subdiaconatus est necessario exprimendus titulus ad quem ille promoueri desiderat non in Diaconatus, & Presbyteratus dimissorijs; ita in Pontificali, vbi quando vocantur Subdiaconi solum ponitur titulus ad quem; facit quod dixi inferius, in ver. designatio, §. 3. dub. 3. & in ver. clericus, numero 7. Conclu. 7. & Bul. Pij V. quæ est 11. fol. 99. & Host. in summa, tit. de Rescrip. nu. 24. iuxta finem. Et si duas, de stylo Curiæ Romanæ, ponitur etiam titulus in Diaconatu & presbyteratu, vt apparet in Bullis, quas vidi impetrari a quibusdam, vt possint promoueri, vel extra tempora, vel non seruatis interstitijs, ex feruore deuotionis, vt aiunt? Respondetur primò, quod si Papa dat dictas Bullas ad omnes tres ordines sacros, explicat titulum in primo ordine sacro, nempe, Subdiaconatu præsupponens illum nō posse renunciari ab ordinario per Decretum Sacri Concilij Tridentini, ob bullam Pij V. sed si dat Bullas solum ad Diaconatum, vel Presbyteratum, simul explicat titulum, quia fortassis summus Pontifex dubitat illum habere titulum, vel si habebat, forsitan illum dimisisset, & ideo hoc explicat, uel quod sit sufficiens, id uero quod nos dicimus, intelligitur, quando quis promouetur a suo Ordinario, qui iam scit illum habere titulum tunc enim sufficit illum adnotare in Subdiaconatu.

Hic est primum dubium, in nonnullis religionibus reperiuntur pauca vel nulla beneficia, vel pensiones, ad quarum titulum possent promoueri clerici, & adeo pauperes, carentes.

rentes patrimonio, an isti possint promoueri ad titulum Ecclesiarum receptiuarum, & videtur quod non, per d. cap. allegatum, vbi sup. ubi in secularibus clericis solum beneficium vel pensio, vel patrimonium, & in Regularibus professio deberet esse pro titulo, nonnulli dicunt, ad titulum paupertatis, urget etiam Bulla Pij V. tamen conclusio est, posse ordinari istos ad titulum Ecclesiæ receptiuæ, habetur ex c. neminem, 70. dist. & ibi glos. & Conc. Trid. lo. cit. cap. 16. de reform. ubi dicitur. Inhærendo decreto Conc. Calcedonés. nullus in posterum ordinetur, quod illi Ecclesiæ, vel pio loco, pro cuius necessitate, aut utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus, & infra, & quæ dicantur Ecclesiæ receptiuæ, vide Sess. 23. c. 8. de refor. præterea, adest practica, quia sic uidi practicari, & practicaui etiam dum essem Vicarius uide Panorm. in c. postulasti, nu. 2. & 3. de iure patron.

Secundum dubium, est aliquis Clericus, qui vult promoueri ad sac. ordines, non habens sufficiens patrimonium, nec portio sibi contingens ab Ecclesia, sufficit, sed vtraque iuncta simul sufficerent, an possit ad hunc titulum clericus ille promoueri & videbatur quod non, quia Conc. Sess. 21. c. 2. de refor. dicit, quod beneficium Ecclesiasticum déat sufficere honeste ad victum, & patrimonium, vbi pensionem debere esse satis ad vitam sustentandam, tamen non obstante, contrarium est verius. Ratio, quia intentio Concilii est, ut Clericis sic promotus, habeat sufficientem victum, ad hoc, ne cogatur cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum quæstum aliquem exercere, capit. Diaconi, in ver. nunc autem, 93. dist. & in c. Episcopus, & ibi gl. in ver. subsidium, & cap. tuis, & ibi gl. in ver. patrimonialibus, de præb. facit, quod in d. c. 2. dicitur, quod ille, qui est promotus ad titulum beneficij, non potest illi resignare, nisi constito, quod aliunde viuere cómodè possit, ergo attenditur commoditas viuendi, & non tantum vnitas tituli: accedit, quod si in aliqua terra, vel oppido esset paupercula Ecclesia, non habens sufficientem portionem pro titulo, & clericus haberet non adeo sufficiens patrimonium, quod non possit promoueri, & sic plebs remaneret sine Sacerdote, & Ecclesia sine ministro, quod non est dicendum. Facit cap. Clericus victum, 91. distin. vbi permittitur clericum exercere aliquod artificiolum sine detrimento officij sui, quod est D. Hier. in lib. de seq. ordi. Eccl. capitulo quinto. Facit quod duo vincula magis ligant, & quod duo insufficientia faciunt vnum sufficiens, & quod Concil. requirit titulum, & hic habet titulum compactum ex duobus, & medium, ut habetur ex Philoso. quinto Physic. sapit naturam extremorum, & medium est sua extrema, facit quod notat Tiraquel. de utroque retract. titu. primo, §. 30. gl. 3. num. 30. Isern. in rebus, quæ sint regalia, num. 1. sed petet quis, ad quem tit. istum promouendum fore ponetur in dimissorijs? Dico ad tit. Ecclesiæ, arg. cap. unico, de iure patron. lib. 6. vbi dignus trahit ad se minus dignum, Sylua. 3. par. q. 11. nume. 17. & numero 18. Staph. de lit. grat. fol. 94. num. 3. Gimont. de expectat. fol. 395. num. 18. & c. per tuas, de arbit.

Tertium dubium, quid agendum, quando nec Clericus habet patrimonium, nec adest portio beneficij, seu Ecclesiæ recepturæ? Respondetur Primò, quod non esset ordinandus, per iura superius allegata, & Doctor. dices, ergo populi stabunt sine Sacerdote? Respondetur, quod tunc temporis erit practicanda doctrina Concil. Sess. 24. capitu. decimotertio, in uer. in parochialibus, de reformat. ubi dicitur, quod uel per primitiarum, uel decimarum assignationes, aut per parochianorum symbola, ac collectas, aut aliqua commodiori, quæ Episcopo uidebitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochi dictu decernitur sufficiat, quod iure diuino, & naturali, nedum humano fieri; potest, & debet, Couar. libro primo, variarum resolut. capitu. 17. numero tertio, D. Thom. 22. quæst. 87. artic. 1. & 7. in corpore, & ad primum Turrecrem. in cap. omnis Christianus, de consecrat. distin. prima, & ibi glo. in uer. vacuus, Syluan. loco cit. prima par. q. 5. num. 168. idem statuit de reparatione Ecclesiæ Sac. Conc. Trid. Sess. 21. c. 7. de reform. & c. 1. de Eccles. ædific.

Quartum dubium, de quantitate patrimonij ad cuius titulum quis possit promoueri? Respondetur Primò, iuxta qualitatem personarum, argumento cap. de multa, de præb. Secundò, quod alibi 36. ducatorum de regno, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus; pro quo faciunt quæ dixi in ver. beneficium. §. 8. Concl. 8. Tertiò, quod non potest dari certa Regula, quia hoc arbitrio Ordinarij committitur, nam alibi 24. alibi, 18. ducatorum vidi assignari. Sed clariori praxi accessit nuper Declaratio Sac. Congreg. qua fertur, ipsum censuisse, sufficere vigintiquinque ducatos de Regno, pro titulo ad sacros ordines, prout audiui fuisse rescriptum ab Illustrissimo Cardinale Montiselpari ordinis Eremitarum Sancti Augustini, ad Reuerendissimum Archiepiscopum Amalphitanum, anno elapso 1599. quod mea quidem sententia potest intelligi, in infima consideratione, nam in hoc casu etiam debet dari sua latitudo, seu sphęra actiuitatis, prout dixi, in ver. pretium, & facit dictum cap. de multa, de præb.

AD SEXTVM Quia multoties deperduntur dimissoriæ, vel Bullæ, quid agendum? Respondetur quod de Bullis, vide in ver. Bullę vbi dicitur, quod per alia argumenta, per inditia, & testes possint probari, cap. 2. & 3. de Cler. pereg. gl. in c. nullus, 98. dist. Guid. Papæ, q. 445. & 479. De dimissorijs verò dicerem, quod non ita facile testibus credendum esset, ratio diuersitatis est, quia multa facta tenent, & c. & turpius eijcitur, quam nô admittitur hospes, maximè quando sumus in terris vicinis, vt in Italia, quia possunt mittere ad suum Ordinarium, vt alias habeat; si verò essent alienigenæ, magis verendum, cap. Afros, de Cler. pereg. si esset persona, quæ probaret testibus idoneis de tenore dimissorialium, puta de idoneitate, probitate, titulo, & aliis requisitis, & fortasis expiraret in illa ordinatione annus, cap. licet Canon, de elec. lib. 6. vel aliqua alia vrgens necessitas, quod tunc stante hac probatione, sufficienter posset promoueri, per iura superius allegata, & per rationem glossæ in d. cap. nullus, quod magis credendum est voci viuæ, quã mortuæ, glo. in cap. testes, 4. quæst. 2. ca. cum Ioannes, in versic. porrò, & ibi gloss. in uer. quodlibet Instrumentum, de fide instrum. Couar. pract. quæst. c. 20. num. 6. Conclusio. prima, decis. Rot. 5. de offic. ordin. in nouis. vide Syluest. in ver. Peregrinus, in fine, cap. cum olim, de priuil. quamuis ad tex. c. licet Canon, possit dici, quod omissis dimissorialibus sine dolo, vel malitia, tunc non curreret tempus, tanquam legitimè impedito, capit. commissa, in 2. responso, & in d. cap. licet Canon, in versic. ptiuatus, circa vltimum. Rebuf. in for. lit. pri. tons. nu. 23.

AD SEPTIMVM Nec pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque causa, etiam spontè oblatum Episcopi, & alij locorum Ordinarii collatores, aut eorum ministri, quouis prætextu aliquid accipiant. Notarii uerò in his tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissoriis aut testimonialibus, decimam partem vnius auri tantum accipere possunt, dummodo eis nullum salarium sit constitutũ, pro officio exercendo, prout in Concil. Trid. Sess. 21. c. 1. de refor. ex quib. elicio hæc; Primum, quòd quando in dimissorialibus datur facultas ad quatuor minores, quia singulæ faciunt unum, non potest accipi, nisi decima pars, & non quatuor partes, quia attenditur singularitates litterarũ, & non pluralitas ordinum, & attenditur qualitas laborum, & non ordinis, Syluest. in ver. Symonia, nu. 8. §. 8. ver. quintum. Secundum, secus quando pro pluribus ordinandis in vnis litteris dimissorialib. scriberetur; ratio est, quia tunc plures sigillatim conferuntur, & sic vidi practicari. Tertium, quia iuxta quorundam Diœcesim optimam consuetudinem, quando quis promoueri vult ad sacros ordines, fiunt ab Ordinario litterę commissoriales parocho de informatione capienda, prout in c. 5. Sess. 23. de refor. dico, quod pro istis litteris commissorialib. potest capi decima pars prædicta, & pro litteris dimissorialib. altera decima pars, hæc patent, quia Conc. d. c. 1. loquitur de singulis dimissoriis, & testimonialib. præsupposito, quod dimissoriæ sint necessariæ, si ille Ordinarius ad alium Episcopum suum ordinandum mittat.

Quartò

Quarto, quod decima pars vnius aurei debet æstimari, secundum locorum diuersos utendi modos computandi pecuniam, ut in Regno Neapol. vnus Carlenus, qui est decima pars vnius Ducati, & non more Romano, vt sit scutum de camera, vel auri in auro, hæc patent, quia Conc. Oecumenicum est. i. vniuersale, & non coarctatur consuetudini vnius loci; Facit ad hoc Regu. cancel. de exprimendo valore beneficiorum, & ibi Gom. in præfat. vbi Romanus Pontifex se accomodat monetæ, & pecuniæ valoribus diuersarum regionum. Facit quod notat Couar. tract. de numinism. §. 1. & secundo, & c. qui subdiaconum, 17. q. 4. & c. conquerente, de offic. ordin. hoc dixerim pro nonnullis locorum Ordinariis, quia nimium adamussim hoc intelligentes, Aureum taxatum, seu nominatum a Sac. Conc. pro tredecim carlenis de Regno esse computandum, & pro rata tantum faciunt soluere contra intentionem concilii, & bonarum Diœcesum ritum, & vsum, & quod dixi de Dimissoriis, idem de Bullis, quia iste dicuntur testimoniales. Syluest. in ver. peregrinus, in fin. & Hostiens. in Sum. tit. de offi. ordin. §. sunt autem quædam, dicit, quod tam in quantitate, quam in qualitate pecuniæ est inspicienda consuetudo regionis, c. nec numerus, 10. q. 3. & Sac. congreg. pro Aureo intelligit Ducatum, ita in Declarat. 519. ubi dicit hæc uerba. Notarij pro examine testium, quartam partem Aurei seu Ducati licite accipere possint, ubi loquitur pro examine testium in dispensationibus matrimonialibus. Quintum, quod si quis dat aliquid plus, incidit in Symoniam, & non recipit ordinis executionem, cap. 1. de symo. c. si quis Episcopus, capi. placuit, 1. q. 1. & ipse sic ordinatus esset excommunicatus excommunicatione Papali, per Extraua. Pau. II. quæ incipit, Cum detestabile, in tit. de Symo. Nauar. ca. 23. Notab. 4. 5. & 6. c. 25. num. 69. Notab. 2. Syluest. in ver. Symonia, quæst. 19. & in versi. Suspensio, numero 7. D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad primum argumentum, & in hoc animaaduertant Ordinandi, quia uice accipiendi ordines, accipiunt Papalem excommunicationem.

AD OCTAVVM, Illustrissimus, & Reuerendissimus sanctæ memoriæ Carolus Boromeus, Archiepiscopus Mediolanensis, in edicto de sacra ordinatione, in §. afferent, dicit, quod non debent esse vetustiores duobus, vel tribus mensibus a die sacræ vltimæ ordinationis computandis, nisi ob absentiam superioris. Ratio est: quia si superior esset præsens, & ille haberet dimissorias veteres, vt supra, potest interim esse illum incidisse in aliquam censuram, vel aliquod canonicum impedimentum, & sic esse inhabilem ad ordinem suscipiendũ, si vero superior abesset, vel ipse ordinarius esset à longis regionibus potest accidere, & probabiliter credi, cucurrisse tantum temporis curriculum absque aliquo defectu. faciunt quod notat Nauar. consi. vnico, de cler. pereg.

AD NONVM, Illæ litteræ expirant morte concedentis, Rebuf. loco citato, numero 39. 40. & 41. si sciuit ipse ordinandus mortem concedentis, secus excusaret ignorantia, modo sit probabilis, numero 43. & 44. dicit, quod non expirat, quod satis notandum; potest facere pro hoc, capitulo gratum, et capitulo licet, de offic. deleg. vbi habetur, quod gratia morte concedentis non expirat, secus uero in odiosis, cuiusmodi non sunt istæ litteræ dimissoriales, posset circa hoc facere difficultatem cap. præsenti, de offi. leg. libro 6. et quod dicit Dyn. cap. primo. in fin. de reg. iur. lib. 6. tu tamen cogita, quia uidetur esse ratio diuersitatis. Hoc clare tenet Nau. in ca. placuit, nu. 34. de pœnit. dist. 6. ex Cardinali in Clem. fin. de elec. q. 5. et idem Nauar. ibidem, numero 162. ubi affert multa concessa non expirare morte concedentis, ut licentiam de confitendo, de studendo, ob non residentiam, de indulgentiis, de confessoribus approbatis, de conferendis beneciis, et aliis, et de Missa celebranda in domo priuata. & Notab. 31. num. 26. & idem de gratiis concessis non solum a prælatis mortuis, sed etiam de translatis, consil. 5. de Rescript. de non residendo, consil. 15. de cleric. resid. Nec litteræ salui conductus, sicut nec superius dicta expirant morte concedentis, Geminian. in capitulo quia per ambitiosa, notab. ult. de Rescript. lib. 6.

AD DECIMVM, Si Episcopus originis, vel domicilij, prout supra fuerit irretitus aliqua

censura publica, non potest dare has literas dimissorias, nec eius Vicarius, Primum probatur per capit. secundum, de tempor. ordina. libro sexto, & Rebuff. pract. benef. de for. litt. dimiss. nu. 19.

Secundum probatur per ea, quæ dixi, in uer. Vicarius, ver. 8. Summa Sacramen. tracta. de excommunic. nume. 17. secus verò si fuerit occultè præcisus, quia tunc posset exercere Iurisdictionem, & consequenter dare has litteras, dicto cap. secundo, & glo. in uer. manifeste, Innoc. in cap. executionem, de except. num. 1. & in cap. ex tuæ, de cler. non resident. num. 6. & intellige de præciso, iuxta formam Concil. Constantiens. & Bullam Martini V. prout dicam in uer. excommunicatio in causa formali, §. quibus casibus, & in gl. in capit. cum dilectus, in uer. suspensis, de consuetud. Syluest. in uer. excommunicatio. Tertium, §. 10, & 11. uide Abb. in cap. 2. num. 6. ut lit. pendent. Dices, ad quem ibunt clerici pro dimissoriis impetrandis, durante dicta suspensione, uel aliquo canonico impedimento sui Prælati: Respondetur, quod non ad Metropolitanum, quia in eos non habet iurisdictionem, nisi in causa appellationis, in capit. pastoralis, & ibi glo. de offic. ordin. sed dico, quod possent promoueri sine litteris dimissoriis sui Episcopi à vicinioribus Episcopis, prout in d. c. 2. & Rebuff. lo. cit. Nec uidetur obstare c. 3. Sess. 23. Conc. Trid. ubi habetur, unumquemque à suo Episcopo debere ordinari, quia intelligi potest, habilibus stantibus terminis.

AD VNDECIMVM, Respondetur quod non, primum quia Concilium solum loquitur de expeditione, & non de præsentatione, quod non licet alterare; secundo quia isti non sunt libelli, uel actus iudiciales, & sic vidi practicari Neapoli, ita alibi, & ipse practicaui in duobus Archiepiscopatibus.

Derogatio.

DE Clausulis derogatorijs, uide c. nonnullis, & ibi Doct. de Rescript. Gom. in ca. 1. & num. 175. de constit. lib. 6. & q. 5. super Regu. cancel. & Staph. de litt. grat. fol. 184. & ibi per multa, quando derogatur per clausulam generalem statuto iurato, uide Gomes. in d. cap. num. 186. & q. 78. de ann. poss. & hoc nota pro practica quotidiana, quando veniunt Rescripta, seu Bullę ab Vrbe. Præterea, quando Episcopus habet alternatiuam, & uacat beneficium in mense suo, impetrans nihil impetraret, nisi Papa derogaret alternatiuæ, & hoc etiam in gratiis expectatiuis, Gom. de expect. nume. 21. & cap. primo, & ca. cum ordinem, de Rescrip. quamuis Papa, seu Legatus concurrat accumulatiue cum Ordinarijs in quatuor mensibus, quos habent, uel sex, cum acceptatione alternatiuæ, prout gl. ubi supra, nume. 14. & infra, quia illud intelligitur, quando Papa scienter prouideret, & hac intentione, ut præiudicet Ordinariis, secus uerò in dubio, idem ubi supra numero 16. & ita intelligenda sunt, quæ dicit Rebuff. in tit. de deuolut. a nume. 44. & infra, & derogatio facta uniuersaliter, per uerba prægnantia, uel æquipollentia, non derogant fundationi iuris patronatus Laicorum, nisi in indiuiduo derogetur. Caputaquens. decis. 122.

Distributiones quotidianæ.

SVMMARIVM.

1 *Quid sint.*
2 *De quibus bonis capi, seu constitui debent.*
3 *Quibus debentur, & quibus non.*
4 *Quid de illis omissis fieri debeat.*
5 *Priuilegia distributionum quæ sint.*

AD

AD PRIMVM, Distributiones quotidianę, est quædam portio, compacta, seu constituta ex redditibus Ecclesiasticis, diuidenda inter seruientes actu diuinis officiis, ista Descriptio sumitur ex glos. in c. vnico, in ver. receperit, de Cler. non resid. libro 6. & ex Conc. Trid. Ses. 21. cap. 3. de refor. vbi uideto, quia ibi habes quomodo constitui debeat, uideto etiam Sess. 24. cap. 15. de reform.

AD SECVNDVM, Videto Conc. Trid. Sess. 22. cap. 3. de refor. ubi habes, ex quibus debeant constitui, & fieri, dubitatur an Episcopus possit sumere beneficia simplicia, uel aliquas præbendas pro constituendis istis distributionibus quotidianis, vel tenuibus impinguandis, & uidetur quod sic, quia Conc. lo. cit. id videtur admittere, quando dicit, ex prouentibus, quibuscunque dignitatum, personarum, & officiorum, tamen in oppositum respondetur per Sac. Congreg. declarat. 333. in hæc verba: Nec pro distributionibus quotidianis Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ auferendum est quicquam de beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralem, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ, vel beneficia extra dictam Cathedralem, vel Collegiatam existentia, essent perpetuo vnita præbendis Canonicatuum prædictarum Ecclesiarum, a quibus beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitui, & de cætero ab huiusmodi exactione abstineatur, & ita etiam fuit responsum ab eadem Sacro. Congreg. Archiepiscopo Genuensi in facto.

AD TERTIVM, Dico, Primo, qd istæ distributiones debent interessentib. diuinis officiis, hoc patet ex locis allegatis. Scdo, debentur alicui indignitate posito, & rōne illius dignitatis hēt curam aīarum extra Ciuitatem, tñ intra diocœsim, quia dum seruit ibi, hr̄ pro præsenti. Conc. lo. cit. §. qui si aliciti. Similiter, & tanto magis, si cura esset intra Ciuitatem a maiori ad minus, secus si extra Diœcesim, secus etiam, ubi aliter haberet consuetudo, Conc. lo. cit. §. hæc in iis. Tertio, Sacerdoti audienti sacras confessiones, vel ministranti alia Sacramenta intra Ecclesiam, uel extra, Conc. Sess. 24. ca. 8. in fine, de refor. Quarto, studentibus qui legitima licentia obtenta studiorum causa absunt, qui distributiones quotidianas omnes percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui & tantummodo inter eos quotidie diuidi solent, qui sacris inseruiunt, ita Sac. Declara. 239. Quid si præbendæ non sint distinctæ, sed omnia percipiuntur de communi, nec datur aliquid illis, qui non intersunt Horis Canonicis glos. in cap. licet, de præbend. in fine dicit, quod integre debeant habere istas distributiones studentes in sacra. Thelogia, habita ratione victus ordinarii, idem Hostiens. in c. de cætero, de Cler. non resid. & ibi Innocent. & de his intelligitur dicta declaratoria, alioquin esset contraria ca. licet, cum multis similibus, & ratio est, quia istę dicuntur distributiones improprie, cum potius veniant in massam communem, & in fructus beneficii, quia non actu quotidie diuiduntur, sed procurator Capituli, seu Collegii exigit illas, & sic exactas, diuidit inter Canonicos, seu Presbyteros, ita Cardin. Parisius, consil. 32. columna quarta, & in gl. in dicto c. unico, Ampliatur etiam, si iste cumulus distributionum fieret ex eleemosinis quotidianis, & in Ecclesia non essent alii fructus, seu redditus, quam ipsæ quotidianæ distributiones, Abb. in c. ult. de mag. & in c. licet, de præb. Oldradus consil. 300. num. 2. & ratio est, quia tunc studentes absentes non lucrantur distributiones quotidianas, quando sunt separatæ a fructibus beneficiis, Afflic. dec. 298. & ratio rationis est, quia tunc ipsi studentes debent esse contenti fructibus solius præbendæ distinctę. Sexto debentur infirmis, c. vni. de Cler. non resid. li. 6. non enim debet addi afflictio, afflicto Abb. in c. ad audientiā, extra, eo. ti. & hoc ampliatur, etiam si culpa sua effectus esset ægrotus vt quia fuit vulneratus, vel incidit in morbum Gallicum, Couar. lib. 3. c. 13. num. 8. §. 7. versi. resolutionum, & lib. 2. cap. 16. numero 9. §. contrariam sententiam, Franc. & Gemin. in d. c. & hoc intellige, si ægrotaret in oppido, seu terra, vbi est Ecclesia sua, Couar. ibidem, ver. 8. similiter de iniuste carcerato, si retineatur ubi est Ecclesia sua, Couar. ibidem, versiculo 11. Hoc fallit Primo, in leui infirmitate, nisi esset periculū, quod

grauaretur, si Horis Canonicis interesset, & glos. in d. cap. vnico, in versi. infirmitas, dicit, quod sit talis infirmitas, quæ excusat a celebratione diuinorum, per cap. significatum, extra, de præbend. alioquin teneretur ad restitutionem, & sic non excusaret febris quartana, nisi tunc grassaretur, quando celebrantur Horæ Canonicæ, Abb: in capitu. 1. in fine, de celeb. mis. Sac. Congreg. Declarat. 267. vide Cardin. in d. cap. ad audientiam Sylua. tract. de benef. 4. par. quæst. 6. numero 9. uersiculo 23. Innocent. Abb. & Felin. in capitulo transmissio, de rescript. Syluest. in uersiculo residentia, circa finem. Fallit Secundo, quando, dum erat sanus parum Ecclesiam frequentabat, Doc. locis cit. Secundo debentur Clerico agenti negotia Ecclesiæ, cap. ex parte, il secundo, de Cler. non resid. Couar. loco cit. §. 8. Cardin. in Clem. 2. §. primo, de ætа. & qual. licet Boer. decis. 17. num. 15. & 16. dicat, quod non lucretur eas. Octauo, debentur Clerico iniuste carcerato, excommunicato, suspenso, vel exiliato, Felyn. in capitulo Apostolicæ, numero 12. de except. Calderinus consil. 17. de præb. secus, si culpa sua, vel abesset a ciuitate causa pestis, quia tunc non gauderet perceptione illarum. Coua. vbi supra, §. 6. numero 10. 11. & 12. quod dixi de studente, fallit, quando essent distinctæ distributiones a præbenda, seu canonia, quia tunc etiam si per Vicarium deseruiret, non lucraretur eas, Couar. loco citato, numero 2. nec mortuoria siue funeralia, anniuersaria, candelæ, missæ, & huiusmodi cõmoda deberentur, sed si solum essent in Ecclesia, etiam lucrarentur ista emolumenta quotidiana, ista patent ex superius dictis & ex d. cap. unico, & glos. ibi, in versi. receperit, & in uer. manualia, & in uer. victualia, & gl. in capitulo licet, declarat, cit. quod dixi de infirmis, & studentibus gaudentibus, fallit, quando se fingunt esse infirmos, seu studentes, & non sunt tales, quia tunc tenerentur ad restitutionem, non aliis, sed iis qui horis illis diebus, in quibus illi non recitauerunt, interfuerunt, quibus accrescunt. Nauar. capitulo 25. numero 123. Notab. quarto, Dec. consil. 177. D. Ant. 3. par. titulo 10. capit. 3. §. fallit in clerico absente causa peregrinationis, etiam de licẽtia Episcopi, quia tunc percipiet solum fructus grossos. Boer. decis. 17. numero 6. vide Nauar. consil. 8. q. 10. & 11. de cler. non resident. Quando distributionus non sunt distinctæ, sed ueniunt in cõmuni, uide Gemin. in c. fi. vers. ex his infertur, de offi. ordi. lib. 6.

Quo ad secundam partem, quibus non debeantur, regula est, nullos absentes percipere posse istas quotidianas distributiones, nisi in casibus prædictis, nec si seruiat quis Summo Pontifici, ca. cum dilectus, nec si seruiat Episcopo, c. de cætero, ca. ad audientiam, de cler. non resid. ca. licet, de præb. nec si seruiat Archiepiscopo, nec Cardinali, nec Legato, nec Regi, nec Imperatori, Sylua. tract. de benef. 4. par. qõ. 6. per totam, nec excommunicatum qui etiam nec fructus beneficii facit suos, gl. in c. preter, 32. distin. Rebuf. prac. benefic. in declarat. nouæ prouis. super verba, teque, num. 18. Nec si agat negotia Ecclesiæ in aliqua Ciuitate, vt Romę, vel alibi, vel extra Ecclesiam, text. Glo. & Gemin. in capit. cum non deceat, de elect. lib. 6. sed hoc intellige de distributionibus, quæ non veniunt in massam communem, quia si solum ibi essent distributiones, huiusmodi perciperet, aliàs nullum esset priuilegium absentium ex causa legitima, Gl. ibi, in uer. exceptis.

Primum dubium; est aliquis qui gerit vicem plurium personarum, vt puta Canonici, Archidiaconi, Vicarij, &c. An possit accipere plures distributiones quotidianas, & videbatur quod sic, quia qui plurib. functionib. operatur, plures mercedes meretur iure naturæ, tamen oppositum est verius, Ant. in c. olim, de rę iud. Ratio est: quia seruit pro vno, & loco vnius habetur. Panor. allegans c. vnicum, lib. 6. Fed. consi. 110. Staph. de expect. fol. 13. nu. 5. Gom. eo. tract. nu. 54. & ratio concludens est, quia vnus miles non potest sibi plurium stipendia vendicare, c. quia nonnulli, de cler. non resid. Similiter si haberet dignitatem cum prębenda, vnam tantum distributionem accipere potest, non duas, Rebuf. tit. de dispens. ratione ætatis, in ver. in cathedrali. ver. vlt.

Secundum dubium, quia Sac. Conc. Sess. 21. c. 3. de reform. statuit, quod vbi distributiones sunt vel adeo tenues, quæ verisimiliter negligantur vel nullæ, ut sumatur tertia pars quorum-

quorumcunque prouentuum,& obtentionum tam dignitatis,quam Canonicatus,&c. dubium est,quid si una dignitas,vel Canonia habeat mille aureos, alia quingentû,alia ducentum,& sumatur tertia pars vniuscuiusq;, an debeant lucrari pariformiter,& qualiter,an plus minusue pro rata portionis sumptæ,& aggregatæ pro impinguatione, seu constitutione quotidianarum distributionum,circa hoc Sac.congreg. Declarat.337.in hæc verba censuit.Ille,cui plus est ablatum,de præb.pinguiori, eidem dandum est plus de distributionib.quotidianis,prout nihil dandum est eis, quib.nihil ablatum fuit.

Tertium dubium,num sit idem in amissione,vt quando absunt,debeant amittere plus,minusue,an ęqualiter? respondetur ꝙ sicut in lucrãdo plus lucrarentur,si adessent,ita plus amittant si absint propter identitatem rationis,& sic decreuit Sacr. Conc.Trid.Sess.22. c.3.in hæc uerba; Quod si qualibet die statuta non impleuerint, illius diei distributiones amittant,& relatiuorum eadem est disciplina,8.Physic.

AD QVARTVM,Dico Primo,quod istæ distributiones amittuntur seu deperduntur simul totæ,uel in totum,uel pro rata singularum Horarum Canonicarũ,vel Missæ cantatæ? Respondetur,quod pro quali bet hora debet fieri portio,ita glo.in Clem. 2.in ver. certis horis,de æta.& qualit.& in cap.unico,lib.6.ubi dicit, Diuinis officiis, & appellatione diuinorum officiorum venit Missa,cap.responso,de sent.excommun.& capit. alma mater,eod.tit.lib.6.Nauar.in Manua.de Hor.Canon.cap.10.a num. 43. facit Bulla Pij V.relata à Nauar.cap.25.numer.122.& Conc.Lateran.sub Leone X.Sess.9.cap.9.§. Statuimus,& Declarat.Sac.Congreg.191.

Dico Secundo,quod istas distributiones amissas seu deperditas,Sac.Conc.Trid.Sess.22.c. 7.dicit,non lucrari absentes,sed applicari fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco,arbitrio Ordinarii,tamen gl.in d.Cle.2.in uer.pars dimidia,dicit, quod accrescere debeant interessentib.diuinis officijs,idemque videtur confirmare Couar.lib.3.c.13.nu.7.uar.resol. & videtur confirmari cõsuetudine aliquarũ Ecclesiarum,vt Beneuenti in Ecclesia Metropolitana, & duab. Collegiatis,quas habet illa Ciuitas accrescunt interessentib.& in c.vnico,cit.lib.6.remittit se ad ordinationem rationabilem factam,seu faciẽdam cuiuslibet Ecclesiæ,sed hoc primo,resoluit Sac.Congr.in d.Declar.191.in hæc uerba: Distributiones quotidianæ quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum, &c.debent assignari non duab.horis,sed etiam omnib.reliquis alijs, & hi, qui non interfuerunt distributiones amittant,nec distributiones absentib.ademptæ debent inter præsentes diuidi,sed fabricæ Ecclesiæ,aut alteri loco pio arbitrio Ordinarii debent applicari, & hoc intelligitur de distributionibus detractis ex tertia parte fructuum dignatum,&cæt.prout supra , reliquæ vero distributiones, quas absentes non faciunt suas , debent distribui ijs, qui statutis horis interfuerint,& sic ex mente sacrę congrega colligitur concordia Sac. Conc.gloss.& dicti capit.unici,libro sexto, Sacr. enim Concil. loquitur de distributionibus nouiter factis,per illa duo decreta ex tertia parte fructuum dignitatum prout supra,cap.glo.& Doct.habent locum in distributionibus antiquis,quæ factæ sunt ex massa,uel redditibus Ecclesiarum,& idem iudicium agendum est de tenuibus impinguatis,& hoc deseruit pro practica ipsis Ordinarijs, nam si uolent constituere istas distributiones quotidianas,ad quod tenentur ipso iure,per doct.Sac. Concil. non permittãt de perditas ab absentibus accresci interessentibus, sed applicari prout supra ; & vide to Couar.loco citato,ubi dicit, quod sit attendenda consuetudo, seu statutum Ecclesię,& quod tunc accrescunt interessentibus, quando distributiones non sunt distinctæ a fructus principalibus,cuiusmodi sunt Beneuenti.Nauar.consi.3.de solut.& in consil.20. & de celebrat.miss.dicit distributiones lucratas ab eo,qui nõ recitauit horas canonicas, debere restitui interessentibus,quia illis accrescunt,tamen in consi.3.de verb.sign.dicit concordantia sumi,iuxta id,quod nos diximus,nempe,distributiones antiquitus factas, ex fructib.cõib.accrescere interessentib. distributiones verò nouiter erectas ex fructib. dignitatum,&c.accrescere fabricæ ecclesiæ, ꝙ consilium ego vidi in hac sexta editione.

Facit

facit quod notat Gemin.in cap.fin.notab.4.ubi dicit,quod non,dispensatus ratio studii habens beneficia,ut absens percipiat quotidianas distributiones,& in notabil.5.ibidem dicitur,quod appellatione fructuũ beneficiorum,comprehenduntur distributiones quotidianæ,& quod pro litteris beneficialibus,debent exprimi provalore beneficii,ubi satis appatent distributiones esse in duplici differentia,quædam quæ diuiduntur indices inseruientibus,& istæ non accrescunt inter essentibus,sed applicantur iuxta formam Sacri Conc.Trid.quædam sunt quę ueniunt in massam communem,& istæ diuiduntur inter præsentes,& ueniunt appellatione fructuum beneficii,facit quod dicit Couar.hic citatus,in 2.dubio de anniuersario pro quo relictum est tantum Canonicis quem videas.

Primum dubium,sunt uiginti Canonici,seu plus minusue, ex quib.decem absunt, qui amittunt decem portiones,utrum vnus ex iis lucretur aliquot ex nouem illis portionib. & ecõtra,ad hoc rñdetur ex superiorib.quod si sunt ex nouiter constitutis,nec illis,nec præsentibus accrescunt,si sunt ex antiquiorib.etiam rñdetur negatiue quo ad absentes, ratio est,quia non debet quis locupletari eum aliena iactura, & denarium debetur illi ex condigno,qui portauit pondus diei,& æstus,& in Euangelio Matth.capit. 20. & ita seruatur in praxi Beneuenti, & in Archiepiscopatu, & in duabus Collegiatis Ecclesiis.

Secundum dubium.est aliquod anniuersarium, uel funerale , uel quid huiusmodi in aliqua Ecclesia celebrandum,in quo relictum est tantum pecunię quantitatis,cum hoc,vt omnes Canonici ibi assistant,dum diuina celebrantur officia, deficiunt aliqui, vtrum portiones absentium debeant duidi inter præsentes; ad hoc.Respondetur ex Couar.lib. 3.cap.13.num.7.uar.resol.quod quando relictum est, vt cuique Canonici siue alias qui præsens sit,detur certa & definita quantitas, quod tunc pars quæ non datur absenti, non diuiditur inter præsentes, & sic videndũ esset statutum,siue legatum,quia ex facto oritur ius, si uero simpliciter,ut diuidatur inter Canonicos,tunc portiones absentium accrescunt interessentibus,& sic uidetur dicere glos.in d.Clem.2.in uer.pars dimidia, & in uer.& scias,Rebuf.pract.benef.in titul.de dispensat.de non resid.num.10.& 11.

AD QVINTVM, Priuilegium distributionum quotidianarum est, vt non teneantur, qui eas percipiunt,tribuere Seminario,ita Sac.Congregrat.in Declarat.338.& cum loquatur indistincte,intellige dum est de omnib. tam de antiquis,quam de nouiter fundatis,& sic vbi non essent nisi quotidianæ distributiones,quia tunc non teneretur soluere quid uel contribuere Seminario, vt est Beneuenti. Vide multa de hac materia in Boer.decis.cit.nec computant in fructibus,Caputaqu.decis.65.nec ueniunt in condemnatione fructuum,intellige de illis,quæ singulis diebus distribuuntur interessentibus, secus autem si in fine anni totę simul,idem decis. 29.par.2. Vide Gemin.in cap.fi. versi. ex his infertur,de offi.ordin.lib.6.& melius in cap.quia per ambitiose, notab.6. de Rescript.lib.6.ubi dicitur,venire appellatione fructuum, & sic debere exprimi in valore beneficii,intellige,de istis qui veniunt in massam communem quia in notabili antecedenti dicit,quod absens causa studii non percipit distributiones quotidianas, sed quando sunt percipiuntur,ergo loquitur de illis, quæ indies distribuuntur inter præsentes.

Defensiones.

PRIMO, an possit reus renunciare defensionibus,vide in uersic.hæretici,§.18. Vide omnino Iasonem in l.si quis in scribendo,nu.15.uer.item adde,de pact.

Secundo in criminalibus dantur etiam post sententiam condemnatoriam,Foll.pract.cri. fol.178.num 8.

Tertio defensiones probantur per testes coniunctos,fœminas, & per præsumptiones,idẽ vbi supra,num.13.

Quartò

Quartò de defensionibus vide eund. vbi suprà à nu. 176. & infra.
Quintò, defensiones debent dari, & quæri à Iudice ex officio, & maxime quando videret reum indefensum, Boss. tit. 4. de confess. nu. 12. & debent dari etiam conuicto, etiam reo non petente, etiam sponte confessis. idem vbi supra, nume. 10. & 14. & in tit. de sentent. num. 1.
Sextò quamuis iudex habeat amplum arbitrium, non potest denegare defensiones reo, idem in tit. de inquisit. num. 2.

Dispensatio.

SVMMARIVM.

1 *Quæ causæ sint explicandæ in impetratione dispensationis matrimonialis apud Summum Pontificem.*
2 *An detur dispensatio inter fratrem & sororem in secundo gradu consanguinitatis.*
3 *Quid agendum quando matrimonium iam est contractum, & postea oritur impedimentum, & non potest fieri separatio.*
4 *Quæ causæ explicandæ Summo Pontifici pro impetranda dispensatione, si non habeat quis vnam ex his.*
5 *Quando possit Episcopus dispensare ex causa, vbi alias Papam dispensare oporteret.*
6 *Quando coniugati consummarent matrimonium post datam, an diceretur surreptitia impetratio, & quid si ante datam.*
7 *Qui examinandi testes pro informatione impedimenti, & graduum.*
8 *An possit Episcopus dispensare in impedimentis impedientibus, & non dirimentibus.*
9 *Qui gradus explicandi in impetratione.*

AD PRIMVM, Vide Nauar. cap. 22. num. 87. prima est incompetentia dotis. Secunda, extinctio magnæ litis. Tertia, angustia loci, quæ potest esse duplex, vel quia maior pars habitantium ibi, sunt ei consanguinei, vel affinis, & extra illos non inueniret ita facile parem suæ conditionis, vel quia si vellet extra illum locum nubere, non haberet dotem sufficientem. Quarta, sedatio seu concordia inimicitiarum, seu discordiarũ. Quinta quando vir diues vult ducere in vxorem sibi attinentem pauperem, constituendo illi dotem, istas duas causas addit Sac. Congregat. Declara. 53. & tam in tertio, quã in quarto gradu sufficiunt. Multas alias causas numerat Nauar. conf. 13. de consanguin. & affin. quæ facilitant animum Principis ad dispensandum, non solum in matrimonio contrahendo, sed vel iam de facto contracto, prima est ignorantia iuris, secunda maior vtilitas, tertia proles habita, quarta, diuturnitas matrimonii male contracti, quinta scãdalum graue, sexta mortis euitatio, septima miseria puellę indotatæ.
AD SECVNDVM, in secundo gradu affinitatis, vel consanguinitatis non dispensatur nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Nauar. lo. cit. Staph. de lit. grat. fol. 313. num. 7. & quomodo intelligatur secundus gradus in collaterali, vel descendenti in æquali, vide Rebuf. in regu. de dispensat. in grad. prohibit. glos. vlt. num. 8. tamen hodie uidi dispensari in vtroque gradu inter Barones, & titulares Regni Neap. & in hoc disposuit Gregorius XIIII. videatur Bulla sua die prima Martij 1591. & Bull. Pau. IIII. quæ est 16. & incipit: Ab ea ipsa die, & Clem. VII. quæ incipit, Quia plerumque.
AD TERTIVM, Respondetur, quod prima est, bonum pacis, & sic dispensatur in matrimonio contracto inter incapaces ex defectu ætatis, cap. 2. de dispensat. impub. Secundo quando

quando ex separatione verisimili oriretur scandalum, cap. quia circa, de consanguin. & affinit. Sylua. tract. de benef. 3. par. quæst. 10. num. 11. Gom. in cap. 1. num. 132. de Constitut. lib. 3. quando orta esset proles, & longo tempore fuit perseueratum in matimonio contracto de facto, tunc dispensatur, vt primum permaneat, c. de gradibus, 35. quæst. 8. quarto quando mulier remaneret perpetuo diffamata, ista Clausula est solita apponi in dispensationibus, quę conceduntur post matrimonium contractum de facto, circa hoc est animaduertendum, vt notat Nauar. lo. cit. num. 86. quod per huiusmodi dispensationes non conualidatur matrimonium iam contractum, nisi denuo contrahatur, quod tamen clam contrahi potest, quia non requiritur solennitas Sacri Concilii, modo fuerit prius adimpleta.

AD QVARTVM, Primo respondetur, quando nullam quis haberet causam contrahendi cum sibi consanguinea, vel affine, potest impetrare dispensationem a Sum. Pontifice, narrando veritatem. Fel. in cap. ad audientiam, col. 4. de Rescript. Rebuf. titu. de dispens. ad plur. benef. num. 52. quicquid dicat Couar. 2. par. de sponsal. cap. 6. § 9. in fine.

Secundo, si nullam habens causam, narrat falsum causam pro impetratione, vel exponendo falsum, uel tacendo verum, nulla esset dispensatio, licet eam obtineat, quia vel obreptitiè, vel subreptitiè impetraretur, prout in cap. fin. de fil. presb. lib. 7. Couar. lo. cit. §. 10. num. 14. facit cap. super litteris. de Rescript. & Bulla Pii V. quæ est 26. & incipit cum sicut, de verit. exprim. in dispensat. matri.

Tertio, si quis consummaret scienter matrimoniũ cum sibi attingente muliere, & postea impetraret dispensationem hoc tacito, non valeret dispensatio, cap. dilectus, de Rescrip. Rebuf. in prac. benef. tit. de different. inter Rescrip. Grat. & Iust. num. 9. sed Nauar. cõs. 8. de consang. & affin. & cons. 8. de cogn. spirit. sensit oppositum, nempe, quod non sit opus explicare incestum, & cons. 1. num. 49. de constit. nisi, quando fieret vt secum facilius dispensetur, prout nos etiam superius diximus; Sed hic nota quod licet nostra fuerit sententia, nimium non ualere dispensationem, suppresso, seu tacito, seu non narrato incestu, & Nauar. locis cit. fuerit cõtrariæ opinionis, tamen Apostilla, siuè Appendix in cõs. 9. de consang. & affin. in impressione facta Romæ 1592. habentur hæc uerba: Aduerte, quia refertur Congregationem censuisse consanguineos, uel affines, qui tacita copula, obtinuerũt dispensationem super impedimento consanguinitatis, uel affinitatis, esse subreptitios, & matrimonium postea contractum, esse nullum; Cui sententię videtur etiam ipse D. Nauar. postea adhęsisse, in quarta editione sui Manua. Confes. c. 22. nu. 86. in fine, & ita obseruat Praxis.

Quarto quod quando interuenit incestus inter consanguineos, qui impetrant dispensationem a Papa super impedimento, ea obtenta, requiritur dispensatio uel potius absolutio Episcopi super incestu. Nauar. cons. 8. 9. & 10. de cons. & affinit. Quintò, si quis consum mat. matrimoniũ, ad hoc, vt facilius secum dispensetur, si non explicat vtrumque, nulla est dispensatio, Couar. lo. cit. §. 10. num. 14. & Conc. Trid. sess. 24. cap. 5. de refor. matri. vbi vult, ut careant spe omni consequendæ dispensationis, & in hoc debent arrigere aures omnes locorum Ordinarii, prohibendo cohabitationes sponsorum, antequam veniat ab Vrbe dispensatio. Clem. VII. Bulla 7. quæ incipit: Quia plerumque.

AD QVINTVM, Conclusio est, nec Episcopum, nec Legatum de latere posse in hoc dispensare, in c. non debet, de consanguin. & affin. Couar. loc. cit. nume. 11. tamen hoc fallit, quando occurreret casus cum his sex circumstantiis, Prima, vt matrimonium iã sit contractum; Secunda, ut sit contractum ignoranter, quo ad impedimentum; Tertia, vt sit consummatum; Quarta, vt impedimentum sit occultum; Quinta, quod contrahẽtes sint adeo pauperes, quod non possint mittere, uel ire ad Sum. Pont. uel ad Nuntium Apostolicum habentem hãc potestatem; Sexta, quod si fieret separatio, uerisimiliter scãdalum oriretur, in hoc casu posset Episcopus dispensare, ac si esset a Papa impetrata dispensatio, & est communis opinio. Nauar. c. 22. nu. 85. Soto 4. Sent. dist. 37. q. vnica, art. 2. Syluest.

2.Syluest.in ver.dispensatio,§,9.Armil.eo.ver.nu.19.& dùm ego haberem, hunc casum,ita fuit mihi ab Vrbe responsum,Rebuf.tit.de dispensat.ad plur.benef.num.30,& infra,facit quod Episcopus,ex magna causa,potest dispensare contra Conci.generalia, Staph.f.80.nu.6.Nauar.cons.14.de consag.& affinit.

AD SEXTVM,accidit frequenter casus,quod contrahentes sanguine se attingentes dum mittunt pro impetranda dispensatione,consummant matrimonium post datam (idest post expeditionē supplicationis,) nam si ante consummarent,non valeret dispensatio,prout dixi in §.4.) quæritur, an valeat dispensatio?& videtur primo, quod non, nam,Papa non videtur dispensare ex tunc,sed committit Vicario generali in partibus, vt si preces veritate nitantur,& seruatis aliis de iure seruandis,nomine Sedis Apostolicæ dispenset ex nunc.

Secundo,quia per solam supplicationem gratia dicitur informis,Conclusio,his tamen nō obstantibus,dico,quod nondum confectis litteris valeret dispensatio, sola supplicatione expedita, Ratio est, quia a tempore datæ,& expeditæ supplicationis,incipit currere gratia,cap.si eo tempore,& ibi gl.in uer.cum.tempore,de Rescri.lib.6.& c.eam te , & ibi gl.in ver.data,eo.ti.extra,&c.eum cui,de præben.lib.6.Vide Gemin.in procem.Sexti libri Decretal.§.uniuersitati,uers.quęro an gratia Papæ,ubi videtur dicere, quod sic, ubi non esset Iurisdictio.Nec obstat primum,quia re vera Vicarius nō dispēsat,sed exequitur,quod sibi a Sum.Pontifice fuit iniunctum,adeo,quod est potius exequutor,quā dispensator,Nec obstat.

Secundum,quia valet in foro exteriori,etiam quando adest præiudicium tertii,nempe officialiū Curiæ,si quis vellet sola supplicatione vti,& non expedire litteras,prout dixi in ver.Bullæ,vide Innoc.in c.postulasti,nu.2.de Resc.Sed vrget,data Papæ quomodo,Respondetur,quod licet in litteris non appareat data litterarum, tamen per alias litteras posteriores eiusdem Papæ probatur,in quibus facit mentionem de litteris Primis. Caputaquens.decis.236.par.1.Sed vrget quis,si Vicarius capiens informationem reperiret matrimonium iam fuisse consummatū post tempus datę,& de hoc nō factam fuisse mentionem in expeditione litterarum,nō valebit dispensatio Respondetur affirmatiue quia gratia Principis valet in foro interiori,etiam sine litteris,prout dixi supra , in verbo, Bullæ,& Vicario delegato sufficeret se informare de requisitis in litteris, delegatus enim vltra delegatam sibi datam auctoritatem,non potest se extendere,c.1.de offic. deleg.c.super eo,c.consuluit,cum uulgatis aliis,eo.tit.sed Papa comittit,vt se informet de cōtentis in litteris,in quibus,nulla mentio fit de cōsummatione,cum non præcesserit, sed subsequta est supplicationē,ergo poterit dispensare iuxta seriem litterarum, ea.cum dilecta,de Rescrip.tamen tene quod dixi superius,§.4.ex Nauar. multis in consiliis ibi citatis,& quæ nuper addidimus,& ita obserues in practica.nisi consummasset scienter, spe facilius cōsequendę dispēsationis; ꝑterea ꝙ dictum est Epm siue eius Vicariū accepta Bulla nō uere dispēsare,sed potius esse exequutorē Papæ,dic cū Nau.cōs.3 qui fil.sunt leg.vbi ait,ꝙ q impetrata Bulla super dispēsatiōe matrimonii,eaq; ꝑsentata Epo,vel eius Vicario,si ante informationē captā,& latum decretū per eūdē Epm uel Vicariū cō summat matrimoniū,& procreat filios,illi nō sunt lḡi,qa adhuc secū nō est dispensatū.

AD SEPTIMVM, Vide in ver.matrimonium,in §.quia superius.

AD OCTAVVM, Quæ sint impedimēta,impedientia solū,& nō dirimenta,vide Sylu. in vers.Matrimoniū,7.§.6.& Sot.4.Sen.dist.37.q.vnica,ar.1.& Nau.c.22.n.85.vbi habetur posse Episcopum dispensare super omnibus impedimentis,solum impedientibus exceptis tribus.s.a Castitatis,Religionis,& de nō nubendo,& de hoc tertio idem asserit Caiet.in opusc.fol.mihi 94.tamen Nauar.tenet, quod in hoc posset etiam Episcopus dispēsare,in cap.12.num.79.oblitus fortassis,quod oppositum dixit in loco prius citato, & dicit hanc esse opinionem Anto.Ang.& Syluest. Soto.4.Sent.dist.38.q.2.art.1. Conclus. 1.in fin.at in voto castitatis temporaneæ potest Episcopus dispensare, in perpetuo etiam

potest

potest, quando quis non posset adire Romam, prout dixi superius, §.5. Syluest.lo.cit.§.5. versic. quantum autem, & in versi. debitum coniugale, §.9. & hoc antequam contrahat, sed post contractum, potest dispensare, Soto lo.cit.dist.27.q.vnica, art.2.col. penult. vers. & per hoc respondetur, & Syluest.lo.cit.dicit hanc esse etiam opinionem Guliel.& Soti, dist. 38.q.2.art.1.col.fin.Concluſ.3.in fine, uideatur sentire cum Syluest.videlicet, si non pateat accessus ad Vrbem, vel cum causa vrgenti, quo ad petitionem debiti, nam quo ad redditum, non est opus dispensatione, prout patet, Soto ibidem, column.penul. in fine.

AD NONVM, Sufficit exponere remotiorem gradum, Couar.lo.cit.§.10.num.12.Bulla Pij V.de hoc edita, & publicata Romę Anno 1566.die 20.Augu.& Pii IIII.Bul.137. quæ incipit: Sanctissimus.

Hic est dubium Primum, an dispensatio matrimonialis obtenta ab illo, quē communiter reputabatur habere facultatem concedendi has dispensationes, vt annis elapsis Commissarius principalis fabricæ Diui Petri fertur habuisse, qui tamen illam facultatem re vera non haberet, valeat? respondetur affirmatiue, Anchar.cons.409. Addit.ad decis.Rot. 2.de fil. presb.num. 7.in nouis.vbi dicit, sic fuisse decisum in quadam causa in facto, & licet aliquando Commissarii fabricæ sancti Petri de Vrbe, & sancti spiritus, habuerint hanc dispensandi facultatem, vt testatur Pius IIII. Bulla sua 78. quæ incipit. De commissa; tamen hanc reuocauit idem Summus Pontifex, eadem Bulla, de qua hic agitur; & in hoc casu Sanctissimus Dominus noster Clemens VIII.dignatus est argumentari mihi, dum examinabar coram sua Beatitudine die ... Decembris. 1596.

Secundum Dubium, an liceat tempore feriarum ducere vxorem ad domum Viri? Respondetur affirmatiue, Nauar.c.22.nu.71.Caiet.in Sum.in uerbo, Nuptiæ, in verbo Matrimonium, §.septimum caput, quicquid dicat Syluest.loc.cit.modo hoc fiat sine solenni Sacerdotali benedictione, & aliis solennitatibus, pro quo videri etiam potest Conc.prouinc.Mediol.5.de Sacramen.Matrim.fol.128.§.ne quis.

Tertium Dubium, in dispensatione, vel Rescripto tacetur veritas, ob quam causetur surreptio, etiam si ignoranter causatur vitium, adeo, quod non valet, Decis.in c. constitutus, 2.notab.de Rescript.Aymo Crauet.consil.8.Rebuf.de different.inter Rescrip.grat. & iust.nu.7.

Quartum Dubium, an in impetratione dispensationis in gradu affinitatis, sit necessaria expressio impedimenti iustitiæ publicæ honestatis? vide Boer.decis.263.nu.38.

Quintum dubium, an sit necessarium denuo matrimonium contrahi ab his, inter quos nullum erat prius matrimonium, ob aliquod impedimentum, mox extortum adueniente dispensatione? vide Boer.ibidem, nu.26.& Nauar.cap.22.num.70.notab. 4. vbi dicit ita declarasse Pium V.nempè, non esse necessarium, & hoc quando impedimentum esset occultum.

Sexto, dispensatio præsumitur inter coniuges, qui in gradu prohibitio contraxerunt, si per decem annos, & vltra in matrimonio vixerunt, & mortui sunt, imo temporis diuturnitas facit, quod proles illegitima pro legitima habeatur, concurrente probabili ignorantia, Abbas in c.referente, notab. vlt.qui fil.sint legit.Caputaq. decis.269.part.1.& decis. 25.2.par.

Dies.

PRIMO, dies consideratur quo ad indulgentias, quo ad escam carnis, & quo ad diuina officia, & obseruationem festorum, vide Tiraq.de utroque retrac.tit.1.§.1.glos.2. num.13.licet multa remissiue, & quo ad indulgentias, alibi seruatur de stylo, vt a primis vesperis vsque ad occasum solis illius diei, quo concedatur, intelligatur data facultas lucrandi eas, vide l.more Roma.C.de feriis; Quo verò ad iudicia, & alia prædicta, vide Holt.

de Host.in Sum.tit.de feriis,§.qualiter,num.3.glos.in c.1.de fer.& in c.alma mater,de sent.excom.lib.6.Abb.in c.2.de feriis,Nauar.de Hor.Cano.c.3.num.34.Secundo,quando dicitur in indulgentiis a primis vesperis,non intelliguntur lucrari,nisi finitis vesperis,quia excludit.Nauar.tractatu de Iubil.& Indulg.in Bull.Grego. XIII.in uer. a primis vesperis,num.26.vide inferius in uers.terminus.

Secundo Dies,Consul,& Annus, Indictio,quãdo debeant poni in Instrumentis & in Rescriptis,in legibus,in statutis,in litteris Papę,& scripturis publicis,siue priuatis, & in libro priuatarum Rationum,& an in his omnibus sint necessario ponenda omnia prędicta,vel singula,vide Iason.in l.si aliqua,de diuers.rescr.& Couar.uar.resol.lib.1.c.12.

Tertiò,quando dies citationis non computetur in termino,uel inter dies dilationum,vide inferius in uer. Terminus.

Doctrina Christiana.

SVMMARIVM.

1 *An sit necessaria ad salutem.*

2 *Qui ad eam docendam teneantur,& maximè Curati.*

3 *An Ordinarius posset compellere pueros,vt eant ad eam discendam multis,& pœnis Ecclesiasticis.*

AD PRIMVM, Est adeò necessaria, quod Sancti patres libros de ea integros composuerint, vt D.August.& alii,& Sac.Conc.Trid.Sess.23.c.de refor.dicit, loquens Sacerdotib.vt doceant populum ea,quæ sunt necessaria ad salutem,& ad minus tenentur sub reatu peccati mortalis scire explicite de misteriis fidei,& Christi Domini Nostri;præcipuè ea,quę communiter in Ecclesia solẽnizantur,prout articulus de Deo trino,& vno,Incarnationis,Natiuitatis,Passionis,Resurrectionis,& Ascensionis, nam omnes etiam rusticissimi hoc scire debent, ista saltem explicitè, cætera verò implicitè, credendo omnia,quę credit S.mater Ecclesia,D.Tho.2.2.q.2.art.3.in corpore,Scotus 3. Sententi.dist.25.q.1.Ioan.de Bassolis 3.Sent.ead.dist.q.1.ar.3.& Sac.Conc.Trid.Sess.23. c.14.de refor.& qui ignoraret ipsos articulos,vereor, quod damnaretur, iuxta illud D. Pau.prima Cor.ca.14. Ignorans ignorabitur,& illud Math.25.Nescio uos,& D.Tho. p.2.q.76.art.1.per totum.Syluest.in uer.fides,nu.6.§.3.Astens.lib.2.tit. 15.art.3.Nauar. c.11.nume.18.ad quod animaduertant locorum Ordinarij,quia iuxta illud,pasce oues meas,scilicet scientia necessariorum ad salutem,pascere gregem suum tenentur.D.August.in c.nos ante,de consec.dist.4. imò qui hæc ignoraret, non esset absoluendus,Isidor.lib.1.c.13 de summo bono.Symanch.de Cath.instit.tit.28.nu.8.Nauar.de Hor.Canon.c.3.nu.2.& dixi in practica mea pœn.c.22.q.24.Conc.3.

AD SECVNDVM,quoad Sacerdotes omnes,et simplices,bene uerum est,quod tenentur ea scire ad hoc,vt cum Curati fuerint,& ad illud munus assumpti,possint illud exercere,sed non tenẽtur ex proprio officio, cum hoc sit Parochi munus peculiare,ita Sac. Conc.Trid.Sess.24.c.4.§.idem autem,ubi Conc.disponit,vt ij, ad quos pertinet saltem dominicis & alijs festis dieb.pueros in singulis parochijs fidei rudimẽta docere,possint ab Ordinario si opus erit,etiam per Censuras Ecclesiasticas compelli.

AD TERTIVM Sac.Cong.Declar.6. in hæc uerba censuit;Ordinarius non potest multis & pœnis,etiam in casu notabilis negligentiæ,aut contumaciæ cogere pueros ad discendum doctrinam Christianam,etiam si hoc fieri noluerint in oppidis,villis,& aliis locis extra Ciuitatem, nec ualet quia Conc.loc.cit.dicit posse compelli per Censuras Ecclesiasticas,quia ibi loquitur de compulsione illorum, quorum interest eam docere,& non de compulsione puerorum,seu parentum ipsorum.

Diœcesanus.

Diœcesanus.

PRIMO, Diœcesanorum appellatione an ueniant inferiores Ordinarij, licet habeant Iurisdictionem in loco, vide Abb.& glos.in Clem.1.de uita & honest.cleric.& glo. in Clem.uni.de foro competenti.licet ueniant appellatione Ordinariorum, Nau. cons.2. de cland.dispensat.

Secundo Diœcesis appellatione in dubio potius uenit illa,quæ est domicilii,quam quę est originis,& ita de stylo Curiæ obseruari dicit,Nau.consil.4.de Constitut.

Decima.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure debeantur.*
2 *Quotuplices sint.*
3 *Quibus debeantur.*
4 *A quibus solui debeant.*
5 *Quantum debeatur illarum ratione.*
6 *An iudex Ecclesiasticus possit compellere laicos ad soluendas decimas.*
7 *An consuetudine possint tolli,ne soluantur.*
8 *An laici teneantur deferre eas vsque ad horrea Clericorum.*
9 *An soluendæ sint deductis expensis.*
10 *Quæ pars decimarum contingat Episcopum.*
11 *Quæ differentia sit inter decimas,& oblationes.*
12 *Consuetudo,vt soluantur ab vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, quantum temporis exposcat.*
13 *An possint dari in feudum.*
14 *Vbi soluendę sint decimę prędiales.*
15 *Quid de negantibus decimas.*

AD PRIMVM, Videto D.Th.2.2.q.77.art.1.Sot.lib.9.q.4.art.1.Couar.lib.1.capi.17. num.2.uariar.resol.Canonistas in cap.Reuertimini,16 q.1.& in rub.de decim.extra,& in cap.1.de decim.lib.6.Nauar.c.21.nu.28.vide Constit.Regni,Quanto,tit.de decim.& Capy.decis.20.tamen sit Prima Conclusio;Decimæ non sunt de iure diuino, nec naturali,hanc probat Couar.multis,loc.cit.versi.præterea,& potest consolidari ratione,quod est de iure diuino,vel naturali,non potest tolli consuetudine,sed(ut dicam inferius,)decimæ tolluntur consuetudine,ergo,& cætera,& licet lex diuina possit aliquando tolli consuetudine,vt probatur,nam omnia Iudicialia,& Cæremonialia Veteris testamenti erant iuris diuini,& tamen Christo passo,expirauerunt.c.Moyses,7.dis. Nau.in gl.Sum.de pęnit.dist.5.nu.7.tamen ius naturale est immutabile,& nihil potest præscriptio,aut consuetudo in illud,Nau.cons.2.nu.7.de offi.ord.quia incepit ab exordio mundi,& Nauar.tract.de reddit.eccles.q.1.Monito.59.nu.1.& 2.dicit,quod Papa, vel Ecclesia potest inducere,ne soluantur decimæ,imò neq; quinta,neque vlla alia fructuum pro ministris ecclesiæ,& piorum operum,ergo & cõsuetudine, modo ministris Ecclesiæ necessariæ aliundè prouideatur sufficienter, cum hoc sit de iure diuino.Luc. c.10.dignus est operarius mercede,& c.& alia citata in ca.1.13.q. 2.imò plus dicit,quod hoc non est contrarium nulli iuri naturali, vel diuino.vide in ver.Ius Cathedraticũ,§. 4.primũ patet ex D.Th.1.2.q.97.& q.94.Syluest.in uer. consuetudo,§.9.nu.14.c.indul

tum,

tum,n.21.de reg.iur.li.6.cõclusio.2. populũ teneri pstare alimẽta ministris Ecclesię, si indigeant est de iure naturali,& diuino,secus verò si nõ indigeāt, Cou.lo.ci. nu.3. ver.cæterum,Nau.lo.ci.Syl.ver.decima,n.3.§.1.tñ Panormitanus,videtur satis astringere,ꝙ sint de iure diuino,quamuis Couar.conetur illud aliter intelligere,Cõc.Tri. Sess.25.c.12.de refor.ubi dicit,ꝙ sunt debitæ Deo,& Sot.lo. ci.Conclus.1.& Castro, lib.5.contra hęreses,in ver.decimę,dicunt esse de iure diuino;tñ tu teneas primum.

AD SECVNDVM,Est triplex,personalis,prædialis,& mixta,quæ quomodo intelligantur,vide Doct.citat.& c.Ad Apostolicæ,c.non est,c.cum.sint,cum cęteris similibus,de de. im.&Bal.in Marg.Inn.in ver.decimæ,vbi addit decimas reales.

AD TERTIVM,Episcopis,parochis,& ecclesiæ ministris,vide Syl.lo.ci.nu. 14.§.8.

AD QVARTVM,Vide eundem lo.ci.nu.13.§.7.& decimæ quę imponũtur per Summum Pont.non deberent solui per conductorem,seu affictatorẽ Cardinaliũ,Vinc. de Fran.decis.107.nu.7.& 8.nec conductor,sed dominus tenetur ad onus decimarũ nu.3.ibidem nec moniales mendicantium,& non mendicantium tenentur ad decimas subsidiarias,vel ad alia onera,Pius IIII.Bull.10.quæ incipit:De stat. Ecclesiarũ, & Bul.Pii.V.la.14 quæ incipit:Dum ad vrbes,& aliam eiusdem 192.quæ incipit; cũ sicut,& aliam Greg.XIII.quæ incipit: Cũ nos super.

AD QVINTVM,Quo ad quantitatem,seu quo ad quotam standum est consuetudi. idem Couar.n.10 §.4.ver.quantum,ad 3.Nau.lo.ci.n.28.So.lo.ci.Conclus.3.& 4.Couar.lo.ci nu.4.ver.An principaliter,c.in aliquib.§.ille,de decim.

AD SEXTVM, Dico primum,si cã est de iure decimarũ, vt verbi gratia,vult aliquis clericus,vel laicus videre,an iure aliquo teneatur soluere decimas,cũ Ecclesia fuerit in possessione eas exigendi,tunc causa est Ecclesiastica,& spiritualis,& sic ad Iudicẽ spiritualem spectat,& potest cogere laicum,ad eas soluendas,cẽsuris,& aliis mediis & si quæstio erit facti.c.peruenit,c.tua nobis,il secundo,cum similib.de decim.Cõc. Trident.lo.ci.Couar. lib.1. prac.q.c.35.numero 2.ver.2.Dico Secundo,si quæstio est de perceptione possessionis,vel de exigendis,cum tantũ agatur an decimę sint solitæ, vel an teneantur Laici illas soluere, tunc est causa temporalis, & temporalis iudex cognoscit, Couar. lo. ci.& Gom in cap.si annum,numero 15.& 16.de iud.lib.6.Dico Tertio, si agitur de proprietate, idest si aliqua terra, siue fundus fuerit solitus soluere decimas, sed etiam auferre fundum ab Ecclesia, ista causa proprietatis pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum;Ratio est,quia si laici aliquid prætendunt, vocent personam Ecclesiasticam coram suo Ordinario competenti, capit. si diligenti, de foro compet.c.cæterum,c.clerici,cum similibus,de iud.Couar.lo.cit.n.1. versi 2.vide Dy. in c.qui ad agendum,nu.9.de reg.iur.lib.6.Dico Quarto,quod causa decimarum, vel quomodocunque oriatur differentia super decimis,est summaria,Clem.Dispendiosa,& ibi Cardin.q.12.cum tribus sequent de iudi.Maran.4.par.dist.9.nu.174.ver.12. Dico Quintò,a sententia lata super decimis non appellatur,c.tua nobis, il 2.de deci. & ibi glos.in fine Maran 6.p.tit.de appellat.nu.304.ver.15 & Nauar. cons.1.de Constit.nu.8.dicit,si agitur de possessorio,coram Ecclesiastico,si de petitorio,coram iudice laico causa agi potest.

AD SEPTIMVM, Opus est distin.prout in 1.§ nam decimæ , qua parte deberentur ministris ecclesiæ pro sustentatione,cum sint de iure diuino,& naturali , non possunt aliqua consuetudine tolli,patet ratione superius allata,reliquę verò possunt tolli consuetudine,Couar.lo.cit.nu.8.Gom.in c.1.nu.89.de constit.lib.6. Syl.lo.ci.num. 10.§.4.ver.quantũ ad tertium,Gu.Pap.q.284.& 266 & sic vidi Neapoli,& Surrenti, nullatenus solui decimas,nec personales,nec pdiales,nec mixtas,quamuis Episcopi istã consuetudinẽ deberent rescindere,cũ sit irrationabilis,vt ait Couar.lo.ci.uer.11. & quantũ tpis spatium requiratur ad hanc consuetudinem introducendam , uide eund.ibidem,versi.10.ubi quadragenariam sufficere affirmat, imò in toto Ducatu

I Amelfi-

Amelfitano, non soluuntur decimæ vllo pacto; Sed posset esse, quod ab antiquo tempore inter Episcopũ & populos facta fuerit aliqua conuentio seu concordia, vt populi dederint Epo aliquod pdiũ, seu aliquã possessionẽ loco decimarũ, prout Afflic. in constitut. Regni, super constitut. Quanto cæteris, nu. 11. dicit ꝙ antiqua fama habet populũ Neapolit. consignasse Archiepo Neapolitano pro decimis, turrim Græcam, quæ antiquitus vocabatur tutis Octauij; Vide Nig. in Constitut. Volumus, n. 13. ver. limita secundo, vbi citat Archidiaconũ, in c. quicunq; il 1. 16. q. 7. & Butr. in c. parochianos, de decim. & Fel. in c. causam, quę de præscrip.

AD OCTAVVM, Idem lo. ci. dicit primum, seruandam esse consuetudinẽ, vt si Laici soliti fuerunt ad horrea Clericorum decimas deferre, ad id ẽt tenerentur; Secundum si horrea sint publice deputata, quo decimæ omnium Sacerdotum deferatur etiam Clericis non petentib. Laici eo decimas deferre tenentur, & hoc qñ ipsi Laici sciunt ad quantum teneãtur, & qñ leui sumptu, & labore possent illas decimas ad dicta horrea deferre; Vinc. de Franc. decis. ci. 124 nu 1. Tertiũ, vbi, viget consuetudo, ꝙ non debeat massa auferri ab area, ni prius certiores fiant clerici, vt assistant ad euitãdas fraudes, & hoc cessantib. omnib. consuetudinib. seruetur, quamuis possit introduci cõsuetudo, vt prius ad propria horrea frumentum, ac cęteros fructus deferrent, & postea decimæ integræ Ecclesię ministris persoluantur. videto Guid. Pap. q. 285. nu. 1. & ibi Addit in lib. 6. Abb. in c. Ad Apostolicæ, nu. 5. hoc tit. Rom. Alex. Imol. in l. stipulatio ista, §. inter cętera, & §. si quis, ff. de verb. oblig. Specul. in tit. de decimis, in fi. Cepol. tit. de ser. vrb. c. 72.

AD NONVM, Respondetur negatiue, c. non est, c. tua nobis, il. 2. c. cũ homines, cũ similib. de decim. Nauar. c. 21. nu. 31. ver. secundo peccat. Syl. ver. decimæ, nu. 13. §. 7. ver. quartum, & ver. quintum, & nu. 15. §. 9. nã soluendæ decimæ sunt, antequam deducatur tributũ alicuius domini, cuius fortassis est feudalis fundus, antequã deducatur satũ, vel expensæ, & in summa ante omnia, quia ideo vocantur primitiæ, & Ratio potissima est, quia decimę fuerunt, antequam essent tributa, vel dominia, & ante meũ, & tuum frigidũ illud verbũ, ut ait Ioan. Chris. ita diuina scriptura, & tit. de decim. & primit. vide Tiraquel. de vtroque retract. tit. 1. §. 15. gl. 1. nu. 11. 12. & 13. sed hoc verũ est, de decim. realib. secus vero de personalib. vt de negociationib. Bal. lo. cita. & Inn. in c. Pastoralis, de decimis, & ibi Abb. nu. 1. 6. & 7. bene verũ est, ꝙ non tenentur soluere decimas de optimo, nec de peiore, sed de mediocri, Maior, in 3. Sent. d. 37. q. 36. col. 2. Nauar. lo. ci. versi. 2. Tiraq. de vtroq; retrac. §. 15. gl. 1. nu. 10. 14. & 15.

AD DECIMVM, Primum de iure communi est quarta pars prouentuum, & emolumentorũ, necnon decimarũ clericorũ, vt si Clerici habeant quadraginta modios frumenti, Epo, debentur decẽ, prout in can. quatuor, & in can. autiũ, cum similib. 12 q. 2. can. unio, 10. q. 3. & ibi gl. in ver. tertias, c. de quarta, de præscrip. Secundum, si suscipere vult Eps onus fabricæ, põt acipere tertiam partẽ, gl. ibi. Tertiũ, attendenda est consuetudo locorũ, gl. in c. qm̃, in ver. tua parte, de decim. gl. in c. 1. in ver. tertiã, & in c. relatũ, il 1. in ver. medietatẽ, de sepult. & gl. in c. requisiti, in ver. quartã, de testam. secus de iure communi, nam Eps non potest summere quartã partẽ decimarũ Ecclesiasticarũ Parochialiũ, nisi parochia sit sua, vel ad nullũ ipse decimę pertinere viderentur, vel sit dubiũ, cui debeantur solui, gl. in c. cũ contingat, in vers. de iure, de decim. & sic intelligitur c. qm̃, c. dudũ, & ibi gl. & in vers. de iure cõi, eod. tit. & Inn. ĩ c. Ad Apostolicæ, eodẽ, & sic habetur, ꝙ Eps nõ potest sumere quartã decimarũ Parochialium, nisi in trib. casib. Primo, vbi adest consuetudo, q̃ sufficeret, vt sit decẽnalis, per ea, q̃ dicã in §. 12. Secũdò, qñ decimæ sunt positæ in Parochia ipsius Epi. Tertio, qñ ad nullum pertinerent, & hoc nota pro practica, Et quæ dixi superius, non obstant, quia intelligitur, de quarta mensali, vel de quarta legatorum, vel de quarta funerali, vel in causis Apostolicis, vt patet in iurib. pdictis allegatis, sed Boer. in trac. de auct.

Mag.

Mag.consi.par.Fran.nu.16.dicit,Epm posse exigere quartam partem omnium decimarum,& oblationũ parochialiũ,siue Diœcesis;Ratio:quia tota Diœcesis est velut vna parochia sibi,& concurrit cũ omnib.curatis suæ diœcesis,licet nõ in perceptione totali iurium parochialium,& sic videtur loqui de quarta massæ cõis cuiuscunque parochialium,& nõ aliorũ,& sic põt intelligi iuxta prædicta Abb.in c.Parochianos,nu.1.de sent.excom.& in c.1.nu.3.hoc.tit. vbi videtur dicere,de quarta decimarũ ẽt,& in c.cũ contingat,nu.7.eo.tit.idẽ Inno.in c.Theodosius,nu.2.de stat.monac. vbi loquitur de perceptione cathedratici, oblationum, decimationũ,& mortuariorũ,& Caputaq. decis.340. p.3. vbi habet,quod Eps censetur Rector & Vicarius perpetuus parochialis ecclesiæ,dicitur Curatus totius Diœcesis,& sub cura eius est tota Diœcesis,& quod Curati non sunt,nisi adiutores ad participationem muneris Epi, c.nullus de paroch.c. de raptor.c.licet,17.q.1.& licet competat quarta decimarũ Epo de iure,vt probatum est superius,& docet Rebuf.tract.de deci.tamen inferior potest eas præscribere.Franc.Balbus,tract.de præscript.1.p.5.p.c.13.nu.2.

AD VNDECIMVM,In quo differant vide Couar.lo.cit.nu.3.ver.cęterum,Syl.lo.cit. nu.2.Sot.lib.8.q.4.ar.1.de iust.& iure,vbi videto multas differentias.

AD DVODECIMVM,Couar.lo.ci.nu.8.ver.4.dicit posse consuetudine introduci,vt decimæ soluantur vni Ecclesiæ,quę de iure cõmuni debebantur alteri,c.cum contingat,de decimis,& qñ esset dubium,cui Ecclesiæ deberentur solui,sufficere consuetudinem decennalem,per gl.in c.fi.de consuetud.lib.6.in vers.consuetudo, facit cap. de quarta,de pręscript.& sic in summa habetur,ꝙ fere in hac tota materia statur consuetudini,Innoc.rub.de decim.exceptis oblationib.& prout dixi in primo §. ver. secundum,quo ad quotã,de quib.cętera,prout Couar.lo.ci.nu. 8. per multa dicta,idẽ Vinc.de Franc.decis.107.nu.4.& decis.124.nu.3.Dubium est an nõ soluenti decimas debeat negari absolutio in actu confessionis? Respondetur affirmatiue,si põt soluere & põt ẽt excõmunicari.Conc.Trid.lo.ci.Nau.lo.ci.nu.32.& dixi in ver.absolutio, §. vlt.de materia decimarum,pro practica,habes multa in Capyc.decis.20.an sit onus reale,& sequatur detentorem,vel possessorem,vide ibi.

AD DECIMVMTERTIVM,vide Iser.in Rubr.de feudo Marchiæ, nu.3.

AD DECIMVMQVARTVM,vide Panor.in c. significauit,nu.5.de Paroch.Oldr.ad consil.168 gl 13.q.1.in summa.Archid.in c.si quem,de procurat.li.6.

AD DECIMVMQVINTVM, distingue an negetur ullo pacto eas deberi, an quo ad quotam,vide Castrum,de hæresi ver.decimæ,Cou.lib.1.c.3.nu. 2.Var.resol. So. lib.9. q.4.ar.1.de iust.& iure.

Dominium.

PRIMO,an sufficiat titulus ad probandum dominium,& an requiratur probare auctorem eius,a quo dicit se habuisse dominium,vide Boer.decis.42.num.25.& quot modis probetur dominiũ,vide ibidẽ,nu.32.& an per solutionẽ Census,seu Canonis seu pensionis Ecclesia probet dominium,seu possessionẽ directã,vide Abb.in c.accepimus,nu.1.de priuileg.in consilio 74.incipiente Ciuis quidam Senensis. 1. volum. Guid.Pap.decis.272.Roman.consi.126 gl.in c.Bonę memoriæ,in uer.vnam procurationem de appellat.& gl.in c.cum venerabilis,in ver.locasset,de relig. domi. Nouel. de iure prothom. §.primus, num.155.ex Baldo, in l.cum de in rem verso,ff. de vsur. & Abb.in c.fi.de cau.possess.& propriet.dicit solutionem census diuturnam probare titulum,modo sit per tempus,cuius memoria non extat in contrarium, Iason.in l. si certis annis,nu.12.C.de pact.& §.5.nu.96.& infra dicit,confines probare dominium antiquissimum,& iurisdictiones.Alex.in consi.150.nu.9.vol.6.& alia ibi cita.

per Nouel.vide in verſ.libri,& deciſ.42.eiuſdem Boer.nu.11.vbi dicit,quod per vnū inſtrumentum venditionis rei emphyteuticæ,aut locationis perpetuę, nō probatur dominium,contra emphyteutam;vide Abbatem conſ.54.in 1.dub.& lib. 1. quando locatio probet dominium,vel poſſeſſionem,vide Boer.deciſio.105.nu.13.14.& 15.c. cum veniſſent,de reſtitut.ſpoliat.vide Nauar.in conſ.4.de præſcript. & Iaſon in l.2. nu.215.uerſ.decimo ſeptimo quæro,dicit inſtrumentum emphyteuticum non probare dominium Eccleſiæ,vide Gem.in cap.1.verſ.vlterius quærit,de præſcript. lib.6. ubi ponit diſcrimen tituli boni vel mali,fidei bonæ,vel malæ, prædeceſſoris reſpectu ſucceſſoris.

Secundum,dominium antiquiſſimum loci,iuriſdictionis,& confinium, ſeu terminorum,ſeu titulorum probari poteſt per famam,Beltran.conſil.171. Nouel.de iure p thom.§.quintus,nu.96.& 97.

Tertium,An dominium,ſeu poſſeſſio probetur per obligationem,vel ex locatione? affirmatiue reſpondetur.Vinc.de Franc.deciſ.204.nu.12.& 20.vide etiam Affl. deciſ. 325.& 331.in vl.

Quartum poſſeſſio ſola non ſufficit actori ad probandū dominium, Afflic.deciſ.40.n.4.

Quintum,An,& quando ſolutio Cenſus probet poſſeſſionem, vide Afflic.deciſ.325.& Abb.in c.quanto,nu.2.de Cenſ.Vide Gem.in c.1.verſ.quęro,an potens,de præſcrip. lib.6.licet remiſſiue.

Sextum,Dominiū difficillimū eſt probare,l.iubemus,la 2.C.de Sacro ſan.Eccleſ.Abb. in c.Epiſcopi,nu.j.de reb.ec.nu.2.

Septimū in poſſeſſorio ſufficit Probatio ſolutionis Cenſus duorū annorū, in petitorio. 30.vel 10.Rodoan.tractat.de reb.Eccleſ.non alien.q.1.in fi.

Octauum,In alienatione rerum,quæ alienari non poſſunt.non transfertur dominiū, nec currit pręſcriptio,Dyn.in c.cum quod,nu.4.& in c.quod contra.

Nonum,quomodo dominium probetur per teſtes deponentes de aliquo facto, & non. de auditu,& optimam practicam probandi dominium , vide apud Caputaq.deciſ. 279.& ſeq.1.p.& deciſ.269. 3 p.,vbi dicit teſtes ſingulares probare poſſeſſionem alicuius,dummodo ſint conteſtes.Felyn.in c.licet ex quadam, de teſtib. Abb. Anto. & Inno.in c licet cauſam,ver.in ea gl.de prob.

Decimum,Dominum probatur ex deputatione Gubernatoris,& Iudicū,& iuriſdictionem exercentium.Corneus,conſ.333.nu.3.vol.1.Caputaq.deciſ.283.p.3.

Vndecimum,dominium probatur ſi quis probat ſe percepiſſe fructus tanto tempore, quod ſufficit ad præſcriptionem,Bar.in l.ad probationem, C.locati.Franciſcus Balbus tract.de præſcrip.2.p.3.pr in.c.2.nu.8.

Degradatio.

S V M M A R I V M.

1 *Quibus in delictis fieri poſſit,& debeat.*

2 *A quibus,& quibus ſociis.*

3 *Vbi quibus indumentis,& an cum degradato actualiter poſſit Epiſcopus diſpenſare.*

AD PRIMVM,Vide Syluеſ.in ver.degradatio,nu.4.§.2.& Diaz in Prac.Cri.Can. c.130.& 131.& quando Clericus,vel Epiſcopus poſſit degradari propter coniurationem factam contra Principem,vel dominum terrę,vide Abb.in c.at ſi Clerici,de iudic.Capyc.deciſ.130.nu.73.

AD SECVNDVM, Vide Conc.Trid.Seſſ.13.c.4.de reform.& de Cath.inſtit. tit. 46. num.

nu.69.& 70.Degradatio,de pœn.lib.6.&'c.nouimus,de ver.figni.Roman.fing.165 & circa degradationē hæreticorū.vltra pdictos vide Peng.Cō.45.in 3.p.Direct.Inquil.

AD TERTIVM,vide Anchar.in d.c.degradatio,& practicā habes in Pontificali.Dubiū est an Prælati Religiosorum possint cognoscere de causis Religiosorū,& de criminalib.quæ requirunt depositionē,& Nau.in c.non dicatis,12.q.2.nu.63.videtur dicere quod non,& Cōc.Trid.lo ci.loquens de degradatione facienda,solum hoc tribuit Episcopo,vel eius Vicario generali.

Duellum.

PRIMO,de requisitis ad duellum,& de ipso vide plura per Gui.Pap.q.623.& 617.& Rebuf.in.l.vnica,C.de gladiat.lib 10.& Capy.dec.130.nu.74.

Secundò,qualiter detestetur,& omnino de medio tollatur,& penitus ex Christiano orbe exterminetur.vide Conc.Trid.sess.25.c.19.de refor.

Tertiò,illud decretū habet locū in priuatis duellis,q̄ fiunt sine alicuius principis auctoritate,& consensu,& sine patrinis,ita censuit Sac. congre.Declar.329.in meis.

Quartò Ep̄s pōt dispensare cum Clerico pugnante in duello,modo mors,vel mutilatio non sequatur;Sylua.tract.de benef.4.p.q.7.nu.8.ver.9.& Diaz prac.crim.canon c. 93.

Quinto multas pœnas,& censuras,quæ incurruntur ob duellum commissum, vide in Conc. Trid.lo.cita.& in ti.de cler.pugn.in duello.& qualiter puniatur in Regno ꝓuocans ad duellum, vide prag.quę incipit:Nouis occurrentib.ti.de duellis,vbi imponitur,pœna capitalis.

Sexto de pœnis pugnantiū in duello,seu duellū permittentiū,vide Bul.Iulij.II. 9. quæ incipit:Regis pacifici, Leonis X.29.Cemē.VII.11.Iul.III.56.Pij IIII.25.Gregor.XIII 28.& Leo.X.addit spectatores,auxiliantes,consiliantes,fauentes, &c. Nauar. consil. 1.& 2.de purgat.vulg.

Dos.

PRIMO,promissor dotis, ēt sine peccato tenetur ad vsuras dotis proportionabiles soluendas,& alimenta,& interesse ex mora,& Capyc.decis.65.nu.5.& hoc etiam in antefato,seu quarta.idem ibidem.

Secundò hoc ēt valet in vidua,quæ non potest habere dotem ab hæredib.sui mariti, nā potest petere illius vsufructum,Couar.lib.3.c.1.nu.3.§.6.var.resol.Nau.c.17.nu. 213. Syluest.in ver.vsura, 3.nu.7.

Tertiò,Dos,non potest fieri deterioris conditionis,ēt de consensu mulieris,l. de die,& l.Attilius,ff.de iure dotium,Vinc.de Fran.decis.54.nu.4.c.ex litteris,de pign. & Couar.pract.q.c.24.nu.4.

Quartò,Dos non mutatur,si relicta fuerit alicui pro maritagio,si illa ingrediatur Religionem approbatam Capy. decis. 204.ꝙ vide in versi.Legatum,§.4.

Quintò,de causa dotis,quando est connexa cum matrimonio,potest cognoscere Iudex Ecclesiasticus, gl.in c.si annū,in vers.depēdēt.b.de iud.lib.6.& ibi Gom.nu.20.& gl. in Reg.Accessoriū,de reg.iur.lib.6.vel incidenter.Vinc.de Fran.decis.187.nu.3.

Sextò,dos si non soluatur statim marito,ēt si in pecunia fuerit illa promissa,potest post biennium petere interesse,Capyc.decis.183.

Septimò,valet pactū inter promittentē dotē,& inter eū,cui promittitur, quod donec dos soluatur in pecunia,debeat vir accipere a promittente tot pro centenario mēse quolibet,si sustinet onera matrimonii,& ēt sine promissione debentur vsurę ratione dotis non solutæ,& interesse,Capyc.decis.56.nu.4.& 5.Cald.in c.salubriter, de vsur.

Octauò,dos, antefatum, paraphernalia,& donatio propter nuptias, quā hypotecā habeant,& quando pręferatur prioritb.creditorib.talia habens mulier vide Couar.lib.1. c.6.Var.resol.& in c.qui prior,nu.10.17.de reg.iur.lib.6.

Nono,dos an debeatur filiæ spuriæ,affirmatiue respondet Couar.ex communi sententia, de sponſ.2.p.c.8.§.6.nu.11.

Decimo,si dos promissa fuerit marito,& non soluta,an teneatur alere vxorem,negatiue respondet Addit.ad q.87.Capell.Tolos. secus si non fuerit ei promissa, quia tunc tenere tur eam alere,etiam si ei non soluatur, idem ibidem; oppositum tuetur Couar.de sponſ.2.p.c.6.nu.2.

Vndecimo,an debeatur a patre filiæ, si nupserit alicui inuito patre? Respondetur quod sic,modo nupserit viro honesto.Capel.Tolos.q.299. alias non.Ioan.Andr.in c. accedens,de procur.gl.in c.vl.32.q.2.idem de auo paterno,non,aūt materno,idem si fuerit semel dotata,& dos est deperdita,Addit.ibidem.

Diuortium.

DIuortium,quo ad separationem thoti non debet fieri sine licentia Episcopi, tamē facta tenet. Abb.in eis quæ allegat in c. præterea,de conuerſ.coniug.nu. 3. Couar.. de sponſ.2.p.c.7.§.6.nu.8.

Delegatus.

PRIMO,iurisdictio delegati incipit perpetuari per solam citationē Guid.Pap.q.42i. nu.2.Gom.in q.3.col.1.verſ.tñ contrarium de subrog.colli tig.gl.in clem.2.vt lite pēden.Gom.in q.45.de ann. posseſ.& q.81.& 54.& 56.ibidē,& sic ēt mortuo delegante non expirat iurisdictio delegati,ratio,quia res non est integra,c.licet,c.relatum,c.legatos,de offic.deleg.extra,lib.6.Maran.4.p.d.5.n.61.hoc intellige fuit si factum decretum citationis viuente delegante,licet exequutio facta sit illo mortuo,Ror.deciſ.9.de dolo & contum.in antiquis Caputaq.deciſ.125.p.2.

Secundo,in gratiis,etiam re integra,morte mandantis non expirat iurisdictio delegati,c.si super,eo.ti. lib.6.cap. si cui,de præb.eod.li.vide deciſ.Rot.de offic.deleg. in nouiſ.12.alias 349.& deciſ.19.de præb.in nouiſ.Staphi.de lit.grat.f.202.ar.1.2.& 3.Gom. trac.de præiudicio,nu.121.

Tertio,ēt per citationem nullam ipso iure perpetuatur Iurisdictio.Gom.in c.1.nu.126.. de constit.lib.6.limitatur,hoc,nisi sit defectus iurisdictionis,quia tunc secus,idem q.. 45.de ann.posseſ.an ēt per Rescriptum subreptitium,detur iurisdictio? Respondetur quod sic,Innoc.in c.super literis,nu.6.de Rescript.

Quarto,delegatus debet citare cum inserto tenore sui Rescript,adeo ꝙ hoc non facto,. non teneatur pars citata comparere,Inn.& Hostien.in c. propterea,de dilat.Gui.Pa.. q.445.Maran.q.1.d.5.n.59.& infra,& 6.p.ti.de ci.nu.75..

Quinto,Delegatus Principis regulariter potest subdelegare, hoc fallit primo in nudo ministerio sibi cōmisso,c.fi.§.vlt.de offi.dele.Secundo fallit,qñ eligitur industria personę,c.is,cui,eo.ti.lib.6.& quādo eligitur industria colligitur ex verbis delegationis, Capyc.in deciſ.157.n.6.Abb.in c.singulis,nu.3.de statu mon. Tertio fallit in his,quę Principes sibi reseruauit,quæ postea alicui remittit,Couar.lib.3.c.20. nu. 6. Quarto fallit in delegato Legati Cardinalis a latere,Couar.lo.ci.varia. resol. Quinto fallit in eo,cui cōmittitur testium examinatio,nisi de consensu partium,Inn.in c.causa, de restitut.vide Bal.in Marg.Innoc.in ver.testium,Sexto fallit,qñ committitur per ver bum mandamus,vel precipimus,vel quando diceret,causam per te cognoscere debes,vel diceret,super quo tuam conscientiam oneramus,quia tūc videtur ablata Sub delegatio,& videtur electa industria personę.Fely.in c.eam te,col.7 ver.nihilominus, de Rescript.Imola,& Abb.in c.fi.de offi.deleg.Maran.in tract.an iudicium sit ordinarium,vel delegatum,nu.27.vel melius addit.Foller.Adde Iason.in l.quod ius, nu. 9.uerſi.tertio bene facit,de iudic.& in l.a iudice,nu.18.eod.ti. & Bal. in c. Si pro debilitate,col.4.de offic.deleg.Panor.in c.cum in ueteri,de elect.licet aliqui cōtrariū te-

neant, ut Angel. Aret. in Authent. ad hoc; delegatos Principe, debet intelligi a Principe non recognoscente superiorem, de iure, uel de facto, secus vero de legatis Episcoporũ, Ducũ, Marchionũ, Comitũ, Baronũ, & aliorũ Principum seu dominorum recognoscentium superiorem, ita Iason, in l. a Iudice nu. 17. de Iudic. Industria personæ dicitur tunc etiam eligi, qñ mandatur fieri aliquid incerti, vel incertis personis, secus uero, quando mandatur fieri aliquid; certi, vel certis personis, vt si in legato vel testamento relinqueretur distribui aliquid in certis pauperibus, vel prouideri de beneficiis in certis personis, vel eligi psona incerta. Gem. in c. si cui, notab. 3. de of. de. li. 6.

Sexto, Delegatus super causa iuris patronatis, vel beneficii non potest exequi suã sententiam, instituendo, vel conferendo, sed lata sententia, eius executionẽ mandat Ordinario, cui de iure cõpetit institutio, & collatio, c. super eo, eod ti. c. ex frequentib. de instiut. verũ si Ordinarius nollet ad mandatũ delegati instituere vel conferre, ipse delegatus instituet, & conferet, per c. prudentiã, in fi. eo. ti. Io. de Sylua. tract. de benefic. 2. p. q. 13. nu. 1. & c. significasti, eo. ti. tamen distingue cũ Hostien. in Sum. hoc ti. nu. 2. §. quis delegare possit, vbi dicit, ꝙ delegatus à Principe, exequitur suã sententiã, delegatus ab Ordinario non. Adde Iason, in l. cum specialis, n. 9. de iudic. vbi plus dicit, nempe, posse ẽt exequi sententiam eius, qui uice sua iudicauit, & hoc intellige in delegato Principis.

Septimo, Delegatus lata sententia, non habet tempus ad exequendum eam, nisi vnius anni, quo elapso Ordinarius & non ipse, exequitur, c. quærenti, & glos. ibi, eod. tit. fallit primo, quando fuit appellatum a sententia diffinitiua, vel ab aliquo grauamine, quia si iudex ad quem, pronunciauit malè appellatum, tunc non currit annus. Host. in Sum. tit. de offi. delegat. §. & qualiter. Secundo fallit, quando fuit appellatum à iudice delegato, & appellatio reperitur deserta, nam tunc delegatus, etiam post annũ exeq põt sñiam suam. Innoc. in d. c. quærenti, In ver. annum, de offi. deleg. Cap. Tolo. q. 8. & ibi additio. Gemin. in c. si delegatur, ver. quid si lata sententia, de offi. deleg. lib. 6. & dubitatur, an delegatus legati, possit subdelegare. Gemin. in c. 2. uers. quæro, de offi. leg. lib. 6. quarto magis Episcopi.

Octauò, Rescriptum delegati debet esse perenne quo ad cognitionem causæ, l. falso, C. de diuers. rescript. Gom. in c. 1. nu. 204. de constitut. lib. 6. Io. de Sylua. tract. de benef. 3. p. q. 64. nu. 4. sed vide eius distinctionem; Hoc tamen fallit, quando res non esset integra, per c. gratum, & alia, prout supra, adeo, quòd si venit excommunicatio Papalis, seu Rescriptũ in partib. commissũ Ordinario, & incæpit vnam monitionẽ, vel fuit præsentata, & decretum de monitionibus factum, res non dicitur integra, succedente interim morte Pontificis, vel principis delegantis.

Nono, Dubiũ est magnum in apparentia, in c. fi. §. cæterum, de offi. Deleg. & c. fi. de of. Ordin. & glos. in versi. commissum, in fine, nam is, cui per delegationem commissum est nudum ministerium, non potest alteri subdelegare hoc, vt verbi gratia, Papa committit alicui Ordinario ut absoluat aliquem, hoc non potest subdelegare, & tamen in d. c. fi. de of. Ordin. vr̃ dici oppositum, sed ex tex. elicitur responsio, qđ si absolutio, vel quid simile, committitur Ordinario ex officio suo, & non ex delegatione, illud potest alteri subdelegare, delegatus vero non potest; Ratio est: quia est nudũ ministerium, & eligitur industria personæ, c. si cui, cum vulgatis. Ampliatur, etiam si Ordinarius hoc habebat ex priuilegio, vel etiam ex commissione Papæ, vide Couar. libro 3. c. 20. n. 5. var. resol. & maxime facit hoc pro intelligentia. c. liceat, sess. 24. Conc. Trid. vide Syl. in ver. delegat. nu. 11. Nauar. cons. 6. de offi. iu. deleg.

Decimo, An Episcopus successor succedat in iurisdictione delegata suo prædecessori, distingue cum c. quoniam Abb. hoc tit. & glos. in Clem. vnica, in fine, hoc tit. vbi etiam tangit in nudo ministerio.

Vndecimo solet interdum Papa excitãdo aliquem Ordinarium, ut vigilantius se ha-

beat erga gregē ſuū,& in particulari,vt caſtiget talē,vel talē,ſcribere illi,hoc non dicitur delegare,ſed excitare iuriſdictionē illius,c.licet,de offi.Ord.hod tñ fallit, quādo Papa vteretur verbis præceptiuis,vt præcipimus,iubemus,vel ſimilib.quia tunc eſſet delegare,Gom.in c.1.nu.12.de Reſcript.lib.6.

Duodecimò,ſimiliter qñ Papa in aliqua Diœceſi conſtituit Inquiſitorē, non ob hoc videtur derogare Iuriſdictioni Epi,quin ſit ipſe Ordinarius ēt in ſua iuriſdictione, qa concurrit cū Inquiſitore,vt dicā in ver.hæretici,c.per hoc de hæret.lib.6.

Decimo tertiò,Delegatus non poteſt implorare brachium ſeculare,Bal.in Marg.Inno. in ver,delega.q.2.& citat Innoc.in c.1.de offic.Archi.& c.1.de præben.ſed hoc intelli ge,niſi hoc ēt haberet in commiſſis,& niſi adſit Clauſula,quod poſſit inuocare auxilium brachii ſæcularis.Afflict.in Conſtit.poſt mundi,nu.50.

Decimoquartò ſi Ordinarius delegat,pōt reuocare ſuā delegationē,ſimiliter delegatus ad vniuerſitatē cauſarū,ſed delegatus ſubdelegans,nō poteſt ſublegationem reuocare:hoc intellige,quando ſibi nihil retinuit.Hoſtienſ.in Sum.tit.de offic.deleg. §. quæ delegari poſſunt,nu.6.

Decimoquinto delegatus,per decretam citationem in vita Pontificis,licet non exequutam,mortuo pōtifice perpetuat iuriſdictionem.Caputaq.deciſ.115.

Decimoſextò,an delegatus a Principe,ſi delinquat,Ordinarius poſſit eū punire. Cap. Tolo.q.423.tenet q̄ ſic,p Cynum in Auth. Qua in prouin.vbi.de crim.agi oportet. vt qñ excederet formā mandati,vel procederet in caſu,non cōcluſio in ſua cōmiſſione,vel vellet exequi, vel procedere,antequam oſtendat ſuam commiſſionem, addit, ibidem,vbi multa dicit pro practica quotidiana;Similiter Ordinarius poteſt reſiſtere delegato Papæ qñ uellet procedere in caſu non incluſo in eius Reſcripto notorie. Gem.in c.ſi eo tempore,verſ.nota iſtud dictum,de Reſcrip.lib.6.Similiter pōt ordinarius prouidere qñ delegatus grauat aliquē contra diſpoſitionē c.ſtatutum de Reſcrip.lib.6.Gem.ibi,ex Ioan.And.in vltimo;Similiter Ordinarius pōt adiri pro executione gratia factæ a Papa;idem in c.ſi ſuper,ver.itē,de offi.deleg.lib.6.

Dignitas.

PRIMO, dignitas quid ſit,& quotuplex vide in ver.beneficium,§.1.ver.12. vbi vna tm̄ reperitur dignitas, nō cadit ſub diſpoſitione, & reſeruatione Regularū cancell. Gom.de expect.n.45.& qūo cognoſcant dignitas,perſonatus,& officiū:vide Ancha. in c.de conſuetud.nu.6.lib.6.canonicus Eccleſiæ cathedralis de iure communi non dicitur in dignitate poſitus,vt patet per omnes,in capitulo ſtatutum, de reſcript.lib. 6.tamen large venit.Felin.in c.paſtoralis,nu.12.de offic.dele.Caputaq.deciſ. 257.p.1.

Secundo dignitas,an ſit Militia,Doctoratus,& Sacerdotium,de ſecundo, et tertio eſt clarum,vide Iaſon in l.ſi quis in cognoſcendo,num.2.3. de pact.vbi diſputat per multa de dignitate Doctoratus,& de Sacerdotio;habetur etiam Eccleſ.c.45. vbi habetur, vt ſit illi Sacerdotii dignitas in eternum,de militibus & equitibus limita , prout ibi, ſed hic ſumitur dignitas largo modo & non pont in c.ſtatutum de Reſcrip.lib.6.&in c.cum dignitates Sac.Conc.Trid.ſeſſ.24.quod eſt c.12.de refor.

Donatio.

PRIMO,Donatio omnium bonorum præſentium,futurorum , vel præſentium tantum,futuræ hæreditatis,an valeat?vide Abb.in c.2.nu.2.de conceſ. præb. & ibi addit.Ant.Frāc.in littera E.Ang.Imo.Alex.& alios, in l.ſtipulatio, ff.de verb.obl.Dec. in c.in præſentia,nu.7.de probat & in conſ.438.Nau.de reg.com.1.c.33.nu.26.

Secundò, an donatio inter virum & vxorem poſſit fieri,vide Abb.in rub.de donat. & annota.ibi.

Tertiò,quot modis reuocetur donatio; vide in c.ſi.hoc ti. & in uer. iura.abſolutio. §.2.

Quarto,

Quartò, maritus donans vxori in compensationem nobilitatis, ætatis, vel huiusmodi, vxor potest sibi lucrari illud, etiam si moritur maritus post matrimonium ratum, vel paulo post consumatum, Afflict. dec. 61. Sylue. in uer. donatio, 2. §. 1. nu. 2.

Quintò, donatio inter viuos, seu simplex, Licet regulariter prohibeantur inter virum & vxorem, tamen fallit in casibus, prout Syluest. lo. cit. §. 3. nu. 4

Excommunicatio.

PRIMO, Excommunicatus non est percutiens, vulnerans, mutilans, vel occidēs Clericum inuentum turpiter agentem cum quatuor speciebus personarum, scilicet cū vxore, matre, sorore, & filia. Glos. in c. si quis suadente, in ver. violentus, 17. q. 4. cap. si verò, de sent. excom. il 1. & hoc non ex interuallo temporis, sed ex subita passione, Couar. de spons. 2. par. tit. 7. §. 7. nu. 12. Syluest. in ver. excommunicatio, 6. c. 10. Tab. in eo. ver. 5. casu 1. §. 8. nu. 31. & an possit maritus, pater, filius, & frater, facere per aliam personā siue cōiunctam, siue per pretium, siue per assassinum. Affli. in Constitut. Pacis cultum, q. 15. nu 40. videtur declinare in partem affirmatiuam, & ego puto, quod neque incurratur excommunicatio, sicut licet patri, & coniunctæ personæ verberare filium per alium quando ipsi per se non possunt. Tab. ver. excommunicatio, 5. & Iudex Ecclesiasticus potest torquere Clericum, per alium, prout dixi in ver. tortura, §. 1. & Syl. in ver. excom. 6. §. sciendum, nu. 6. ver. vndecimo.

Secundò, quòd dixi de vulnerante, &c. intellige, si incontinenti, vel sine deliberatione, & vt dixi sup. Nauar. c. 27. nu. 84. quamuis Couar. lo. cit. nimium scrupulizet, dicens, textum illum non intelligi de occidente, & quid si occidat, non ex deliberatione? dicitur ꝙ oporteret saltē absolui ab Episcopo, quia text. ille fundatur in l. Gracchus, C. de adulter. vbi habetur, quod difficile est, iustum dolorem temperare; & l. si adulterium, §. imperatores, ff. de adulter. hoc tamen fallit, si occidat illum remisso dolore, vel se abscondendo in aliquo loco, ad hoc vt clericus ad suam vxorem accedat, & postea exiliens, eū occidit, quia modo esset ex deliberatione, & incurreret pœnam à legibus statutam. Nau. cons. 26. de sent. excom.

Tertiò, Ampliatur Primò, hoc intelligi, etiam de sponsa de præsenti, etiam ante copulā, Couar. lo. cit. 1. p. c. 1. nu. 8. glos. in dicto c. si vero, in ver. cum vxore, glo. in c. descriptionem, in ver. reatum, de eo qui cogno. vxor. & c. hoc tamen limita, si matrimonium ꝑ verba de præsenti fuerit contractum, iuxta formam sac. Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. de refor. ampliatur, hoc intelligi de sorore, etiam illegitima, Astens. lib. 7. tit. 3. q. 9. versi. 11.

Quartò, turpiter agere, non solum intelligitur de actu obsceno, vel dormitione, sed de amplexib. osculis tactib. turpib. & indecentib. vel in loco suspecto, Nau. lo. cit.

Quintò, si inueniret dictum clericum sponsa de sponsa de futuro, & verberaret eum, vt sup. sufficeret absolutio Episcopi, Couar. lo. cit. nu. 2. ver. 2. & quot modis quis excusatur ab excommunicatione ob clerici percussionem, vide Innocen. in c. veniens, de sen. excō. Nau. c. 27. nu. 80. sed hæc oīa intellige de excommunicatione euitanda, & nō de peccato mortali, ꝙ incurrit de iure Can. Abb. ī d. c. si vero, n. 8. & Coua. vbi sup.

Sextò, quid dicendum, quando duo rixantur, & alter se defendens excederet quodammodo modum defensionis, & vulneraret socium, quo cum rixatur, an sit casus Papalis? respondetur negatiuè, glos. in c. significasti, il secundo, in ver. moderamine, glos. in c. olim, in fi. de restit. spoliat. Nauar. c. 27. nu. 82. notab. 15. Syl. in ver. excommunicatio, 6. §. sciendū est, 4. ver. 9. Gom. in c. 2. nu. 54. de Constitut. lib. 6. Ratio est: quia in rixa nō cōsideratur moderamen inculpatæ tutelæ, quando indeliberatè insultatus excessit modum, Foller. pract. crim. tit. de defensio. nu 16. Ratio rationis est: quia primi motus non sunt in consideratione nostra, idem 4. par. principali, nume. 22. & in fragm. numero 57. & 58. & nota pro practica quotidiana, quod excedens in defensione, punitur solū pro illo excessu, & tāto magis, qn̄ fuisset ꝓuocatus, & alleuiat culpam,

pam, seu pœnam, & facit in illam non incidere, Afflict. dec. 206. num. 3. & 4. vide Anchar. in c. dilecto, nu. 12. de sent. excom. lib 6. versi. sed iuncta prædicta immò percutiens clericum se defendendo, non incurrit, etiam si percutiendo modum excederet, dummodo non faciat hoc ex proposito. Clarus, § homicidium, vers. præterea etiam, idem de prouocato à clerico se defendens, non incurrit, nec de homicidio tenetur, Clar. q. 60. ver. nunc quæro.

Septimò, percutiens clericum excommunicatum, non committit sacrilegium, c. excommunicatorum, 23. q. 5. Si Fiat zelo iustitiæ.

Octauò, quando esset depositus vel incorrigibilis, vel degradatus, hæreticus, vel bannitus. Syl. in vers. exco. 6. à nu. 6. & inf. Nauar. c. 27. à nu. 80. per 26. exceptiones.

Excommunicatio. causa efficiens.

PRIMVM, dubium, An Episcopus possit excommunicare subditum suum extra suā diœcesim existentem? Respondetur primò negatiuè, gl. in c. nouit, de offic. deleg. in ver. terminos, & gl. in Clemen. 1. in ver. iurisdictionem, de foro compet. Nauar. c. 27. nu. 6. Secundo bene verum est, quòd dum existit in sua Diœcesi, potest ibi excommunicare non residentes in beneficiis suæ Diœcesis, etiam si ipsi non residentes sint extra Diœcesim Nauar. loco citato. Tertio similiter potest ipse Episcopus extra Diœcesim, existens excommunicare subditos sucs in notorijs, Syluest. in uer. excommunicatio, 1. dub. 6. in fine, & Nauar. Nec obstat c. 2. de constitut. libro 6. quia potest Episcopus hoc ratione rei sitæ, seu contractus, per c. fi. & c. 1. §. contrahentes, de foro comp. lib. 6. & Ratio est, quia in notoriis non requiritur indagatio, vt patet, & Côc. Trid. Sess. 23. §. eod omnino, dicit Episcopum posse procedere contra absentes non residentes per censuras ecclesiasticas. Quartò, si fuerit citatione præuentus, & postea discessit à territorio, potest tunc excommunicari in contumaciam, patet ratione criminis, iuribus allegatis, quod dixi, patet, quia Episcopus non potest quæ sunt iurisdictionis contentiosæ extra suam Diœcesim, quia ibi est ad instar priuati, l. 2. ff. de offi. Proconsul. & Lega. & l. fi. de offi. Præsid. Ratio est: quia Iurisdictio cohæret loco, vel tetritoro, vt li. fi. & ibi Bar. C. vbi & apud quos. Vide Gemin. in c. 2. ver. vlt. quæro, de const. lib. 6. vbi habes bonam practicam.

Secundum dubium est; Aliquod beneficim nullius diœcesis habens populum sub se, homines illius populi volunt impetrare excommunicationem, dubitatur a quonā possint illā impetrare, an ab Episcopo viciniori, vel ab illo, qui obtinet illud beneficium? ad hoc Sac. Congreg. Declar. 377. respōdet negatiuè, sed confugiendum esse ad Sedē Apostolicam, sed hoc fallit, quando ille beneficiatus haberet Episcopalem iurisdictionem, vt sunt nonnulli cōmendatarij, quia tūc possent illā concedere, vt patet iuribus vulgatis, & praxi quotidiana, & sic vidi obseruari in Abbatia S. Angeli ad Fasanellā.

Tertium dubium; An episcopus excommunicatus possit excommunicare; respondetur Primò, quod si est occultus, potest. Secundò, si est publicus, & non, in duobus casibus, Conc. Constantiēs. etiam potest; Franc. Victo. in Sum. de Sacram. tract. de excomm. nu. 16. Syluest. in ver. excommunicatio. 3. nu. 1. §. 10. & 11. gl. fin. in c. cum dilectus, de consuet. imò, nec eius Vicarius, modo quo supra, prout dicam in ver. Vicarius, versi. 8. vide Innoc. in c. exceptionem, nu. 1. de except. & in c. ex tuæ, nu 6. de Cler. nō resid. Couar. in c. Alma mater, 1. p. q. 11. nu. 4. Gem. in c. 1. uer. q̄ro, an collatio, de Rescr. lib. 6.

Quartū dubiū, An quisq; possit capere Clericum animo p̄sentādi suo Prælato: dic, q̄d sic Syl. in ver. excōicatio, 6. num. 5. §. 2. modo spatio vigintiquatuor horarum præsentet suo prelato, Nauar. ibidem, nu. 84. nu. 21. Abb. in c. vt famæ, nu. 6. de Sent. excommu.

Quintum dubium; An satellites capientes Clericum, vel de ordine Episcopi, vel in casu licito, & verberant clericum, essent excommunicati? Respondetur affirmatiuè, si ille per-

permittebat se quiete capi,& duci,c.si clericus,de sentent.excómun.lib.6. secus si se defendebat,& percutiebat,quia tunc tales si non possent illum capere,& ducere sine percussione,non inciderent, & colligitur ex dicto textu,a contrario sensu, & glos.in ver.excidatur,Angel.in ver.excommunicatio,5.§.5.vsque ad 10.Nauar.capitulo 27. nu.82.Notab.17.

Sextum dubium;Mulier impetitur a Clerico verbis lasciuis,an liceat illi mulieri propulsare illa verba verberibus;videtur q non,quia iniuria verbalis defensione verbali est propulsanda,secus non esset defensio cum moderamine,& ita sentit Nauar.in facto ibidem notab.22.licet Boer.decis.196.dicat iniuriam verbalem posse propulsari armis,vel aliis verberibus,& Foller.in prac.Crim.ti.de defensio.nu.11.dicit regulariter verba verbis esset propulsanda.

Septimum; mandans percuti clericum,si interim mandantem pœnituerit, an incidat in canonem,etiam si decesserit? vide Innoc.in c.mulieres,de sentent.excommun.

Octauum;An locorum Ordinarii possent torquere clericos per manus Laicorum? respondetur q cũ hodie non reperiantur clerici,qui vtantur arte tali,nec sciant ligare, & soluere,& erigere clericum torquendum,quod possunt,ita passim introduxit cõsuetudo,Nauar.lo.ci.Notab. 24.Diaz prac.crim.canon. c.17.& ita ego practicaui.idẽ Nau.in c.nullum, 18.q.2.nu.52.ti.de Reg.ad trir.damn. & in cons.5. de foro comp. Tabien.in ver.excom.5.& est communis Modernorum.

Nonum;An prælatus possit excommunicare aliquem denegãtem sibi censum debitũ; affirmatiue respondet Innoc.in c.significauit,nu.3.de censib.

Decimum; quinam sint casus papales,quiue Episcopales, & quomodo possint cognosci? vide Nau.lo.ci.a nu.88.& infra,& Syluest.in ver.Absolutio,4.per totum.

Vndecimũ;an quilibet posset capere,seu ẽt ligare clericum,vel vt eũ auertat a flagitio, vel sibi debitorẽ suspectũ de fuga,modo quã primum eum præsentet suo Prælato? affirmatiue respondet Syluest.in ver.excõicatio,6.nu.5.ver.2. Abb.in c.cũ non ab homine,nu.10.de iud.& ibi Bal.col.3.& in c.dilectis,col.5.de appella.Addit.ad Dyn.in c.ea quæ,de reg.iur.lib.6.litera B.vers.ego puto dictum.

Excommunicationis causa materialis.

SVMMARIVM.

1 *Pro qua quantitate possit admitti excommunicatio.*
2 *Pendente lite,vel post publicationem factam in causa, an possint concedi monitiones excommunicationis,& postea fulminatio ipsius.*
3 *An principalis teneatur reuelare.*
4 *An in causis criminalilib.sint concedendę monitiones,& sententia excommunicationis,& si sic,an cũ Clausula,quę apponi solet in forma significauit,& quid si inde sequeretur mors,vel mutilatio,sit suspicio irregularitatis.*
5 *An debeant suspendi monitiones,parte contradicente.*

ANTEQVAM Singulis quæsitis respondeatur, non erit inutile notare hanc practicam,quæ(meo quidem iudicio,)optima erit,vt maturius hac in materia procedatur,& cum causę cognitione,prout iubet Sacrum Conc.Trid.Ideo sic erit practicandum,vt præsentatis capitibus super quib.petitur fieri monitiones, reuelationes, ac denique (si opus erit) fulminationem excommunicationis, antequam prælatus concedat illa fieri, faciat dicta capita intimari parti, quod iure, & ratione comprobatur, iure: nam Citatio est de iure naturali, Clement. Pastoralis,§.cęterum,de re iud.l.vt vim,& ibi latè Doctores,ff.de iust.& iure,& in oibus actis est necessaria, vbi adest

adest interesse partis Maran.6.p. ti. de citatione, nu.3.Gom.tract.vtr.sign. rōne,quia tractatur de damnatione animæ in futuro, de fama, & medicina hominis Christiani in præsenti sæculo,c.medicinalis,de sent.excom.lib.6.& audita parte, eique non allegante aliquod releuamen,vel probante aliquid, quo dicta concessio possit impediri,vel omnino auferri,per prælatum decerni concedendas esse præfatas monitiones,per Regulam, Actore non probare,&c.gl.in c.de his crim.de accusat. Conar.lib. 1.& c.1.nu.8.var.resol.& sic vidi practicari in Archiepiscopali Curia Neapolitana, & Nau.in consi.38.n.2.de sent.excom.dicit,quod monitorium super reuelationibus factum,si non continet Clausulam iustificantem, est nullum, quia debet continere Clausulam,vt si iustam causam habuerit allegandi,audiatur infra terminum præfixū quia resolnitur in vim Citationis,vt notat gl.in c.ex parte de verb. signif.

De causa materiali,vide Syluest.in ver.excommunicatio,1.per totum,Nauar.cap.27.à num.13.Tabie.in ver.excommunicatio,in causa materiali, Astens.lib.7.tit.6.tamen hic pro practica Curiarum Ecclesiasticarum respondetur ad Primum, quo Sa.Cōc. Trid.Sess.25.c.3.de refor.optimè consuluit in hæc verba; Excommunicationes,quę monitionibus præmissis ad finem reuelationis,aut pro deperditis, seu subtractis rebus fieri solent,ab Episcopo decernantur,& tunc non alias, quam ex re non vulgari sed quæ sit ista res non vulgaris,est modo examinandum, nam Sot.4.Sen.dist.22.q.1. art.2.dicit,quod excommunicatio cum non sit ferenda,nisi pro peccatis maximis, cum sit pœnarum maxima,c.corripiantur, 24.q.3.non debet concedi pro leui furto, vel pro subtractis fructibus:hinc fit optime obseruare stylum Romanæ Curię, non concedendo excommnnicationes,nisi attingant summam quinquaginta aureorū, licet sint semotim subtracti,vel sublati,per rationem, quam tangit Sot.lo.cit. & lib. 4.q.7.art.3.de iust.& iure,vt simul,vel separatim colligerent totam vuam à vinea,vel expilassent totam arcam pecuniarum, etiam si quid modicum vnicuique cōtigisset,sed si simul hoc fecissent,res esset clara,Flor.Theol.in 4. Sent.tract.de excō.q.vnica,art.1.diffi.2.in 2.causa,Medin.c.de restitut.q.10.in fi.Couar.lib.1.ca.3. nu.12.var. resol.& in Regula,peccatum,2.par.§.3.Nauar.c.17.nu.130. & 140.& Sot.lib.5.q.3.ar. 2.dub.penul.de iust.& iure,Coua.in c.Alma mater,§.9.& sic quantitas furti est arbitranda sm circunstantias,primā locorū,vt in Ciuitate non detur proquātitate minori,q̄,quinquaginta aureorū,licet in oppidis,& villis possit dari p decē. Secundā circunstantiā personæ,vt si persona est pauper,cui auferantur tres, vel quatuor ducari', vel scuta,iuxta notata per Nau.c.17.a n.3.& infra,&Sot.dicit duos,vel tres aureos cōstituere pro se peccatū mortale, etiā,si quis eos furaretur Imperatori lib.5.q.3. ar.3.pa. 3.Tertiam circunstantiam rei,vt si res sacra.Quartam circunstantiam modi, vt per violentiam,& sic remanet Conclusio ad arbitrium Iudicis; Bene uerum est, quod non minus,quam in quantitate,quam tangit Soto & hoc in persona paupere de qua sensit magnam iacturam,ut in oppidis paruis,seu uillis ob rationem superius allatā a Doctor.Citatis,& præsertim a Nauar.c.27.num.10.& Rodoan.tracta. de reb. eccl. non alien.q.52.num.73.& infra,& in summa est considerandum, quod si pro furto quis non mereretur mortem corporis,nec pro illo non est infligenda mors animæ, quæ est excommunicatio,ut patet per omnes Scribentes: nam priuat triplici cōmunione,Charitatis Dei,suffragiorum Ecclesiæ,& societatis humanæ, & excommunicatus dicitur iumentum Diaboli,Nauar.per extensum,lo.ci.nu.17.& infra,& dicitur traditus Satanæ,& separatus à gratia,& custodia Dei,Inno.& Abb.in c.si quis, nu.3. de reb.eccl.non alien.

AD SECVNDVM,Quo ad primum est distinguendum,uel litigans petens excommunicationem,potest probare intentionem suam per alia monumenta, vel non, si primum,non sunt concedendæ monitiones, Sot.4.Sent.dist.22.q.1.ar.2.col.6. circa ult. & col.6.initio,quia excommunicatio non habet locum,nisi ubi alia non est uia possibilis,

sibilis,& quando res subtracta clanculo,& nullo alio medio sciri potest;si secundū dico Primò,quòd non facilè debent concedi indifferenter;Ratio prima est, quia litigans contra quem concederentur,posse dicere,ego vapulo duplici flagello,à Iudice coram quo litigo,& ab excommunicatione,quod est contra omne ius, quoniā Naū Propheta,c.1.dicit;Non consurget duplex tribulatio, vel Deus non iudicat bis in idsum,& suapte natura,vnum vni contrarium datur, Arist.in Postpræd.in c.de Oppositis;Secundo excommunicatio est medicina,c.medicinalis,de sent.exco.lib.6.& pœnę sunt medicinæ. Arist.in lib.Ethicor.& non est concedenda excommunicatio,ubi verisimiliter Iudex se nihil profecturum sperabit;Couar.in c.Alma mater, 1.p.n.16. sed ille,contra quem concederetur excom.dum litigat,vix duci potest, vt reueles sua secreta,per c.1.de probat ergo,&c. Tertio,quia reus posset allegare pendentiam litis coram alio Iudice,quæ exceptio est dilatoria,Afflict.dec.354 nu.9.facit rō, quæ assignatur à Sot.lo.cit.q. qn̄ foro ciuili,vel alia sæculari via pōt transigi, certè fas non est p potestatem spiritualem,qua homo priuatur suffragiis spiritualib.procedere. Dico secundo,quando quis non posset alia via tueri ius suum,& est causa alicuius momēti,& innocenter amitteret causam,& faciendo dictas monitiones,vel vltimo fulminando sn̄iam excōicationis,reperiret testes quibus probaret intentionem suā, tunc profectò sunt concedendæ,supposito,quod non sit res vulgaris,sed alicuius ponderis Ratio est apud Ecclesiast. Erue eos qui innocenter ducuntur ad mortem, adest ratio Concilii; Prima,si conceditur pro rebus deperditis,& subtractis, multo magis pro cā,quæ aliàs deperderetur,nisi litigans adiuuaretur hoc auxilio.Secūdo,quia in causis tam ciuilibus quam criminalibus,abstinendum est à censuris,quando potest haberi exequutio realis,vel personalis,sed hic supposito, quod nullam executionem litigans haberet,debent concedi,imò debent concedi,etiam sicut a simili de habilitatione,seu absolutione iuramenti,vt dicit Afflict.dec.220.nu. 10.& 11. in uita parte.

AD SECVNDVM,sunt qui dicant,quod post publicatam in causa non debent concedi istæ monitiones,vel excommunicatio; Ratio est, quia timor est de subornatione reuelantium,vt patet in Clem.2.de test.& alia iura vulgata, eo.tit.Marant.6.p.act.6. num.22.tamen hoc non obstante possunt concedi;Ratio est prima, quia potest producere testes quis etiam post publicationem, quando ante eam non fuerunt super omnibus articulis examinati,& ita tex.& ibi glos.in c.per tuas,in vet. interrogari,de testi.& glos.in c.feries,in ver.iuri contraria,&c.causam,il secundo, &c. cum venisset,eo.Secundò,quando iudex vellet interrogare testes,vt quia aliquid obscure deposuerunt,vel aliàs,quia hoc ei licet,etiam post publicatum in causa,c.cum Ioannes,de fide instrum.& ibi gl.in ver.postquam,Boss.de pub.proces.nu.3.4.& 5.Tertio, quia possent produci testes simul cum scripturis,& instrumentis etiam post publicatum, in c.cum feries,de testi.c.cum dilectus,de fide instrum. Couar.pract. quæst.c 20.nu. 8.ver.3 Mara.lo.cit.act.8.nu.48.Quartò,quando testes producuntur ad cōuincendū vel probandum falsum alterius,glo.ibi,& hoc vsque ad viginti annos, & hoc non solum post publicatum,sed etiam post sententiam; Quinto,quia post publicatum possunt recipi testes, etiam pro defensione rei Bal.in l.prima,§.fin.ff.de quæst. Bart. in l. diui fratres, ff. de pœn. Sexto, in crimine hæresis, vbi post publicatum recipiuntur testes, etiam super eisdem,tam pro, quam contra, Symanch. de Cath. institut. titu. 64. numero 8.Septimo,quia potest esse quod post publicatū, litigans acquirat aliud ius nouum,& tunc admittuntur testes, & citatio ad dicendum contra ista iura nouiter producta, Gom tract.vtri. sign. fol.91.col.1.Octauò,in matrimoniali,vbi sententia non transit vnquam in rem iudicatam,nā semper testes possunt recipi, etiā post sententiā,c.lator,de sent.& re iud.Nonò,quotiescunque agitur de euitando peccato mortali,capitulo veniens,& capitulo uenientes, de iureiuran. Couar. de spōs. prima p.c.4.Decimò,quando uellet quis uti testibus reuelantib.in secunda instātia, in

in causa appellationis, Clem. 2. de testib. & c. fraternitatis, extra eod. ti. super nottis, & ex directo contratrijs, Mara. 6. par. tit. de appell. nu. 16. Vndecimò, quando vellet vti exceptione contra personas testium, quia hoc potest probari etiam post publicatas attestationes, Abb. in c. 1. num. 5. de testib. & sic restat Conclusio, quòd cum litigans possit vti testibus reuelantibus tot modis, possunt concedi monitiones, & sententia, si opus erit, post publicatum in causa.

AD TERTIVM Vulgatum est apud quosdam, sed nescio vbi fundatum, quòd principalis non teneatur reuelare, potest facere pro hac conclusione c. 1. de probat. vbi dicitur, nulli dicendum esse ea, quæ contra se sunt, & ibi Glos. in ver. nulli, sed hoc dato, & non concesso, negari non potest, quod etsi principalis non teneatur reuelare, tenetur tamen restituere quod possedit mala fide, vt patet in cap. 2. de reg. iur. lib. 6. & D. Thom. 2. 2. quæst. 62. & Syluest. in ver. restitutio, 3. per totum, & § 6. ex professo, Facit quòd notat Gem. in c. commissa, §. illũ, ver. nota bene, de elect. lib. 6. ubi dicit, quod licet pœna non debeatur, nisi post latam sententiam in foro pœnitentiali, tñ tenetur de restitutione damni. & circa hoc, cum sit materia in dies practicabilis, & magni momenti, dicam breuiter, quæ sentiam; Sit igitur Prima Conclusio; Principalis tenetur reuelare, quando cõcurrunt tria. Primum, quod pro quo fit excommunicatio, sit semiplene probatum, ut quando vnus testis oculatus, & omni exceptione maior deposuit, aut vnum indicium, est, vel plura æquipollentia, vt sentit Bart. in l. fi. ff. de quæst. num. 3. Secundo, quando illa semiplena probatio sit posita in processu. Tertiò, quòd sit reo notificata, quo videat se, ad obediendum mandato Iudicis teneri, D. Tho. 2. 2. quæst. 69. art. primo in corpore, ad primum argum. Nauar. capitulo 25. num. 35. & infra. Soto libro de rat. teg. sec. memb. 2. q. 2. septima, Cõclusio. 3. Diaz pract. Crim. Canon. capit. 118. & est ratio à minori ad maius, si quisquis his tribus circunstantiis concurentibus tenetur dicere veritatem, etiam quando agitur de uita, quanto magis vbi litigatur de rebus, quæ sunt minoris ordinis; Couar. pract. quæst. cap. 23. nume. 5. Nec obstat dictum capitulum, quia ibi glos. in notab. & in vers. contra, dicit, quod licet non teneatur quis prodere scripturas proprias, tamen teneatur reuelare eas, quæ sunt communes, facit, quod hæreticus teneatur edere fisco, contra se agenti libros, & instrumenta, cap. vt cõmissi, de hæret. lib. 6. Direct. Inquisit. lib. 3. Socin. in Reg. 149. quæ incipit, edere actori, probatur etiam a Syluest. in ver. correctio, nu. 7. §. 9. vbi tenet hanc Conclusionem nostram, & aliqua etiam tangit in vers. Inquisitio, 1. nu. 7. §. 3. uer. 3. Ang. in ver. denunciatio. §. 13. & Nauar. c. 17. nu. 137. Secunda Conclusio; si vero non concurrunt ista tria, non tenetur reuelare iuridice, seu in scriptis, sed Prælato, seu Iudici, uel per se, vel per aliam personam sibi cõfidentem ita Syluest. lo. cit. in ver. correctio, Tertia Conclusio, si quis dum litigat arbitratur, se habere bonam causam, ius, & rationem, & tunc non tenetur reuelare, nec si non reuelet, incurrit aliquam excommunicationem: Ratio prima est, quia eum excusat bona fides, quæ eximit illum à peccato mortali, sine quo non incurritur excommunicatio, c. nemo, 11. q. 3. Secunda ratio per ea, quæ dicit Syl. in uer. furtum, num. 19. §. 15. & Nauar. c. 17. num. 114. & 135. Caiet. 2. 2. q. 66. art. 3. ad 3. argum. in fi. & art. 5. in fine, Abb. in c. olim, il primo, de restitut. spoliat. sed de hoc non debet sibi fidere nimiũ, sed consulere peritiores, ne propria passio eum obcæcet. Quarta Conclusio, si uero incipit odorare se iniuste litigare, & aduersarium suum habere rationem, tũc tenetur reuelare, uel desistere statim ac de hoc sit factus certior. Ratio est D. Thomæ 2. 2. q. 69. art. 2. quod nemini licet se cauillose defendere: Faciunt ea quæ dicit Nauar. c. 25. nu. 28. facit ẽt, q̃d dicit Nauar. cõs. 2. de præscript. & cons. 16. de reb. eccl. non alien. & cons. 3. de statu monach. nu. 28. & 29. nimirum, quod impotens ad restituendum, sed non reuelandum, licet excusetur a restitutione, non tamen excusatur a debita, & præcepta reuelatione.

AD

AD QVARTVM, In hoc sunt tria discutienda. Primum, an possit concedi in causa criminali. Secundum qua forma. Tertium si sequitur mors, uel mutilatio, an sit suspitio de irregularitate in concedente? Quo ad primum, aliqui dicunt non esse concedẽdas monitiones, seu sententias, quia sæpe sæpius solent parere malos exitus, vt quia dant ansam falsitatis: tamen quicquid sit, Romanam Curiam vidi illas concedere: Sed dicet quis, Romanus Pontifex, (non est periculum,) quod incurrat irregularitatem. quia est supra ius positiuum, & omnes irregularitates sunt de iure prædicto, So. de rat. teg. secr. mem. 2. q. 5. Concl. 3. & 4. Sent. d. 25. q. 1. ar. 3. in vlt. Nau. c. 27. nu. 191.

Ad hoc respondetur Primò, quod adesset saltem peccatum, quod nõ verisimile est, velle permittere Summum Pont. quia istas excommunicationis committit Ordinarijs Locorum, quos non vult pp hoc incurrere irregularitatẽ aliq̃. Tertiò qa Romana Curia est norma, & Regula oĩum curiarũ spiritualiũ. Quartò, qa adest rõ scripturæ, Exodi 23. Non suscipies vocẽ mendacij, & inde nec in iudicio plurimorũ acqesces sñiæ, vt à vero deuies: innocentẽ, & iustũ non occides, sed aliqñ homo occiditur omissione, cũ possit defendi, & nõ defenditur, & hoc maximè imputatur ei, cui competit ex officio, c. quantæ, de sent. exco. D. Tho. 2. 2. q. 58. art. 11. & c. qs scãdalizauerit, de re. iu. vbi dr: Vtilius scandalũ nasci pmittitur, q̃ veritas derelinquatur, & fortassis Daniel timuit irregularitatẽ, conuincens testes falsos, c. 13. & Ecclesia. c 4. & in fine, Pro iustiria agonizare p aĩa tua, & vsq; ad mortẽ certa p iustitia, & habui ĩ praxi, dũ essẽ Vicarius, & rñsũ fuit à Sa. Cõg. verũ est, q concedẽdæ sunt cũ grano salis; facit prouerb. c. 24. vbi dr; Erue illos, q ducũtur ad mortẽ, & Nau. in c. pen. nu. 15. de pœn. d. 6.

Quo ad secundum, solent concedi cũ trib. cautelis, seu clausulis. Prima, ne fidẽ faciãt, nisi ciuiliter rm. Secũda, ad defensionem rei & nõ ad offensionem aliorum. Tertia, quo ad interesse, q est idem cum primo, & ita solet concedi in forma, significauit.

AD TERTIVM, Vidatur quod sic, per regulam, Qui est cã causæ, est cã causati, & c. studeat, 50. d. tamen oppositum est verius, argum. c. 2. de hom. lib. 5. Gom. in q. 2. col. 4. in Reg. de ann. possess. Folle. in Pract. Crim. in fragm. nu. 7. Couar. in Cle. j. de hom. 2. par. §. 5. Caiet. 2. 2. q. 35. ar. 7. Soto lib. 5. q. 5. art. 1. in fine & de rat. teg. & deteg. mem. 2. q. 4. Concl. 2. in fi. & q. 5. Cõcl. 3. vers. ex hac Cõcl. sequitur, facit c. nouimus, de verb. sign. nam pcedentib. illis tribus cautelis, q̃ sunt protestationes, nõ incurrit irregularitas, ẽt si mille mortes sequerentur, per iura, & Doct. superius allegata, & ad hoc, vt quis sit irregularis, debet etiam esse causa propinqua, & non remota, glo. in c. de cætero, de homic. Nauar. c. 27. nu. 219. in fine, sed clarum est, Ordinariũ concedentẽ istas reuelationes, esse cãm remotã, quia hoc non intendit, sed defensionẽ rei innocẽtis, ad qđ tenetur de iure diuino, & naturali, & per vltimum dictum, non obstat regula, nec dictum Capitulum, studeat: nam dicit glos. in dicto capitulo, de cætero, in ver. causa, quod voluntas, vel animus nocendi requiritur, &c. Additur & rõ; nã verba illa, non frustra ponuntur, sed dẽnt aliquid operari, ergo operabuntur indemnitatẽ cõcedentis.

AD QVINTVM, patet ex dictis ad secundum, sed circa hoc dicerem, quod nisi contradicens in contradictorio Iudicio probaret aduersarium, ad requisitionem cuius fit excommunicatio, habere intentionem suã fundatam per scripturas, vel per testes, vel quod posset probare aliis documentis, semperq; est concedenda excommunicatio, vt dixi superius, ex Soto 4. Sent. dist. 22. q. prima, art. 2. col. 6. circa finem, & ratio est: quia vel contradicẽs ad aliquid tenetur, & sic, vel reuelet, vel restituat, prout dixi ad tertium; vel scit in conscientia se ad nihilum teneri, & sic sinat fieri excommunicationem, quia sibi nihil nocet, iusto enim non est posita lex, ad Romanos, cap. 4. 5. 6. & 7. cap. nemo, 11. q. 3. sed nonnulli sunt, qui videntur timere excõmunicationẽ, eamque conantur impedire cum teneantur restituere, & hoc nihil eis prodest, nam licet nõ sint excommunicati in Ecclesia militanti, essent tamen tales apud Deum, per peccatum mortale, argum. capituli nobis, il secundo, de sent. excommun. Couar.

in

in . Alma mater, prima pa. nu. 7. ar. 2. nam excommunicatio non est sola pœna exterior, vt falso aiebat Luterus Catholicæ Ecclesię hostis.

Hinc oriuntur multa dubia, primum, Episcopus committens aliquid in diœcesi alicuius Episcopi prohibentis illud sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, an incurrat illam excommunicationem, & videtur quod non, quia par in parem non habet imperium, & So. 4. Sent. d. 22. q. 2. ar. 2. colum. 2. & citat pro se Panormit. in c. 1. de rapt. & Syluest. in versiculo excommunicatio, 1. numero 9. videtur etiam declinare in hanc partem, & Innocen. in c, cum inferior, nume. 1. de maior. & obed. Bal. in Marg. Innocen. in ver. Episcopus, tamē oppositum est tenendum, vt dicit Abb. in dicto cap. de raptor. numero 12 in fine, Innocen. & Felyn. in cap. cum inferior, de maiorit. & obed. ratio est: quia Archiepiscopus, vel Episcopus in Diœcesi aliena se habet, vt persona priuata & hoc etiam intelligitur in Archiepiscopo in prouincia extra suam Diœcesim, Gom. in capitulo secundo, §. statuto, num. 53. de Constitut. libro 6. & Archidiac. in dicto capitulo secundo, & Abb. in capitulo Sanè, colum. 2. de foro competen. Guid. Pap. q. 328. nu. 2 faciunt, quę dicitt Capyc. decis. 27. nu. 24. & 25. & dixi in ver. Episcopus, & gl. in c. ibi semper, in vers. causa, 3. q. 5. dicit quod etiam Metropolitanus incidit in excommunicationem sui Suffraganei, quicquid dicant alii, & Clar. quæst. 35. ver. vlterius quæro. & addit. Cap. Tolos. q. 123. Afflic. in constit. homines, numero octauo, vide Gem. in capit. 2. ver. quæro, an Archiepiscopus, de constit. lib. 6.

Secundo, An subditus Episcopi, delinquens in loco empto incurrat excommunicationem Episcopi latam, & prohibentem illud, in quo ille delinquit? vide Syluest. in ver. excommunicatio, 2. num. 12. vbi concludit, quod non, gl. in d. c. vt animarum, in vers. Diœcesim, sed debet intelligi in loco exempto, vbi Prælatus habet Iurisdictionem Episcopalem, secus vero incidit, vt si quis laudat ad aleas in sua Diœcesi, si quis luderet in Monasteriis Regularium, incideret, quia ibi Prælatus non est cum iurisdictione Episcopali, quæ requirit territorium, D. Anto. 3. p. tit. 24. c. 75. §. 1. Anchar. in c. 2. nu. 12. de Constit. lib. 6. licet Monasterium dicatur territorium Abbatis, & delinquens in eo, non incideret, maxime vbi sunt Abbates, Cardinalis in Clem. 1. nu. 1. de statu monach. Caputaq. decis. 225. p. 2. secus vero in aliis Conuētib. quia appellatione monasterii, non venit Prioratus, ita nec etiam Guardianię, vel Vicarię. Feder. de Senis, cons. 145. sed Nau. tenet, ꝙ prælati regularium habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suis monasteriis, in c. nō dicatis, n 63. per Clem. 1. & ibi gl. in ver. Monasteriorū, de reb. ecclesi. non alien. ꝙ probatur ratione, nā ipsi excōicant, castigant, visitant, ergo ista loca sunt exempta, & sic delinquentes in eis, non incidunt in pœnas ordinariorum. Facit, quod notat Afflic. in q. 6. prælud. Constit. Regni, nu. 4. ꝙ valet consequentia, habet Baro territoriorum, ergo habet Iurisdictionem. & Gem. in c. cum episcopus, in 3. notab. de offic. ordinar. li. 6 dicit quod locus exemptus dicitur de diœcesi & sic patet, quod dispositiones, & mandata, quæ fiunt in diœcesib. includāt loca exēpta, dum tamen fiant per habentem Iurisdictionem in exemptos, cuius modi, nō est Eps, qui nō habet iurisdictionē in Regulares per sua priuilegia, secus si haberet, quia tunc ligarentur, & an eps possit exercere iurisdictionem in loco exempto posito intra suam diœcesim uide inferius in ver. exempto.

Tertio, Episcopus facit excommunicationem latæ sententiæ contra alloquentes moniales, an qui alloqueretur moniales exemptas, incideret videtur ꝙ sic, per rationē superius allatam, tamen Armil. in ver. excōicatio, nu. 3. dicit ꝙ sic, sed non quatenus loquatur, sed quia delinquit in via, q̄ non est locus exemptus, sed de teritorio Episcopi sed ista ratio non valet, excommunicatio enim non incurritur regulariter, nisi adsit actus consummatus, vt patet de immittente diclum in clericum, & eum non tangentem, non est excommunicatus, vt est communis sententia Doctorū, Nau. c. 27. n. 52.

Præterea,

Præterea, quia ad hoc, vt sententia Episcopi liget aliquem delinquentem requiruntur duo, Primum, ut persona delinquens sit subdita Episcopo; Secundum, vt locus etiam sit de sua Iurisditione, quorum uno deficiente, non incurritur. Gemin. in c. 2. uersi. quarto pone, de Constitut. lib. 6. tamen ratio est, quia excommunicationē illam facit ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus, Conc. Trid. Sess. 25. c. Bonifacii VIII. & ordinarij etiam vocantur delegati, circa hoc a Pio V. in Bulla sua 100. fol. 1070. prout dixi in ver. Moniales, §. 16. Nana. in c. statuimus, num. 55. 19. q. 3. & alia ratio potest esse, quam tetigi in dub. 2. quia exemptio Ordinarij intelligitur, vbi prælatus habet Iurisdictionē Episcopalem cum territorio, quod non est in Monasteriis exemptis, Facit, quod dicit Anch. vbi supra, vide Abb. in c. tuarum, nu. 8. vsque ad fin. de priuileg. tu tamen dic, pro ut supra dub. 2.

Quartò, an Episcopi possint excommunicare Regulares? regula est, quod excommunicatio lata ab Ordinariis contra subditos suos, non ligat religiosos, quia non subsunt eorū Iurisdictionibus, c. à nobis, il 1. de sentent. excom. Flor. Theol. in 4. Sent. tract. de excom. 2. difficul. art. 1. Conclus. 1. cap. Romana, de sent. excom. lib. 6. c. 1. § in eos, de priuileg. li. 6. Fallit Primo in prædicantib. sine licentia Ordinarii, vel Sedis Apostolicę, c. excommunicamus, §. quia verò, de hæret. Conc. Trid. sess. 5. c. 2. in fi de refor. gl. in c. quod Dei, in uersic. priuilegia, de statu monach. Castro lib. 3. c. 3. iuxta finem, de iusta hęret. punit. Penga, Com. 40. super c. 13. in parte 2. Direct. inquisi. Symanch. de Cath. instit. tit. 49. Bulla Leon. X. quę est 15. fol. 205. Secundo fallit qn̄ nollent ire ad processiones indictas ab Episcopo, Sess. 25. cap. 13. de regular. & Sac. Congreg. Declar. 32. censuit, Regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indictas, posse ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia. Tertiò fallit, quando auscultarent confessiones sæculariū, et sacerdotum sine licētia Ordinariorum, Sess. 23. c. 15. de refor. Cle. Dudum, §. ac deinde, de sepult. Quartò fallit, quando absoluerent pœnitentes, quos audiunt in confessionibus, a casibus reseruatis ipsi Ordinario, Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. casuum reserua. Ratio est, quia Mare magnum est abrogatum in omnibus, in quibus contradicit decretis sac. Conc. Trid. prout in Bulla Pij IIII. sub datū Romæ, Kalendis Martii 1565. Pont. anno 6. & ita multoties fuit declaratum per Sac. Congreg. ut dixi a casib. reseruatis Ordinario, quia si excommunicatos uel a Canone vel a sententiis per statuta Synodalia positis absoluere pręsumpserint, incidunt in Papalem excommunicationē, Clem. 1. de Priuileg. si vero a casibus in Bulla Cœnæ Domini, essent excommunicati ipso iure Episcopali excom̄unicatione, prout dicit Nauar. capitulo vigesimoseptimo, num. 74. & hodie per bullam Cœnæ Sanctissimi Sixti V. est Papalis excommunicatio, & in istis casibus non esset opus, vt excommunicarentur, sed ut declararentur tales. Quintò fallit, quando non obseruarent, nec publicarent censuras Ecclesiasticas, nedum a Sancta Sede Apostolica emanatas, sed etiā ab Ordinariis mandante Episcopo, Conc. Trid. Sess. vigesimaquinta, cap. 12. de regular. cap. cum & plantare, §. excommunicatus, de priuileg. cap. Episcoporum, eod. titu. libro sexto, c. his qui, §. is verò, de sent. excomm. eod. Libro. Abb. in Clem. 1. numero 5. de sent. excommun. & numero 13. Sexto, fallit, quando non obseruarent dies festos, quos in Diœcesi sua seruandos Episcopus præceperit, Concil. Tridentinæ eodem loco capitulo de ijs, duodecima, distinctione. Septimo, fallit, quando isti Regulares degunt extra claustra, & delinquunt Sess. sexta, capitulo tertio, de reform. Bull. Clem. VII quadragesimatertia, quæ incipit. Sedis Apostolicæ, contra Franciscanos de Obseruantia, vagantes extra claustra. Octauo fallit, quando ipsi Regulares mitterentur ad regendas Ecclesias suorum Monasteriorum subditas locorum Ordinariis, capitulo primo, §. in eos, versiculo nisi forsan, de priuileg. libro sexto, & hoc etiam notatur a Sacr. Concil. Sessione septima, capitulo decimoquarto, de refor. Nonò, fallit, quando Regulares haberent curam animarum in Ecclesiis curatis Monasteriorum, seu domorum tàm virorum, quam mulierum

quo ad curam animarum, Seß.25.cap.2.de reform.exceptis quibusdam, de quibus ibi Decimo, quando Regulares commorarentur in Abbatiis, Prioratibus, Præposituris, & in beneficiis siue Curatis, siue non, vbi non vrget Regularis obseruantia, Seß.21.capit. 8.de reform.

Vndecimo, quando Regulares degentes intra claustra, & extra ea, ita notoriè deliquerint, vt populo scandalo sint, Seß.25.cap.14.de Regular seruato tamen ordine, de quo ibi, vide Nauar.in cap.non dicatis, num.63. Duodecimò, si Regulares præsumpserint administrare clericis aut laicis Sacramentum Extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ, uel Matrimonii, sine licentia Parochi, Clemen.1.de priuil.glo.ibi, in 4.notab.iuxta notata per Nauar.cap.27.num.101.Caiet.in Sum.versic.excommunicatio, cap.64. Gom.in capit. 2.num.50.Notab.3.de Constitut.lib.6.Cardin.in dicta Cleme.Syluestr.in ver. excom. 7.excomm.14.§.7.& Nauar.cap.21.num.52.Decimotertio, fallit, quando proceditur in causis Religionis, seu Sanctæ Inquisitionis, quia in his causis Regulares sunt subditi locorum Ordinariis, cap.ab abolendam, de hæret.glos.in Clem.unica, in versi.a iure de exces. prælator.

Decimoquartò, in casibus Clementinæ, Cupientes, de pœnis. Decimoquinto, facientes egredi moniales a monasteriis, etiam ipsis Regularibus subiectis sine licentia Ordinarii, & non seruantes clausuram dictorum monasteriorum monialium, possunt per censuras, & alia iuris remedia ab Ordinario puniri; similiter, si susceperint moniales ad habitum, vel ad professionem in suis monasteriis, possunt tam ipsi Regulares, quam Abbatissæ, quam aliæ præfectæ dictorum monasteriorũ puniri, per Censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia a locorum Ordinariis, Seß.25.capit.5.de Regular. Sacra Congregat.Declarat.261.prout dicam etiam in versic.moniales, §.14.Decimosexto, fallit, quando publicarent Indulgentias, quas a Summo Domino Papa impetrarent, sine Ordinarii licentia, Seß.6.cap.3.de reform.& Seß.24.capit.11.de reform.& Declarat.Sac.Congregat.233.

Decimoseptimo, quando exempti admitterẽt ad diuina officia, vel sepelirent excommunicatos ab ipso Episcopo, Anchar.in capit.Episcopi, nu.3.de priuileg.lib.6 & Abb.in capit. sacris, nume.7.de sepultur. Decimooctauo, quando essent executores ultimæ uoluntatis, uel piorum legatorum, Clemen.vnica, de testament.& ibi gloss.& Abbas. Decimonono fallit in actu reconuentionis, quia tunc Regulares subsunt eius iudicio, in quo reconueniunt, glos.in cap.2.de mutuis petit.& in c.at si clerici, in versi.non tenetur, de iudic.nec clericus, siue Regularis, siue sæcularis, potest hoc iudicium tergiuersari, Maran. 4.p.dist.6.num.53.& infra, etiam si reconuentio fiat in foro temporali, & excommunicatio fieret in foro Ecclesiastico, quia tunc subessent huic censuræ, & sic vidi practicari Neapoli. vide Hostien.in Sum.tit.de stat.monach.& de uisitatione, nu.8.& 9.ubi dicit, quod ratione delicti, & contractus, Religiosi subsunt Episcopo. Vigesimo, quod dictũ est Regulares preter casus prædictos non posse excõicari ab Episcopo ratione exemptionis, idem dicendum est de declaratione excõicationis, quia non possunt per ipsum Episcopum declarari tales, iuxta extrauag.Martini V.Ad euitanda scãdala, nisi per suos iudices competentes, cuiusmodi non est Episcopus, nisi in casibus permissis, in quibus sicut potest eos excommunicare, ita eosdem declarat tales, Nau.consil.2.de sent.excom.

Causa formalis.

PRO regulà habetur, in cap.Sacro, c.contingit, de sent. exc. quod excom.pro præteritis non deberi ferri, nisi præcedentib. tribus monitionib. cum suis interuallis, ut unaquæq; monitio habeat biduum; aut unica pro trina, assignatis sex dieb. & quod si Prælatus aliquis inferior Episcopo, uel Episcopi Vicarius sine monitionibus istis, & scriptura publica, uel priuata excommunicaret aliquẽ, & nisi iusta de causa id omitteret, esset

inter-

interdictus ab ingressu Ecclesiæ per mensem,& si interim celebrauerit aliquod diuinũ officium,alicui ordini particulariter addictum,erit irregularis,cap.1.de sentent.excommun.lib.6.Nauar.capitulo 27.num.8.hoc tamen fallit Primo,quando periculum esset in mora,capit.constitutionem,de sentent.excomm.libro 6.quia tunc esset minuendum tempus,nec plus,nec minus,nisi quantum oporteret,Nauar. ibidem, numero 10. Hoc est dubium primum;an interdum possit prælatus excommunicare aliquem non præmissis,vel præmissa aliqua monitione absque periculo incursionis in pœnam, de qua supra? & respondetur Primo posse,quando periculum esset in mora,vt exemplificat Soto in 4.Sentent.distinct.22.quæst.1.art.secundo,colum.3.& glos.in dicto c.constitutionẽ, in versi.necessitas.

Sciundò,quando Episcopi monitionem parum curarent,Tabie.in verbo, excommunicatio,2.num.1.Tertio quando latitat reus,seu est contumax,quia tunc posset moneri domi,vel in Curia,cap.quoniam frequenter,§.porro,vt lite non contest. & aliis duob. casibus relatis a Couar.in capitulo Alma mater,prima par.§.9.numero 4.Quartò,quando fit ad defensionem proprii iuris,prout in cap.dilecto,de sent.excomm.libro 6.& ibi Ioan.Andr.Gemin.Fran.Lupus,allegat.73.Felyn.in d.cap.Sacro,col.2.Dec in ca. reprehensibilis,colum.2.de appellat.& Capyc.ex Innoc.in capitulo dilectus,de pœnis, dicit, quod quis non debet esse iudex in sua causa,nisi turbetur eius iurisdictio,decis.124.numero 11.licet Couar.lo.cit.nu.6.ver.hinc denique,dicat, præmittendam esse saltem aliquam monitionem,nisi vrgens necessitas adesset,prout supra, & quod diximus inferenda excommunicatione,idem in declarando aliquem incidisse in eam, Couar. loco cit.num.5.in fine.Ratio,quia declaratio debet fieri citata parte,prout dicam in uerbo, priuatio,§.5.& 6.Nauar.loco cit.nam est citanda pars,tam in excommunicatione, quã in declaratione,dato termino ad allegandum,quia est de iure naturali,Clem.fina.§.cæterum,de iudic.Symanc.de Cath.institut.tit.17.num.53.& infra Mara.6.par.tit.de cit. num.3.nec per Papam sanatur defectus citationis,quia est de iure Naturali,& Diuino, Abb.in cap.1.de cau.possess.& prop.Gom.tract.vtriusq.sig.fol.90.colum.2. & ideo animaduertere debent locorum Ordinarii,in ferendis excommunicationibus, non præmissa aliqua monitione, quia est contra præceptum domini,iubentis prius corrigi proximum,& postea dici Ecclesiæ,& inde haberi tãquam ethnicum,& publicanum, Mat th.cap.18.& Deus etiam citauit Adam,Genes.2.vide Innoc.in cap.ex parte,num.3. de verb.signifi.Quinto,in notoriis interdum omittuntur monitiones,prout in ca.1.& ibi Abb.Anto.& Dec.de iudic.& ca.illud,§.ipse vero,de cler.excõ.celebran.Sextò, an possit quis excommunicari sine personali citatione?Respondetur quod sic.Clar.q.31. ver. dictum est,& hoc quando lateret,& se absentaret ad partes longinquas,& citat Lanfrã. in sua pract.rub.de citat.nu.22.Vide omnino Gemin.in cap.10.uers.item dicit,de offic. deleg.lib.6.vbi ex Hosti.Innoc.Papa,& aliis confirmat,quod quando periculum esset in mora,posset excommunicare,& declarare excommunicatum,non præmissa etiã unica monitione,uel quando sufficit una,uel quando adest certitudo delinquendi, & alia pro practica.

Secundum dubium,an posset quis declarari excommunicatus,absque eo, quod incurrerit excommunicationem,& videtur ꝙ non,c.Pastoralis,§.verũ,de appell. per text.c.cũ secundum leges,de hęret.lib.6.& Gom.in c.1.n.5.& 6.de Rescri.lib.6.Couar.lo.cit.Ratio est,qa declaratio pęnæ præsupponit incursionem pęnę?Ad hoc rñdetur,Primo,qđ si constet Ordinario,illũ nõ incurrisse,non dẽt cũ declarare, quia cõmitteret mendaciũ perniciosum,infamando proximum, quod est peccatum mortale, graue, & teneretur ad restitutionem famæ, per dictum D.Thom.2 2.quæst.73.Rich.lib.quarto,Sentent. distinct.15.quæst.de restit.Adrian.4.Sentent.eod.tract.Scot.eod.libro,distinct.15.quæst. 2.Maior.eod.libro & distinct.quæst.77.D.Anto.2.par.titulo 2.capitulo 2.§. tertio, Syluest.in verbo,detractio.Dico Secundo, quod si Ordinario constet,illum incidisse, põt

illum citare, & in contumacia declarare, licet re vera ille non inciderit, glo. in cap. licet, in verbo. nuntiari, de sent. excommun. lib. 6. Couar. loco cit. §. 5. nume. 1. vbi tam gloss. quam ipse, faciunt hoc enthymema, est aliquis denunciatus excommunicatus, ergo est excommunicatus, non valet consequentia, quia non est antecedens necessarium, sed contingens; verum si ad merita causæ reperiretur illum non incurrisse, vt, quia habebat ius, vel prætendebat tale, debet Ordinarius decretare, illum non incidisse; & ita est notandum pro practica quotidiana, nam sæpè locorum Ordinarij solent declarare excommunicatos aliquos, eosque interdum Papali excommunicatione, vt vsurpantes bona ecclesiarum, per cap. 11. Sess. 22. Concil. Trident. vel propter quid simile, tamen qui hoc faciunt, interdū prætendūt hoc facere aliquo iure, & colorato titulo, & in cursu causæ inuenitur ita esse, tunc debet per sententiam dici, non incidisse, & hoc probatur ex il la gl. & Couar. lo. cit. vbi dicit hanc excommunicationem declaratoriam, tunc potius esse dilatoriam, quam peremptoriam. Vide Gemin. in cap. 1. §. si quid, il 2. ver. nunquid autem sufficit, de excep. lib. 6. vbi disputat hoc, an sit bona probatio in excipiente, quod talis sit denunciatus, an sit necesse probare etiam excommunicationem, quod nota succedente casu pro practica.

Tertium dubium, quibus casibus teneamur euitare excommunicatum? Naua. c. 27. num. 35. Notab. 3. dicit, quod in tribus casibus; Primò, quando est notorie excommunicatus manifestus; Secundò, publicus percussor clerici; Tertiò, publicè denunciatus: tamen cōtraria opinio est magis vera, quod solum in duobus casibus, s. quando est publicus percussor clerici, & publicè denunciatus, ista est Soto 4. Sent. dist. 1. q. 5. artic. 6. col. 10. Couar. lo. cit. par. 1. §. 2. num. 7. & infra, est communis opinio Modernorum, hinc fit, quod sciens aliquem esse excommunicatum, sed non his duobus casibus, non teneretur illū euitare, Soto eo. lib. 18. distinct. q. 3. art. 3. colum. 2. & dist. 22. q. 1 artic. 4. col. 2. & Abb. in c. nihil, num. 11. & infra, de elect. & hoc ampliatur Primò, etiam si sciret illum esse hæreticum, sed nondum condemnatum, siue denunciatum, quia statim ac est condemnatus, censetur nominatim excommunicatus. Soto eo. lib. dist. 22. q. 1. art. 4. colū. 2. & licet nondum sit condemnatus, esset tamen excommunicatus, quia omnes hæretici, & dubij in fide, sunt excommunicati, c. excommunicamus, il 1. & c. ad abolendam, de hæret. Abb. in c. si verè, nu. 5. de sent. excom. Quartum dubium, quando quis dicatur denunciatus, Couar. loco cit. nu. 8. dicit, quod ille, qui proprio nomine expresso hac nota censura, aut aliquot appositis signis, quæ certe, & absque vllo dubio eum qui excōicatur, significent, & demonstrent accedente denūciatione, tex. in l. nominatim, ff. de condit. & dem. & hoc facit, q. etiam si adsit fama publica, etiam si excommunicatio duobus testibus probari posset, etiam si sit speciatim, & nominatim excommunicatus, etiam si ipse palam fatetur, se esse excōicatum, etiam si per sententiam, & similia argumenta, non teneremur eum euitare: Ratio est, quia est necessaria denunciatio; Couar. lo. cit. nu. 7. & Soto eo. loco. Et ratio rōnis est, quia sumus in pœnalib. vbi strictissime est facienda interpretatio, & est fauorabilis respectu animarum. Quintum dubium, quis dicatur notorius, siue publicus percussor clerici, ad hoc, vt euitare eum teneamur? respōdetur non sufficere ad hoc vt sit notorium iuris, quod esset, si quis confiteretur in iudicio, se verberasse clericum, vel per sententiam decretaretur, esse talem, aut per similia argumenta, c. per vestras, de cohabit cler. & mul. sed est necessarium, vt sit notorium facti per euidentiam operis, i. vt videatur, quando quis verberat clericum, ita vt nulla possit tergiuersatione celari, Couar. lo. cit. nu. 9. in fi. Sylu. in ver. notorium, 1. & ideo Nauar. describens notoriū hoc, dicit, quod est illud, quod nititur sciētia maioris partis, orta a scientib. c. 21. nu. 20. not. 10 & illa est vera scientia, quæ est per rei euidentiam. Arist. in 1. Poster. D. Thom par. 2. & ideo Gl. & Arch. in c. de manifesta, 2 q. 1. dicunt, quod notorium est, quod habet euidentiam in se, quia videri potest, hinc fit, quod Concil Constant. & Martinus V. dixit notorium, & non publicum, seu manifestum, quia ista duo nō dicunt

eu.. dem

euidentiam, sicut notorium, Nauar. loc. cit. & Gemin. in c. Roman. §. si autem notab. 3. dicit confessionem non inducere notorium, nec manifestum licet interdum sint Synonima, prout text. in cap. ab eo, & ibi Glos. in ver. manifestum, & Gemin. ibi, notab. 1. de elect. lib. 6. & Glos. in cap. 2. de ver. signif. eod. lib. Sextum dubium, quodnã dicatur Notorium, & quot personæ ad hoc requirantur; Syluest. loco cit. §. 4. dicit, quod ad minus sex personæ hoc faciunt Notorium, Nauar. cap. 25. num. 73. dicit hoc verum, esse, quando illi sex essent maior pars populi, adeo, quod requiritur, vt percussor fuerit visus saltem à sex, & placet mihi ista opinio, quia si secus esset, in vna Ciuitate, opus esset, ut millæ personæ viderent aliquem verberantem aliquem, quod, non potest esse, & illi, qui hoc nescirent, excusarentur ignorantia, ergo sufficit, quod saltem hoc sciãt sex, quia satis potest dici notorium, quod factum est coram oculis sex personarum, & in his duobus tantum casibus habet locum ille versus, Os orare, vale, communio, mensa negatur. Cætera de hac materia, vide apud Couar. loco cit. 4. Nauar. cap. 27. eod. loco. Soto 4 Sen. distinct. 22. q. 1. art. 4. per totum, sed notandum est Primo ꝙ Concil. non dat aliquẽ fauorem ipsis excommunicatis, quia ipsi non possunt cum aliis conuersari, nec intra nec extra diuina, nec inter ipsosmet excommunicatos, & Abb. in capit illud numero 7. de cler. excom. celeb. in capi. nulli, nume. 3. de sent. excom. & glos. in cap. deuotam, 28. q. 1. Sum. Sacram. tractat. de excommun. q. 13. & 14. Nauar. loco cit. nume. 35. Secundo, quod excommunicatis in his duobus casibus non possumus conferre Sacramenta, quia hoc est de iure diuino. Soto. loco cit. nam aliud est cum illis conuersari, & aliud eis Sacramenta, conferre, Couar. loco cit. in initio. Tertiò, quod possumus cum illis conuersari intra, & extra diuina, & excom. durat etiam post mortem, Abb. in c. Ad hæc, num. 2. de priuileg. Extrauag. Martini V. extenditur ad suspensos, & interdictos, nominatim declaratos Nauar. in c. 1. §. laboret, num. 14. de pœnit. dist. 7.

Septimum dubium, & est casus practicabilis, quotidie excommunicatur quis a suo Episcopo iuste, appellat ad Metropolitanum, an possunt alii cum ipso, & ipse cum aliis conuersari, durante appellatione, ad hoc videtur primo textus in ca. 2. de sent. excom. lib. 6. ubi dicit, quod dum agit aliqua in iudicio, vt actor, euitetur in omnibus, si vt reus, non, per cap. intelleximus, de iudic. idem in cap. si Episcopus, 11. q. 3. Nauar. loco cit. numero 23. Sylnest. in verbo, excom. 3. numero 1. §. 12. Gom. in cap. si annum, num. 27. de iudic. lib. 6. & in cap. 1. num. 16. & 37. de rescript. eod. lib. tamen in aliis potest practicare, pendente causæ cognitione, & hoc quando ipse appellans prætenderet se fuisse excommunicatum, vel ante appellationem, vel excommunicatio continet intolerabilem errorem, Dico secundo, quod sicut ipse potest conuersari in dictis supra, sic & alii cum ipso, quia contrariorum eadem est disciplina, octauo Physiorum, Tertio dico, quod si interim celebrat, non efficitur Irregularis, vt quia dubitabat de valore excommunicationis, vel de appellatione confidit, glos. in d. cap. in ver. in officiis, Nauar. cap. 23. num. 104. ui de Abb. in cap. 2. num. 6. vt li. penden. Dico Quarto, quod, si postea per sententiam Iudicis ad quem, dicitur malè appellatum, & bene iudicatum, non ideo esset irregularis, Nauar. loco cit. ex Panor. & Felyn. quos citat. facit, cap. penult. de cler. excom. minist. Syluest. in verbo, Irregularitas, num. 15. §. 13. Couar. lo. cit. §. 3. num. 9. glos. in cap. solet, de sent. ex com. lib. 6. Nauar. in c. si quis autem, num. 8. de pœnit. dist. 7.

Octauum dubium, excommunicatus potest multa facere, quę sunt facti, & extraiudicialia prout uariis locis tractant Doctores, licet peccent mortaliter, put dixi sap. Primo acceptare beneficiũ sibi collatũ, vt dixi in uerbo beneficium, §. 6. dub. 3. Secundo præsentat ad ius patronatus, si est laicus, & tenet præsentatio, ut dixi loco cit. Tertiò, contrahit, matrimonium, cap. significasti, de sponsal. Quarto, facit professionem in Religione, Couar. de sponsal. 2. par. cap. 6. num. 3. Quinto, potest fieri monachus, Sextò, potest capere possessionem beneficii, Sylua. trac. de benef. 3. par. q. 4. numero 12. & 15. Septimo, potest cõfiteri peccata sua, & ualet confessio eius, iuxta notata per Nauar. cap. 9. nume. 3. Soto. 4.

Sent.distinct.22.q.1.artic.1.Armil.in ver.absolutio,num.5.& verbo,confessio, numero 11.Caiet.in Sum.in ver.absolutio,3.Octauo emit,& uendit, Couar.variar.resolut.libro ...c...nu...Nono, impetrat pro alio Rescriptum, Gom.in ca.1.nume.34.de rescript.lib.6.Decimo,& pro se & pro alio impetrat absolutionem, & comissionem appellationis,idem ibidem,num.25.

Vndecimò, quando est carceratus, potest pro se etiam impetrare Rescriptum, idem ibidem,num.49.

Duodecimò,potest esse in iudicio pro sui defensione,ca.intelleximus,& ibi glos.de iudic. Decimotertio,potest constituere procuratorem,idem,in c.si annum,num. 26.de iudic. lib.6.Decimoquartò,potest appellare,quàuis excipiatur de excommunicatione,& potest prosequi suam appellationem, Abb.in c.significauerunt,num.1.de exceptio. Decimoquinto,potest audire concionem in Ecclesia,Abb.in cap.responso,nu.2.& 3.de sent. excom. Vltimò, potest quicquid est facti super etiam spiritualibus:Ioan.de Sylua.ibid. nume 15.22. & 24.& in illis habet locum ille versus: Vtile,lex humile,res ignorata,necesse. Hostiens.in Sum.tit.de rescri.§.quis impetrare,nu.5.Fely.in c.si.de except.decis. Rot.9.de rescript.in antiquis,Imo.in c.intelleximus,de iudi.Nau.in c.non dicatis,12.q.1.nu.57.ver.addo 12.

Nonum dubium,non potest esse primo Iudex,c.pia,de except. lib.6.c.ad probandum, de sente.& re ind.glos.in Sum.35.q.9.Bal.in l.1.col.penult.in fine.& verbo,unum omisi, C.de iur.& fac.ignor.& sentẽtia eius non ualet, Mara.6.par.ti.de sent.nu.99. Secundo, nec procurator,cap.fi.de procurat.Mara.4.par.distin.16.nu.42.& capit.post cessionem, de prob.Tertio,nec aduocatus,ca.decernimus,de sent. excom.lib.6. Quarto impedit executionem sententię,Gui.Pap.q.574.num.4.& q.215.& q.329.nu.3. Quinto,an excommunicatus præscribat durante excommunicatione, vide Host. in c.cum nõ liceat, de præscr.& in c.prudentiam,§.6.de offic.deleg.Gui.Pap.q.416.num.16.Sextò denique omnia,quæ notat Nauar.c.27.à nume.13.vsque ad 16.nec dignitates Seculares,nec Ecclesiasticas habere possunt, quia dicuntur impij, & infames, & eis ius denegatur.Tiraq.de vtroque retrac.§.1.glo.9.num.271.& infra.Septimò,nec potest administrare,nec alienare res Ecclesiæ,Innoc.in c.veritatis,nume.1. de dolo & contum.sed intelligitur, prout in Bulla Martini V. nec si est Notarius conficere testamentum, nec instrumentum potest,Anch.in cap.decernimus,num.4.de sent.excom. lib.6. nec petere restitutionem vxoris,(licet Iudex ei debeat eam ex officio restituere,)nec debitor ei debitum soluere;Abb.in c.nuper,num.4.& 5.de sent.excommunic.Octauò an possit condere testamentum? vide Abb. in Rubric. de testament.numero4.& 11. multa alia quæ potest, & non potest excommunicatus,& quæ si fecerit,non tenent, vide apud Addit. ad qõ.143. Cap.Tolos.Vide multa pro practica quotidiana,succedente casu,Gemin.in capit.1.§.si quis,il 2.vers.item in agendo,de except.lib.6. vbi habet quæ potest facere excommunicatus,si est publicus, vel secretus, si vt persona publica,vel priuata, si actus sunt Sacramentales, vel beneficiales,vel temporales, si facit aliqua in commodum suum,vel alterius,& quando possit impetrare rescriptum, vel priuilegium,tam pro se,quàm pro alio, vide eundem Gemin. in capit.primo,in fin.de rescript.libro sexto,vbi enumerat quindecim causas.

Decimum dubium,circa illud verbum os,reliqua vide in Doctorib. an litteræ etiam prohibeantur? & respondetur affirmatiuè,& est communis omnium, Nauar.lo.cit.nu.20. Syluest.in uer.excommunicatio,5.nu.2.Couar. in c.Alma mater, 1.p.§.2.nu.1.sed an extendatur hoc ad scribentes monialib.cum quib. prohibitum est loqui sub pœna excõicationis latæ sniæ,& videtur quod non,quia non sunt excõicatæ. Secundò, quia sumus in pœnalib.c.odia,de reg.iur.lib.6.tamen oppositum est verius; Ratio,quia cui prohibetur loqui,eidem litteræ prohibentur inscribi, imò magis,quia litteræ sunt verba permanentia,verba prolata sunt transeuntia,& flexibilia, Arist.lib.1.Perihermenias, facit c.si

ciuitas,

ciuitas, de sent. excom. libr. 6. Nec obstat Regula, quia quando aliqua lex, seu statutum redderentur frustratoria, c. 1. de vsur. lib. 6. & eadem ratione prohibetur scribi carceratis, cum quibus prohibitum est loqui, prout sup. Fel. in c. mulieres, nu. 7. de sent. excom. Ias. in l. 1. num. 14. de ver. sig. idem Symanch. de Cath. Instit. tit. 11. nu. 8. hoc tamen fallit in statuto, quo cauetur loqui bannito, non propter hoc prohibetur ne ei scribantur litteræ, Alciat. l. 1. in princ. num. 22 de ver. sign. secus si sub pœna excommunicationis. Gemin. in ca. ubi periculum, §. nulli, notab. 3. dicit, quando prohibetur locutio extenditur ad litteras, & ad nuncios.

Vndecimum dubium, an liceat amouere biretum excommunicato, si est dignior, vel si ille amoueat suum? & videtur quod non per Doct. citatos, tamen cum ista sint potius vrbanitatis, quæ procedunt ex charitate, vt dicit D. Pau. Salutate ad inuicē, & in honore inuicem præuenientes, eo vel maximè, si quando amoueret biretum, dicat: Deus te cōuertat, vel illuminet, vel quid simile; Couar. lo. cit. §. 1. nu. 2. Nauar. lo. cit. nu. 20. nam alioqui esset periculum scandali, maximè quādo excommunicati essent magnates, vel officiales, & hodie quod tanti sit bireti amotio apud nobiles, & ita audiui fuisse practicatū Neap. quando fuerunt declarati excommunicati quidam regij officiales ab Archiepiscopo illius Ciuitatis, facit quod dicit Abb. in c. cum voluntate, nu. 1. de sent. exc.

Duodecimum dubium, qui semel fuit excommunicatus, semper præsumitur talis, c. sicut, de sent. exc. & c. qui semel, & ibi Dyn. & add. de reg. iu. lib. 6. & ideo excommunicato irregulari, ac etiam cuicunque præciso expedit habere fidem absolutionis obtentæ in foro conscientiæ a confessario, Nauar. consi... de fide instru.

Decimumtertium, an detur habilitatio, seu absolutio excommunicationis ad cautelā, quādo opponitur, prout in cap. primo, de excep. libro 6. respondetur distinguendo cum Anchar. in d. c. §. si quis, num. 9. & processus factus ab excommunicato, valet vsque ad sententiam, nisi opponatur, & hoc coram ordinario, secus coram auditore Rota, decis. 13. de offic. deleg. decis. 6. de iud. in nouis. Caputaq. dec. 388. par. 2.

Decimumquartum dubium, an prælatus Eps inferior, vel Vicarius Episcopi excōicans, interdicens, vel suspendens aliquē, non seruata forma, c. sacro, de sent. exc. & c. 1. eo. tit. li. 6 cum sit suspensus, & interdictus per mensem ab ingressu Ecclesiæ, prout locis cit. si interim ingrediēs ecclesiam, ibi audiat sacrum, uel sedeat in choro ut Vicarius, uel Prælatus, recitans diuinum officium, uel audit concionem, incurrat irregularitatem? & vr primò quod non; Ratio est, quia hoc non est exercere actum ordini peculiarem, glo. in d. c. 1. in uer. sicut prius, & c. si eps in Concilio, 11. q. 3. c. responso, de sent. exc. Nau. c. 27. nu. 75. prima opinio est Nauar. lo. cit. nu. 244. dicens, quod sic, per gl. in Clem. 2. in uer. celebrari, de priuil. ratio sua est, quia videtur auctorizare, secunda opinio est Couar. & cuiusdam recentioris, dicentium, quod non, nisi in casu, de quo per eum in c. Alma mater, 1. p. § 6. in vlt. ratio est, quia audiri sacrum, & alia prædicta facere, sūr non sunt ordini actus peculiares, & ista opinio mihi magis placet, sua verò Nauar. & gl. tunc posset verificari, qn̄ esset vera auctorizatio, prout in c. ex litteris, de excess. præl. Syl. in ver. homicidium, 3. nu. 7. Nauar. lo. cit. nu. 214. & qn̄ superbia, uel contemptu censurarum sibi iuberet missam celebrari, Coua. ubi sup. & c. 2. de exces. præl. hoc ampliatur, etiā si cum puluinari, tapeto, uel comitatu more officialium nisi prout supra, per rationem prædictam, & hoc accidit in facto, & ita cōsului, & hoc confirmat Nauar. in c. 1. §. Sacerdos, nu. 13. de pœnit. dist. 6. ubi dicit ex mente Inn. in c. fi. de excess. prælat. nu 1. prælatū, non incurrere irregularitatem per exercitium actorum spiritualium ipe interdicti, nisi quādo aliquid alicui ordini peculiariter deputatum exerceret, & Inn. in c. cum medicinalis, num. 3. de sent. excom. habet regulam generalem, quod suspensus, uel interdictus, siue excommunicatus, non sit irregularis, nisi exerceat aliquid, quod sit de substantia ordinis, idem Host. in sum. tit. de dispens. §. sunt autem casus, uer. 14. & Nauar. consi. 4. de cle. excom. celebr. cętera, uide in additionibus magnis, in 2. par. in uer. excommunicatio.

Expensa.

PRIMO, quomodo, quando, & quantum expensarum debeat, & possit condemnare iudex ex officio? vide Inn. in c. sæpe contingit, nu. 2. & 3. de app.

Secundo, an iudex posset condemnare victum victori in expensis semper, non solum in causa appellationis, sed in prima instantia? vide Couar. in pract. quæst. c. 27. per totum, Bal. in Marg. Inn. in uer. expensis, gl. in cap. finem, in uer. expensas, de dolo & contum. c calumniam, de pœn. & glo. in cap. ignorantia, de reg. iu. lib. 6. Gom. in q. 1. colum. 3. & q. 41. de ann. poss. ubi dicit, Rotæ prætorium etiam in prima instantia condemnare, uide Maran. 6. par. memb. 3. num. 18. Inn. in finem, per totum, Bald. vbi supra, & addit. ad Dyn. in c. damnum, litera C. de reg. iur. lib. 6.

Tertio, ad expensas potest condemnare iudex in secunda instantia, etiam illum, qui in prima instantia fauorabilem, & in secunda contrariam, quando sententia fertur ex eisdem Capel. Tolos. decis. 222. Rota decis. 10. de dolo & contum. in nouis Caputaquens. decis. 179. 1. par.

Quarto, expensæ non sunt soluendæ nisi causa omnino terminata, & solutio debet fieri, ubi iudicium est agitatum, & earum solutio, seu condemnatio facta contra plures intelligitur, vt vnusquisque pro rata teneatur, Caputaq. decis. 341. cum seq. 1. par.

Emptio.

PRIMO, quis cogitur uendere quatuor modis. Primo quando quis exposuit rem suam venalem, fallit in meretrice, quæ quamuis exposuerit corpus suum, uenale omnibus, non tamen potest cogi, & sic de omnibus exercentibus artem aliquam, quæ non potest fieri sine peccato mortali, imò si cogatur meretrix, punitur in Regno Constitution. Omnes, tit. de viol. meret. Isern. in Constit. in uer. nullus eas compellat; uide Bart. in §. cura carnis, l. 1. ff. de off. præfect. urb. Paris de Put. de Synd. in uer. iudicis, fol. 63. Afflict. in præludio Constit. in 3. q. nu. 7.

Secundo, propter publicam utilitatem.

Tertio fauore Ecclesiæ, & Religionis pro amplianda, siue construenda, seu de nouo ædificanda Ecclesia, uel monasterio, quo potest etiam prohibere, ne uicinus altius ædificet, unde monachi, uel moniales uideri possint, Couar. lib. 3. uar. resol. c. 14. per totum, Bar. in l. non enim, ff. rerum amot. Iason, in l. rogasti, ff. si cert. pet. & l. unica, ff. de æstimat. act. num. 7.

Quarto ratione necessitatis, ut si quis pauper litigaret, & ob potētiam aduersarij non inueniret aduocatum, uel procuratorem, potest aliquis ad ei patrociniū pręstandum compelli per Iudicem, Host. in sum. in tit. de fide instrum. §. ex quib. & in tit. de postul. §. quis postulare possit, nu. 2. in prin. vbi dicit, quod si renuet aduocatus ad præceptum Iudicis, carebit perpetuo officio patrocinandi, quod dixi de amplianda Ecclesia, uel Monasterio intelligitur de Ecclesia, seu Monasterio principali, & formato, non de ædiculis, uel societatibus confratrum, & sic fuit decisum Neapoli in causa Sanctæ Sophiæ, & Sanctę Mariæ de pignatellis, Vincent. de Franch. decis. 223. quod etiam innuit Couar. loco cit. colum. pen. uer. 2.

Quinto pp bonum, siue utilitatem publicam, potest compelli quis uendere a iudice præfixo pretio iusto, seu vtiliori, ut tpe penuriæ, uel caristię, Abb. in c. 1. de emp. & uend. imò tunc tpis potest compelli, ut quis potius uendat incolis, quam exteris, sicut colonus tenetur vendere quod facit in iure, potius dño ruris, quam alijs, pretio iusto, Abb. lo. cit. Couar. lib. 2. uar. resol. c. 3. nu. 5. l. 1. §. si. ff. de off. præfe. vrb. Maran. 6. p. de inquis. nu. 181. fallit, qñ quis solum habet pro uictu suo necessarium, Iser. in proœ. Constit. Regni. col. 1. Tiraq. de utroq. retrac. in pręfat. nu. 15. uide Iser. de usu seu. Rub. de pace iur. fir. nu. 18.

Secundo

Secundo, in emptione sæpè sæpius solet controuerti de læsione, quā petit venditor in precio rei venditæ, vel emptor in læsione pretij, prout in c. cum dilecti, de empt & vend. & l. 2. C. de resc. vend. Couar. loc. cit. c. 3. nu. 8. Soto lib. 6. q. 3. ar. 1. de iusti. & iu. ideo est notandum, ꝙ non semper potest peti ista restitutio, vel rescissio, quia in emptione debent cōsiderari nouem. Primum, tps, nam tpe belli, vel pestis res valet minoris, quam aliàs. Secundum, locus, nam in Vrbe, vel Oppido plus valet domus, vel palatium, quā in villa. Tertium, modus, nam in subhastatione minoris valet res, quam in propria officina, vel apotheca. Quartum, commoditas venditoris, nam pactū de retrouendendo, est quadam gratia, quæ fit venditori, quod minuit de precio, Boer. dec. 23. n. 25. Quintum, similiter quando fit seruitium emptori. Sextum, commoditas Reipublicæ, vt pharmacum. Septimum, raritas rei, nam omne rarum carum, c. legimus, 92. dist. ver. sed dicis, glo. ibi, in ver. preciositas. Octauum, multitudo, seu paucitas ementium, vel vendentium, quia quo plus minusve, eo minoris, maiorisve res venditur. Nonum expensæ venditoris, & pericula. Turrecre. in c. Canonum, 14. q. 4. nu. 7. & 8. D. Th. & Nauar. lo. cit. Couar. ibidem, nu. 5. c. 3. vide D. Th. 2. 2. q. 73. art. 1. in corpore. Nauar. c. 23. nume. 78. & Caiet. in Sum. in ver. venditio, casu 7. Tiraq. in tit. de retractu conuent. in fi. n. 135. Abb. in ca. ad nostrum, de empt. & vend. Syluest. in uer. vsura, 2. §. 15. num. 5. argum. 2. Couar. loco ci. lib. 3. c. 8. num. 7. Nauar. c. 17. nume. 247. Abb. & Felyn. in cap. cum causa, de restit. spol. & his causis non potest peti restitutio, nam unum palatium, seu fundus tempore belli, seu pestis, potest uendi tercentum aureis, & tempore pacis valeret mille, uel sexcētum: similiter, & de re uendita in uilla, seu in Vrbe, liberè, uel coactè. Nauar. in Com. de vsur. q. 8. nu. 112. uer... q. 11.

Tertio, licet regulariter posterior emptor, cui tradita est res uendita, præferatur priori emptori, cui non fuerit facta traditio illius rei ueunditæ, ut in l. quoties, C. de rei uendica. & Couar. loco cit. lib. 2. c. 19. nu. 1. tam fallit, quando fit uenditio Ecclesiæ, vel Ciuitati, absque rei uenditæ traditione, quia præferuntur secundo emptori, etiam si sit ei facta rei venditę traditio, l. ult. C. de sacrosanct. Eccl. Couar. loco cit. num. 2. ver. 2. Anch. in c. Abbate, num. 4. de re iud. lib. 6.

Quartò, emptor, si pendente locatione emat rem, alteri locatam a sibi venditore, non tenetur stare dictæ locationi, hoc fallit Primò, si colonus, seu conductor sibi fecisset obligare oīa bona locatoris, & spāliter illā rem locatam, quia tunc emptor tenetur stare locationi, vide Sal. in l. emptores, in 5. opp. C. loca. Gui. Pa. q. 480. nu. 2. & ibi additionem, & Boss. tit. de fisco, & priuil. nu. 41. quod notare debent beneficiati successores, quando tenerentur stare locationibus factis à prædecessorib. suis; uide aliqua in uer. alienatio, §. 3. dicto 13. uide Bal in l. filiofamilias, §. fi. sol. matri. & in Marg. Inn. in uer. colonus, q. 2. Abb. in c. quærimoniam, nu. 7. de iure patr. l. emptorem, C. loca.

Quintò, Emptor siue venditor q̄ñ lęsus est ultra dimidiam iusti precii, quid agere debeat? uide c. cum dilecti, de emp & uen. Mar. 6. p. tit. de app. nu. 83. & 87. Gem. in c. 2. nu. 4. vsque ad 42. de Consti. lib. 6. & q. 42. de trien. poss. col. pen. Couar. loco cit. lib. 2. c. 3. nu. 8. & lib. 1. c. 3. nu. 10. dicit esse arbitrarium Iudici, quo ad deceptionem Ecclesiæ, uel minoris, & q̄uo intelligatur ultra uel citra dimidiam iusti pretii, uide Sot. lib. 6. q. 3. art. 1. de iusti. & iure, Syluest. in uer. emptio. nu. 9. §. 8. & Couar. ubi supra, nu. 8. & quod non solum datur actio, l. 2. C. de rescin. uen. & d. c. cum dilecti, uel optionis, uel rescissionis in deceptione, ut dictū est, sed ēt in grauissima, & enormiss. læsione, ēt si uenditor, seu emptor renunciauerit, iurauerit, donauerit Couar. loco cit. c. 4. nu. 3. & pract q ca. 3. nu. 8. §. 13. & c. 28. nu. 9. & quæ dicatur grauis læsio; uide Gui. Pap. q. 519. n. 3. quia ex Bar. dicit esse, q̄ñ quis est læsus in sexta parte debiti, & ista lęsio potest peti usque ad triginta annos, Mara. & Couar. lo. cit. & potest peti ēt quando non est ultra dimidiam, sed est grauissima, & enormiss. Couar. lo. cit. in uer. cæterum; in hoc fallit duob. casib. ut Couar. l. 3. cap. 2. uersi. hactenus, & debetur in conscientia, etiam quando proximus notabiliter

lęditur

læditur. D. Tho. in 4. Sent. distin. 15. q. 3. arti. 2. & Couar. vbi supra, læsio seu deceptio vltra dimidiam rei, uel citra, parit actionem, Abb. in c. per tuas, nu. 4. de donat. Nauar. in c. qualitas, à num. 41. de pœnit. dist. 5.

Sextò, penes quem remaneat periculum rei venditæ, vide Syluest. in loc. cit. num. 3. §. 2. & Gimont. tract. de grat. expect. cap. 5. nu. 3. & infra Couar. pract. quęst. c. 3. nu. 6. §. 9. & li. 2. c. 15. nu. 1. var. resol. Mata. 4. par. dist. 4. nu. 53. & nu. vlt. Afflic. dec. 399. vbi degustatio vini transfert periculum in emptorem, & alia.

Septimo, primus emptor recipiens pretium, & patiens proximiorem possidere rem, quam ipse prius emerat, videtur ei reemere, & possessionem perdidisse, Boer. decis. 77. num. 1. 2. & 3.

Octauò, quando emptor elegerit rem restituere, iuxta l. 2. de rescinden. uend. an sit cogendus restituere etiam fructus, vide Couar. lib. 2. c. 3. nu. 9. uar. resol.

Emphyteuta.

PRIMO, emphyteuta Ecclesiæ non potest melioramenta, quæ facit in re uendere, nisi seruata forma, de qua in c. potuit, & ibi Abb. de loc. & conduct. vbi numerat septem, Oldradus consi. 34.

Secundò impotentia, & paupertas excusat a periurio, & a solutione canonis, & non causat caducitatem, Butr. in cap. significante, de pignor. & Bal. in c. breui, de pign. Rodoan. tract. de reb. eccl. non alien. q. 79. nu. 9. per multa dicta.

Tertiò, emphyteuta multis modis excusat a caducitate ob canonem non solutum inf. tempus, idem q. 79. c. 3. per multa dicta.

Quartò, emphyteuta quæ seruare debet, quando vult alienare ius suum emphyteuticum, uide eund. loco cit. c. 9. nu. 1. & infra.

Quintò emphyteuta donas rem emphyteuticam absque domini requisitione, non semper cadit in commissum, idem ibidem, num. 25. & infra, & relinquens in testamento, & dā do in solutum, & in permutatione, & donatione, ibidem a nu. 26. & infra.

Sextò emphyteuta non potest vendere ius suum nisi requisito prius domino directo, an velit eodem pretio emere, tenetur ei dare laudemium quod est quinquagesima pars pretij, & si uendit irrequisito domino, perdit ius suum lib. 2. & 3. de iure emphyt. Nau. de reb. eccl. non alien. num. 22. & in Con. de vsur. nu. 93. cætera vide inferius in eod. uerbo.

Electio.

PRIMO, electio Abbatissarum, & aliarum officialium Monasteriorum quomodo fieri debeat, in uer. Abbatissa, §. 1. 2. 4. 5. & 6.

Secundò electio quorumcunque superiorum, & officialium regularium fieri debet per nota secreta, alias electio erit irrita, & nulla, Conc. Trident. Sess. 25. cap. 5. de refor. reg. in casu contrarii, & pro defensione, quando consentiret totum corpus Concilii, vel Parlamenti, vel Capituli, uel Collegii, uel Monasterii, licet non sit seruata forma, vide pro practica Iason in l. vniuersitatis, à nu. 1. de precibus Imper. offer. & Calder. in, cons. 2. de Iure patron. ubi habet quod teneat electio, vel Conclusio facta.

Tertiò, electio pęnitentiarii, uide in ver. pęnitentiarius, §. 3. electio vicarii episcopi, eo defuncto, a quo, quando fieri debeat, & cuius conditionis? in ver. Capitulum, §. 7. & ver. Vicarius, dub. 1. electio Canonicorum pro gubernatione seminarii? vide in verbo Capitulum, §. 7

Quartò electus consentiendo electioni de se factæ a media parte eligentium, an augeat numerum, & electionem perficiat, Io. Andr. in Regu. in toto, de reg. iur. Abb. in c. cum iure peritus, de electione, Pau. de Cast. consil. 230. lib. 2. dicunt quod sic, quicquid dicat gl.

in d.

in d. cap.i.in uer.consentiat, sed fallit in patronis præsentantibus ad ius patronatus, pro ut in uerbo ius patronatus, §.34. sed in electione hoc valet, quãdo proceditur per modũ compromissi secus uerio per modum scrutinii, uel communis inspirationis Host. in lo. cit. & Syluest. in Sum. in uer. electio, 2. §. 18. nu. 23. Gemin. in c cum expediat, uer. sed, pone, de elect. lib. 6.

Quintò, electio quando mutari potest, vide pro pract. Hostiens. in Sum. hoc titu. §. vtrum mutari potest, num. 21. vbi dicit, quod non post publicationem, vide in uer. moniales. §. 21. & idem Hostieu. eod. tit. §. & nota quod, num. 18. vers. quid si a duabus, & c. in fi. vbi exemplificat in Papa, ex quo a duabus partibus electus est, voce electi computata, ab omnibus recipiendus est, & in tit. de iure patronatus, nu. 12

Sexto. an electio debeat fieri in Ecclesia, quæ uacat, & possit fieri alibi, Respondetur ex Gemin. in c. quam sit, uer. ad Secundam, de elect. lib. 6. ubi uidetur dicere, quod potest fieri alibi.

Extensio.

EXTENSIO, de casu ad casum regulariter non est facienda in pœnalibus, cap. odia de reg. iur. lib. 6. l. cum quidam, ff. de lib. & postum. Nauar. cap. 27. num. 51. tamen fallit primò, quando fauore animę. Bart. & Iason. in Auth. Sacram. pub. C. si aduersus uendit. num. 72. Io. Andr. in c. 1. de homic. lib. 6. Couar. de spons. 2. p. c. 6. nume. 12. Secundo fallit, fauore Ecclesiæ, glos. in c. sciant cuncti, de elect. lib. 6. in uer. aliàs, vers. dicit Gom. de expect. num. 10. Couar. lib. 1. c. 11. num. 5. uers. ex quibus, var. resol. Tertiò fallit, in correctoriis, ad euitandas legum correctiones, gl. in illud, C. de Sacrosa. Eccl. cum similib. allegatis per Alex. in l. si constanter, ff. solu. mat. & ibi Iason, in col. 14. num. 78. Gom. in c. 1. num. 33. de rescript. lib. 6. eo uel maximè, quando agitur de salute animarum, & euitando peccato, quia tunc dispositio correctoria, & odiosa, de tali materia loquens, extenditur, ex ratione indentitatis, Io. Andr. in c. ex tenore, qui fil. sint legit. Capy. decisio 154. num. 22. & 23. & exemplificat in c. 1. de homic. li. 6. vbi vult includi mandatarium, quãuis ibi de eo nulla sit mentio, sed vide superius in uer. assassinus, Nouel. de iure protho. §. secundum, num. 95. gl. in Clem. 1. in uer. eleganter, de electi on. Quarto, fallit, quando lex alioqui redderetur frustratoria, cap. si ciuitas, de sent. excom. Nauar. lo. cit. gl. in cap. si alienigena, de usur. lib. 6. glo. ibi, in uer. alienigena. Quinto fallit, quando largo vocabulo sumpto potest materia comprehendi, in l. filium habeo, ff. ad Maced. cum aliis allegatis, per Ias. in l. fi. ff. de in ius. uoc. Alex. in l. Centurio, col. 11. ff. de vulg. & pup. Sexto fallit, fauore Reipublicæ, And. Sicul. in cons. 48. col. 1. in 2. vol. Boss. tit. de pęn. num. 32. Butr. in l. que nadmodum, C. de agrico. & censi. lib. 11. Gom. in quæst. 15. de non toll. iure quæsit.

Septimo, fallit, quando non inuenitur ratio diuersitatis, uel dispositio est facta pariformiter, glos. in cap. 1. in uerbo, Italia, de temp. ord. lib. 6. & gl. in ver. eligatur, in Clem. 1. de elect. Ias. in l. fin. cita. Gom. in q. 18. de ann. possess. & in q. 2. de subrog. collitig. & potest fieri extensio ad casum similem, quando vnica tantum ratio assignari potest, gl. in l. quamuis, C. de fideicom. Octauò, in correctoriis potest fieri extensio ratione peccati euitandi, ut dictum est, secundum Alex. in l. Pomponius, § præterea, col. 2. in fine, ff. de acquiren. possess. exemplum in Constitutione Sancimus, de iure prothom. quæ quamuis sit correctoria, & loquatur in contractu venditionis, debet etiam extendi ad donationẽ habitam ab emptore causa uitandi fraudem, quæ inducit pecatum mortale, vide Marã. disput. 9. de iure congrui, num. 14. & 32. Nonò, fallit in identitate rationis, vt dictum est, glos. in Extrauag. Vas electionis, de censi. in uer. prorogamus. Nauar. c. 1. §. laboret, numero 14. de pęnit. dist. 7. pro ista materia extensionis de casu ad casum, vide Ancha. in c. Constitutionem, in initio, de reg. li. 6. Dyn. in c. in argumentum, & ibi Ad it. de reg. iur. lib. 6. Fallit, Decimo, in 21. casibus positis a Nauar. in c. pœnæ de pœnit. distin. 1. a num.

5. infra

5.infra.Pro hac materia theorice,& practice vide omnino Gemin. in c. si postquam, §. si vero,uers.secundo an semper,de elect.lib.6.Decimo,fallit,quando lex una est declaratiua alterius Iuris pœnalis.Gemin.in c.si cōpromissum,uer.quod licet ius,eod.tit.& lib.

Exemplum.

EXempla Sanctorum possunt allegari,& secundum ipsa iudicari potest, cap.de quibusdam,12.distinct.Abb.in cap.verum,nu.4.de conuers.coniug.

Ecclesia.

PRIMO, Ecclesia non potest fundari sine consensu Episcopi, vide per extensum (vltra iura vulgata) Syluest.tract.de benef.2.par.q.6.per totum Conc.Trid.Sess.25.c.3.de refor.Regula.& an requiratur consensus Episcopi in reparatione Monasterii? negatiue respondetur,ex Afflic.decis.292.nu.14.

Secundo, Potest vnusquisque fabricare Ecclesiam sine auctoritate Episcopi, sed non potest dici Ecclesia,sed oratorium.cap. vnicuique,de consecrat.distinct.1.Sylua.ibidem, nu.12.Missam verò celebrare ibi non potest facere, sine consensu Episcopi, cap. nemo, ead.distinct.Conc.Trid.Sess.22.c.quanta cura,§.neminem, & illud oratorium subest uisitationi Ordinarii,Conc.loc.cit.& dicam in uer.uisitatio.

Tertiò, Consensus iste sufficit,quod sit tacitus,etiam in ædificatione,non enim requiritur expressus,Sylua.lo.cit.vide etiam, quæ dixi supra,in uersic. beneficium, §.1. in fine, ex Guid. Papa.

Quartò, Ecclesia non potest fundari infra aliquam parochiam,si præiudicet iuribus ipsius Parochiæ,& Parochus potest se opponere fundatori,Guid.Pap.q.360. Abb.in ca. Cum olim,il 2.nu.9. de priuileg.

Quintò, Hoc intellige,nisi adsit causa necessaria, Addit.ad dictam quæstionem,& vide in uer.Parochia.

Sextò, Eleemosinæ,& emolumenta,quæ fiunt in Ecclesiis, intra parochiam existentibus regulariter sunt parochi.uide in ver.parochia.

Septimò, Ecclesia tenetur contribuere pro reparatione mœnium Ciuitatis,& fortificatione illius, Guid.Pap.q.78.& hoc intellige primo,sit fiat propter imminētem necessitatē, vt forte metu Turcarum,& aliorum hostium, Add.ibi,sed non possunt ad hoc compelli clerici per Iudicem Secularem,sed per Episcopum, Add.ibidem, Vinc.Franc.decis.9. num.4.& citat Lucā de Penna,de pęna remissiue, & ad quæ onera teneatur uide Abb. in cap.non minus,num.11.de immun.Eccles.& num.16.& 18.vide Anchar.in ca.quia nonnulli,num.50.uer.sed ego vlterius,de immun.Eccles.lib.6.vbi dicit,quando Ecclesiastici teneantur ad onera laicalia, imposita pro bono communi.

Octauò, Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem, Abb.in cap.1.num. 9.de præscrip. Guid.Pap.q.594.& hoc spatio quadriennii.idem ibidem,num.2.Mara.6.par.num.88. quod spatium incipit currere a die scientiæ, Dec.cons.62.in fine, Mara.lo.cit.num.84.facit,c.licet,de suppl.neglig.prælat.& ca.quia diuersitatem,de offic.ordin.& Abb.in Clē. ab Ecclesia,num.13.de resti.in integr.& Primo in contractibus,cap.constitutus,& ibi Abb.de restit.in integr.Secundò in iudiciis,cap.auditis,ibidem.Tertiò,aduersum probationem omissam.Quarto aduersus sententiam,c.1.eod. tit. 6.Quinto aduersus aliam Ecclesiam,d.c.auditis.Sextò aduersus læsionem enormem.Guid.Pap.q.170.& hoc spatio triginta annorum a die notitiæ,& ex male gestis per procuratorem, Abb.in cap.i numero 35.ut lite non contest.& hoc duplici remedio;idem in c.2.num.19.& 20. de rest. in integr.uide etiam quæ dixi superius,in uer.emptio,§.5.sed est inspiciendum tempus contractus,& non tempus motæ litis,ut quia tunc minus ualebat res uendita quam modo,iuxta notata in uer.emptio,§.2.& Guid.Pap.loc.cit.& melius,q.157.& Innoc. in c. ad aures,c.

ad aures, de reb.ecc.non alie. Octauo Ecclesia restituitur, etiam lapsu quadriennii, quando ex malignitate aduersarij laesa fuit, aut rationabilis aliqua causa subsit, Capyc.decis.4.nu.26.Glo.fi.in cap.de in integ.restit.lib.6.& text.ibi.Afflic.decis.390.sed non restituitur ad lucrum odiosum, proueniens ex dispositione legali, Tiraq.de vtroq; retrac. §.35.glos.2.nu.10.& quod dictum est de Ecclesia, intelligitur de locis piis etiam, Abb. in cap.nulli, num.4.de reb.eccles.vide in ver.restitutionem, Dyn.in cap. delictum, & ibi Addit. litera B, & in c.locupletari, de reg.iur.lib.6.vbi habetur aequiparari ista quatuor, Ecclesiam, pupillum Ciuitatē, & Vniuersitatem, potest etiam opponere exceptionem non numeratae pecuniae post biennium, Addit.ad Dyn.loco cit.in littera H, sed an elapso quadrienio, si non potest restitui, saltem possit excipere, negatiuè respondet Cap.Tolos.q.238.quamuis Addit.ibi dicat, quod etiam restituitur, quod mihi videtur tutius, quia fauorabilius, cap.odia, de reg.iur.lib.6.

Nono, quibus modis polluatur Ecclesia, adeo quod requiratur, vel reconciliatio, vel consecratio, vide in ver.pollutio Ecclesię, & Abb.in c.tuarum, de priuil.num.2.

Decimò, vacante Ecclesia Cathedrali, quid agendum sit à Capitulo, & Clero illius Ciuitatis, vel Dięcesis ad impetrandum a Deo Optimo Max.bonum pastorem vide Conc. Trid.Sess.24.c.1.de refor.

Vndecimò, Ecclesiam an possit Episcopus concedere Regularibus, vel Laicis, vide quae dicam in ver.Episcopus.

Duodecimò, Ecclesia habet immunitatem circumcirca per quadraginta passus, Gl.& text. c.sicut antiquitus, 16.q.4.Fel.in c.cum pro causis, de sent.excom.quod tamen non esse morib.receptum, ait Couar.lib.2.c.20.nu.5.variar.resolut.

Decimotertiò, ad Ecclesiam aedificandas, quas circunstantiā requirere debeat Episcopus, vide Sylua lo.cit.

Decimoquartò, Ecclesia dum cedit, seu donat bona, quae eo ipso, quod cedit, acquirit, an requiratur in hoc assensus Apostolicus, in ipsa donatione, & cessione, vide Vinc.de Frāc. decis.14.nu.9.16.19.

Decimoquintò, Ecclesia rōne feudi quod habet, habetur loco Laici. Affli.decis.361.nu.11.

Decimosextò, Ecclesiae quando legatur, vtitur legibus ciuilibus in materia euictionis, vide Abb.in c.fin.nu.4.de empt.& vendit.& quando habeat iurisdictionem in laicos, vide eundem in c.sicut, & infra, num.1.de iureiur.

Decimoseptimò, ecclesia rem in feudum sibi datam non potest alienare, nisi infeudando, Iser.in c.qual.vasal.iur.deb.fidel.nu.5.

Decimooctauò Ecclesia non debet consecrari sine reliquiis sanctorum, ita in 7.synodo generali actione 7.can.7.

Decimononò, ecclesia tunc dicitur ad aliquem spectare pleno iure, quando in ea episcopus nullum ius episcopale exercet, & ideo praesentatio, institutio, & destitutio pertinet ad eum qui eam habet pleno iure, Abb.& Innoc.in c.cum inter, num.2.tunc pleno iure quis habet Ecclesiam quando omnia Episcopalia habet, ibi.de sent.& re iudic.

Vigesimò, an ecclesia vnita perdat priuilegia, & statuta, quid de Ecclesia translata? vide Rebuf.de transl.Episc.nu.11.nisi priuilegia, gratiae, & statuta concedantur etiā cum translatione, prout dicam in verbo indulgentia, §.8.

Exemptio.

PRIMO, optime prouidit more suo Sac.Concil.Trid.Sess.24.ca.11.de refor.circa exēptos, qui magnae solent esse locorum Ordinariis perturbationi, prout cap.cum personae, de priuile.lib.6.& statuit primo vt Prothonotarii, quam Comites Palatini, vel aliis titulis honorariis, subiacerent locorum Ordinariorū iurisdictioni, tanquam Sedis Apostolicae delegatorum.

Scdo, quo ad Capellanos Regios dicit obseruari capitulū cū capella, de priuileg.vbi habet quod

quod dum actu seruiunt, sunt exempti à Iurisdictione prædicta, tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam capellã, coerctioni, & iurisdictioni memoratæ subsint. Innocent. in d. cap. cum capella, nu. 2. & in c. recepimus, nu. 1. eod. tit. facit quod officiales regii gaudent priuilegio exemptionis, dum assistunt seruitiis Regiis. ita Affli. in Constit. Magnæ Curię, notab. 4. nu. 4.

Tertiò seruientes Ecclesis militiis, seu domib. quarumcunque militiarum, gaudere etiam vult exemptione prædicta, modo habent has circunstantias. Primam, vt actu seruiant, Secundam, vt intra earum septa, ac domos resideant. Tertiam, vt sub earum obedientia uiuant. Quartam, vt professionem earum militiarum faciant, de quibus constare debeat Ordinario, cap. porro, de priuileg. gl. in d. c. cum capella, in uersi. in quantum, hoc idem confirmatur à Greg. XIII. Bulla 68. fol. 1295. idem censuit Sac. congreg. Declar. 169. & ita fuit obtentum in facto Romæ, & Neap. in causa presbyterorum seruientium cuidã parochiali S. Ioannis Hierosolymitani terræ Pulcini, Compzanę dięcesis, qui prætendebant exemptionem a iurisdictione Archiepiscopi, dum ibi essem Vicarius, & tulerunt Sent. contra se.

Quartò, quo ad familiares Cardinalium, uel residentium in Romana Curia, vult, vt ratione beneficiorũ, quæ obtinent in aliqua Dœcesi, subiaceant iurisdictioni illius Ordinarii, imo exempti omnes, quod ad ea quæ pertinent ad beneficia, quæ possident, sunt subiecti Episcopis, & ratione illorum eisdem subiacent. Nauar. cons. 9 de iureiuran.

Quintò, quo ad subcollectores, modo pro concordantia spoliorum facta cum Sanctissimo Papa Sixto, sublati sunt, nec gaudere vult Summus Pōtif. eos exemptione, prout multoties scriptum fuit a Reuerendissimo maiori Thesaurario de mente Domini Papę Reuerendissimo domino Nuncio Neapolitano, ut ipse vidi, & audiui, vide Boer. decis. 17. vbi habes quinam dicantur Capellani Papę, Regis, & Reginæ, ad hoc, ut gaudeant uel exẽptione, uel perceptione fructuum in absentia; Præterea Ordinarius potest punire delegatum Principis delinquentem in suo territorio, Boer. decis. 9. nu. 5. & Iudex minor potest punire officialem Iudicis maioris, dum tamen ei hoc notum faciat, idem ibi, num. 6. uide Caputa q. decis. 139. p. 1. num. 5.

Sextò, Ecclesia exempta non potest renunciare suo priuilegio libertatis, Abb. in c. cum tẽpore, nu. 2. & 7. de arbitr.

Septimò, Quot modis exempti sint subditi locorum Ordinariis, uide Abb. in Clem. vni. num. 5. de foro comp. licet remissiue, & Innoc. in c. cum Capella, nu. 2. de priuileg. dat regulam vniuersalem, quod persona exẽpta, ratione rei non exemptæ, subiacet iurisdictioni Ordinariorum, & citat porro c. quoniam ad hoc, de priuileg. & Leo X. Bulla 8. quæ incipit, Regimini.

Octauo, an in loco exemptio possit Episcopus exercere Iurisdictionem etiam, si sit intra suam dięcesim, uidetur quod non, prout in cap. cum Episcopus, & ibi Glos. in uer. non exempto, & Gemin. uer. sed quid si Episcopus, de offic. ordin. lib. 6. secus, si Episcopus haberet Iurisdictionem in personam exemptam existentem in dicto loco exempto, puta, in causa hæresis, & aliis, prout dictum est in uer. excommunicatio, de causa materiali dubio quarto, licet hoc nec placeat Io. And. ut ibi innuit Gem. nam oportet, ut conuertant duo, nempè, Iurisdictio in personam, & in locum, aliàs non posset.

Episcopus.

PRIMO, vide multa in ver. Vicarius, hic uerò tantummodo magis practicabilia attingam, & primo Episcopus potest appellare sine mandato speciali pro sua Ciuitate, & subditis suis, Guid. Pap. q. 203.

Secundo, si committit causam alicui, potest ab illa appellari, vel ad Metropolitanum, uel ad ipsum

ipsum Episcopum, Ioan. Andr. & Io. Monac. in ca. Romana, de appellat. lib. 6. Guid. Pap. q. 336. nu. 42.

Tertiò, potest dispensare super iuramento, idem quæst. 140. & uide in uers. Iuramenti absolutio.

Quartò, quando possit, uel non, infeudare rem Ecclesiæ, uide eund. q. 154.

Quintò, pôt esse iudex in causa propriæ suæ Ecclesię, sed potest recusari ut suspectus, Capyc. dec. 137. a nu. 1. & quid sit tunc agendum, & ad quem recurrendum, vide in versi. Archiepiscopus, §. 1. & in uer. appellatio, §. 15.

Sexto, ab Episcopo appellatur ad Archiepiscopum, etiam in causis temporalibus, gl. in capitulo 2. in ver. infra decimumquartum, de delict. puero. Capyc. loco cit. num. 12. etiam si Episcopus haberet Regalia a domino, seu a principe seculari; Idem ibidem, nisi aliter habeatur in priuilegio, seu consuetudine, secus in causa feudali, quia tunc appellatur ab Episcopo ad dominum, a quo ipse Episcopus habet feudum, Gl. in c. Romana, §. debeat, in ver. Iurisdictio, de appellat. lib. 6. Capyc. lo. cit. Couar. prac. quæst. c. 4. nu. 2. ver. hinc factum est, c. extransmissa, de foro comp. tamē hoc fallit, quando super feudo ageretur criminaliter. Foller. in addit. ad Marant. 4. par. dist. 11. nu. 75.

Septimò, Episcopus, idemque Canonicus in aliqua Ecclesia, debet sedere vt Canonicus, non vt Episcopus, glos. in c. a collatione, in uers. Prælatus, de appellat. lib. 6. Capyc. decis. 27. num. 26. Vinc. Fran. decis. 138. num. 5. secus si esset Canonicus & Episcopus simul in sua Ecclesia, quia tunc in primo loco; vel quando aliter non se habeat priuilegium, uel conuentio, ut in Episcopo Mellitensi. Caputa q. decis. 107. p. 1.

Octauo, Episcopus factus ex Regularibus, nō habilitatur propter hoc ad habendum proprium, & ad disponendum adhibitum de proprietate, idem Capyc. decis. 200. D. Thom. 2. 2. q. 88. Art. 2. ad 4. & q. 185. Art. vlt. in corp. licet Soto lib. vlt. q. vlt. Art. vlt. de iust. & iure aliter sentiat, & forte non longe a recto tramite.

Nono, Episcopus in sua Diœcesi debet honorari ab Archiepiscopo, dum est in Diœcesi illius Episcopi, & Cardinalis debet eandem reuerentiā Episcopo in sua Dyœcesi. idem decis. 27. num. 24. & 25. Ratio est, quia Episcopalis dignitas multum est commendanda, Abb. in Clem. si quis suadente, num. 26. de pęnit.

Decimò, Episcopus, qui in iurisdictione erga suos subditos exercenda debet habere consilium sui Capituli, potest consuetudine, uel præscriptione sibi quærere, ut dictum consilium minime requirere teneatur, c. non est, de consuetudine, lib. 6. Capyc. decis. 134. num. 3. facit pro cap. 6. Sess. vigesimaquinta, Concil. Trident. vbi disponitur in quibusdam Episcopum debere adhibere consilium Capituli, sed uide in ver. Capitulum, §. 8. & hoc etiam ampliatur, si illud consilium adhibere debeat in instituendis, vel conferēdis beneficiis, Sylua. tract. de benef. 2. par. q. 22. nu. 13. & 14. & ita communiter hodie seruatur in praxi.

Vndecimo, Episcopi familiares gaudent priuilegio fori competenti domino Episcopo, Capyc. decis. 12. & Episcopus potest cognoscere de delictis suorum officialium, etiam ciuilibus, Anchar. in c. Romana, §. contrahentes, de foro comp. lib. 6.

Duodecimo, Episcopi nō debent deseruire laicis principibus, nec Regulis, nec Baronibus, nec ministris Regum, sed locum, & gradum conuenientem suæ dignitati, tam in Ecclesia, quam foris sibi retinere, Conc. Trid. Sess. 25. capit. 17. de refor. & tam in Ecclesia, quā in Choro, & processionibus, & omnibus actis publicis prima sedes debetur Epō, Conc. loc. cit. c. 6. §. Episcopus, de refor. & in 8. Synodo Constantinopol. actio. 10. Can. 14 fallit tamen, quando, sedet vt Consiliarius Regis, quia tunc non præcedit alios Consiliarios, Vincen. Fran. decis. 138. nu. 5.

Decimotertio, Epi quā sit magna auctoritas, & quæ possit, vide per extensum Sylu. lo. cit. 4. par. q. 7. à n. 8. & infra, an possit dispensare in iuramentis, ieiuniis, homicidiis, incestu, esu carnium, & alijs (exceptis quibusdam,) cum passim dicatur, non posse Episcopum

dispensare

dispensare supra ius positiuum, cum ipse subsit illi, vide Sot. lib. 1. q. 7. artic. 3. de iustit. & in gl. & alios, in cap. at si clericis, §. de adult. de iud. vbi habetur quod sic, nisi fiat reseruatio conditori.

Decimoquartò, Episcopus æquiparatur Duci, Comiti, vel Baroni, Barto. in l. 5. in principio, & ibi Alex. ff. de verb. oblig. Maran. 4. par. dist. 5. num. 13. & assimilatur illustrib. & spectabilibus, & habet pulcherrima, & suprema nomina, Anchan. in c. & si sententia, num. 4. de re iud. lib. 6. & ideo delegati ab Episcopo, non possunt subdelegare, ob rationem quam affert Iason, in l. a iudice, nu. 17. de iud.

Decimoquintò, Episcopi vsque ad Clemēt. V. & Ioan. XXII. erant in dignitate supra Cardinales, Gom. in c. 4. de Episcop. dignit. Domin. in Reg. Cancell. colum. 1. Abb. in ca. cum Apostolus, num. 1. & 2. de censi. Fely. in cap. super his, col. fi. ver. vlt. dicit hic, de fide instrum. tamen hodie digniores sunt Cardinales ipsis Episcopis, ob rationem assignatam à Sylu. ... 247. num. 17. Vide Gemin. in proœm. lib. 6. Decret. §. sanè, notab. 5. & in ca. cum aliquibus, versic. quod operatur, de Rescript. eod. libr. ubi etiam, dicit, quod vsque ad Bonifacium VIII. Episcopi non fiebant Cardinales, ad hoc ne viderentur descendere à maiori, ad minorem gradum.

Decimosextò, Episcopo dato suspecto, lex dat sibi adiunctum Episcopum, vel recurrendū esse ad superiorem, Capyc. decis. 187. nu. 3.

Decimoseptimò, Episcopus an possit de nouo facere Collegium? Sylua. lo. cit. 2. par. q. 22. nu. 16. per c. quoniam, de vita & honest. cler. dicit quod sic; vide superius in ver. Collegium. vbi Rebuf. dicit quod non, sed ego censeo cum Syluano.

Decimooctauò, Episcopus an possit concedere Ecclesiam Laicis, vel regularibus, vide Panor. in c. de monachis, num. 7. & 15. de præbend. & in cap. cum olim, el 2. num. 4 de priuileg. & in capitulo pastoralis, numero sexto, eodem titulo, & ibi glos. in ver. de prouentibus, gloss. in cap. vobis, in ver. in capella, de iure patron. & in capit. secundo, numero secundo, versic. circa tertium, ne cler. uel monach. & c. uide Ioan. And. in cap. ex ratione de æta. & qualit. Innocent in cap. secundo, de iudic. vbi habetur, quod sic, & hoc stante aliqua necessitate, uide capit. ad audientiam, de eccles. ædific. capit. ad nostram, de rebus ecclesiæ non alienan. capit. pastoralis, de donat. Sylua. loco cit. quarta parte, quæstio. septima, numero vigesimoseptimo, uersi. 135. numero trigesimooctauo, uer sic. 100. Hostien. in summa tit. de offi. ordin. §. sunt autem quædam, & Episcopus potest sibi retinere pensionem, quando confert ecclesiam, dummodo non augeatur antiquus census; vel potest sibi retinere moderatum censum in signum dominii. Hostiens. loco citato, & in titu. de transactio. §. & in quibus, numero quarto, & in signum deuotionis & memoriæ beneficiorum Innocent. in capit. constitutus, numero primo, de relig. domib. & hoc ampliatur, quo Episcopus potest conferre Ecclesiam nondum vacantem, loco, sed non per sonæ. Abb. in capit. consuluit, de donatio. Bald. in Margar. Innocent. in uer. ecclesia, quęstio. quinta, hoc tamen limita, quod non possit ita donare, seu concedere ecclesiā, quod in totum ius Episcopale dimittat, quia tunc illa Ecclesia esset acephala, Innocent. loco citato, numero secundo. Sed si Episcopus concederet Ecclesiam eximendo eam a se in totum, ualet si confirmatur a Papa, secus uero non. Abb. in capitu. pastoralis, de his quæ fiunt a prælat. & c. Feder. consilio quarto, Felyn. in cap. cum laicus, de rebus eccles. non alien.

Decimonō, Episcopus habet eadem priuilegia circa officium inquisitionis, quæ habet Inquisitor delegatus, & maximè absentibus istis Inquisitoribus, & vbi non adsunt inquisitores; Pen. Schol. 114. in 3. par. Direct. Inquisit. in fin.

Vigesimò, Episcopus est iudex ordinarius in causa fidei, sed dubia circa finem fine Ecclesiæ Romanæ licentia diffinire non possunt, Direct. Inquisit. 2. p. per c. ad absoluendam, nu. 3. de hæret. Pen. ibi, consi. 8. c. quoties, 24. q. 1. c. maiores, de baptis. c. super quibusdam de ver. sig. sed potest hæresim iam condemnatam condemnare.

Vigesi-

Vigesimoprimo, Episcopo delegato in causa Religionis mortuo, non succedit Capitulũ, sed successor Episcopus, Direct. Inquisito. secunda parte, per capitulum ad abolendam, num. 22.

Vigesimosecundo, Episcopus propriis impensis tenetur animaduertere in hæreticos, Direct. Inquisit. 2. par. Extrauag. Bened. §. verum.

Vigesimotertio, Episcopo aliquando interdicitur Iurisdictio, Innoc. in c. licet Heli, de Symon. Canonistæ, in capitulo venerabilis, de offic. deleg. Vinc. Fran. decis. octaua, numero vlt.

Vigesimoquarto, An Episcopus posset emere bona ecclesiæ a suo Capitulo nomine tamen Ecclesiæ, sine consensu superioris; Respondetur affirmatiue, Nouell. de iur. prothom. §. secundis, nu. 142.

Vigesimoquinto, Episcopus non potest disponere de futuris, in præiudicium successorũ, nisi durante vita sua, Afflict. decis. 101. & Vinc. de Fran. decis. 165. num. 7. & sic decisum fuit in facto bis.

Vigesimosexto, Episcopum si quis iniuriose, uel temere percusserit, seu ceperit, aut bannierit, est ipso iure priuatus benef. Clem. 1. de pęn. Rebuf. prac. benef. tit. de modis amit. benef. nu. 39. & 40.

Vigesimoseptimo, Episcopum sua Ciuitas occidens, priuatur ne deinceps habeat talem dignitatem, capitulo ita nos, vigesimoquinta quæst. secunda, Rebuf. in titulo de different. in titulo priuil. reser. & mand. numero tregesimoquarto, Couar. lib. 2. capit. 8. in fi. uar. resol.

Vigesimooctauo, episcopus potest dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & ad vnum beneficium, simplex, cap. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6. Nauar. c. 27. nu. 201. Vide Gemin. in dic. cap. uers. nemo, ad secunda.

Vigesimonono, Episcopo competit malè ablatorum dispensatio, Abb. in Clement. Religiosi, numero vigesimoquarto, de priuileg. sed Nauar. conf. 18. numero 7. & 14. de pœnitent. & remissio. dicit, id non competere Episcopo de iure, quia id possunt facere partes per semetipsas, & per Confessarios, tamen hoc potest intelligi de consuetudine generali, uel speciali, & sic vidi omnes episcopos uel sibi reseruare in summa notabili, puta supra decem aureos.

Trigesimo, Episcopatus licet alter altero sit pinguior, tamen omnes sunt paris dignitatis Abb. in c. si. nu. 16. de transl. Episcop.

Trigesimoseptimo, Episcopus potest dispensare cum excommunicato accipienti vel acceptanti beneficium, si collatio illius beneficii ad ipsum Episcopum pertinebat, secus nõ nisi is qui, dispensationi consentiat, Couar. in c. Alma mater, prima par. §. septimo, numero 8.

Trigesimosecundo, Episcopus tenetur ex facto sui Vicarii, & imputet sibi, si malum Vicarium elegit, Hostien. in c. ad hæc, de offic. Archid. Bald. in Marg. Innoc. in vers. episcopus. hoc intelligitur, nisi postquam sciuerit, purgauerit eum, addit. ad q. 37. Cap. Tolos. & Rot. decis. 272. & Nau. conf. 3. num. 62. de statu. monach. & non solum de facto Vicarii, sed omnium suorum officialium. Rebuf. in for. Vic. Archiepiscopi, & aliornm, nu. 188. & quando dicitur, quod Episcopus tenetur ex facto sui Vicarii, seu officialis, intelligitur de omni potestate, quæ tenetur de male gestis, per suos officiales, sed in rebus cõcernentibus officium non autem extra eorum officium, & ita Roman. in con. 338. quod incipit: in casu propositæ consultationis, quod communitas non tenetur de delicto officialis, a se electi, quando delinquit, extra materiam sui officii, Vide Iason in l. age cum Geminiano, nume. 3. uer. & dicit Angelus, de transact. & quomodo possit Episcopus, uel potest castigare suos officiales delinquentes extra officialem, tanquam familiares, dixi in uer. Episcopus, supra, §. secundo, & in secunda par. eodem uersiculo, §. vigesimoquarto.

L Trigesi-

Trigesimo, Episcopi creati ex aliqua Religione non mutant habitum. Conc. Gener. 8. Cano. 27. actio. 10. nec vtatur lineis, i. Rocheto, etiam si fuerit Monachus. Nauar. in capitulo statuimus, numero 28. versiculo 2. 19. quæstio. 3. capitulo clerici, il 2. de vita & hon. cleric.

Trigesimoquarto, Episcopus est Iudex legitimus quando causa est suæ Ecclesiæ, vel Episcopatus, secus quando causa est, personalis, Rodoan. tract. de reb. Ecc. non alie. q. 78. c. 8. nu. 5. & infra, quod Episcopus sit Iudex in causa Ecclesiæ suæ, vide c. si quis erga, cũ glo. vlt. 2. q. 7. Nauar. consil. 20. de Rescript. & cons. 28. de sent. excom. in vlti. & ca. quia prędia, 12. q. 2. c. cum sit, de foro comp. c. dilecto, de sent. excommun. lib. 6. Capyc. decis. 124. num. 11.

Trigesimoquinto, an episcopus celebrans priuate in Diœcesi aliena, possit vti benedictione episcopali, cum verbis, Sit nomen Domini benedictum, &c. Respondetur posse, cũ ista sint potius ordinis, quam Iurisdictionis, (vt more Canonistarum loquar,) & sic fuit conclusum Neapoli, in quodam colloquio habito circa hoc in facto coram quibusdã Reuerendissimis Prælatis, me præsente, & Ratio potest esse, quia si conceditur Episcopo celebrare in aliena Diœcesi a iure, prout patet iuribus vulgatis, absque licentia Ordinarii, concedi etiam debet Benedictio Episcopalis, tanquam accessorium, & consequẽs illam celebrationem, per c. cui licet, & ibi glos. in princip. de reg. iur. l. quam videas. Gemin. in cap. auaritiæ, de elect. lib. 6. uers. quid de electo, ubi dicit, quod Benedictio est duplex, quædam solennis, quædam priuata, priuata est, quę fit in missa priuata, quę ẽt competit Sacerdoti, solennis est quæ fit cum solennitate.

Trigesimosexto, an Episcopus teneatur quotidie celebrare missam, uel ea audire? Respondetur quo ad primum, quod diebus Dominis, & festis solennibus, & tam frequenter quod suo muneri satisfaciat. Ratio est, quia episcopus etiam habet curam animarum, cũ sit parochus totius suæ Diœcesis, ut patet uulgatis, & in uer. decima, §. 10. argumento Sac. Conc. Trid. Sess. 13. 14. de refor. licet non sub reatu peccati mortalis, cum nõ reperiatur sub præcepto, nisi ratione obligationis, contemptus, uel scandali, Nau. c. 6. nu. 19. & Mat. c. 18. Luc. c. 17. & Mar. c. 9. Vę homini illi, per quem scandalum uenit; Quo ad secundum, respondetur, quod non, ita Nauar. c. 22. nu. 2. & de Hor. Canon. c. 3. num. 29. Nec obstat c. fi. de priui. lib. 6. & c. solet, de consec. d. 1. quia intelliguntur de congruentia, de consil. & bene esse, ita glos. in Clem. 1. in ver. Canonicas de celebr. miss.

Trigesimoseptimo, Episcopus duorum Episcopatuum vnitorum, degens in altero, potest expedire negotia alterius Episcopatus, Innoc. in c. nouit, de off. leg. Rebus. in tit. de vnio nu. 16. Ratio est, quia in suo territorio potest exercere suam Iurisdictionem, capitulo ut animarum, de Constit. libro 6. Nauar. cons. 2. de offic. iud. ord. cętera vide in additionib. maioribus.

Exequutor Apostolicus.

SVMMARIVM.

1 *An debeat procedere citata parte.*

2 *An possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficij, licet illum expresserit in Cancellaria Apostolica, iuxta formã Regulæ, de exprimendo ualorem beneficij.*

3 *An possit procedere absque ordine Iudiciario, & possit recusari, & ab eo factis appellari.*

AD PRIMVM, distinguendum est Primo de executoribus, prout Gom. in trac. de expectat. & trac. de breui. Gemin. in ca. statutum, §. in nullo, uers. quæro ulterius, de Rescript.

script.lib.6.& in c.tibi qui,notab.2.quando habet potestatē compellendi, conferendi, inhibendi, et executor datus a Papa, dicitur habere delegatam,auctoritatem, text. & Gemin.ibi, notab.6.& vers.sed an iste,de offic.deleg.lib.6.per Glossam in dic.c.tibi qui, Secundo,videto Gui. Pa.q.70.quia inspicienda est Commissio,& Gom.de breui.nu.14. & de prouid.num.129.& 142.& 136.& 137.& in reg.de trien.possess.q.27. col.3. versi. sic etiam,& c.ex parte,il 1.de Rescri.c.pastoralis,de priuileg.& in reg.de ann. q.44. col. 5.§.accedit.gl.in Cle. vnica,in uer. reperierint,de offic.deleg.glo.in Cle.inquisitione, de co ncess.præb.Gom in c.statutum,num,77.Io.de Sylua.trac.de benef.2.par.q.15.num 4. decis.Rot.6.de offic.deleg.in nouiss.num.2.& decis.3.de Rescript.in nouis. vbi habetur an & quando debeat procedere citata parte,& uocatis uocandis,c.exhibita, de iudic. Fallit,quando vellet examinare aliquem,si est idoneus,quia tunc non est citanda pars, Ana.in c.licet,nu.14.de transf.vide Abb.in d.Clem.de offi.deleg.per totum, sed nu.15. melius,& quando dicitur vocatis uocandis,uel sine præiudicio,tunc requiritur causæ cognitio;Felin.c.de cætero,col.3.de re iud.Caputaq. deci.284.par.2.

AD SECVNDVM,Respondetur affirmatiue,etiam si non opponatur ab aliquo aduersante sibi,Primo,quia hoc facere debet exequutor ex officio suo,utrum sit uerum quod expresserit,Boer.decis.161.num.17.Secundo,quia Iudex,seu exequutor tenetur se informare de omnibus expressis in litteris Apostolicis,ut patet.quia ibi solum narrat, exprimit,& exponit impetrans propter obseruantiam Regularum Cancellariæ, & rituū curiæ,in partibus uero debet probare narrata coram Iudice delegato,c.2.& c. super litteris,de Rescrip.Nec obstat decis.Rotæ 8.de præb.in nouiss.quia posset dici,quod loquitur quando nullum esset præiudicium,& non opponeretur,sed semper potest opponi, licet non à parte aduersa,tamen ab ipsomet executore,uel eius fiscali, Prætetea quia sic practicatur in dispensationibus matrimonibus,quibus exprimuntur gradus in Vrbe, qui probantur in partibus,facit glos.in c.significauit,in uer.aliquam,de appellat. Addit. ad decis.Rotæ 7.de Rescript.in nouis.& decis.44.eod.tit.facit Conc.Trid.Sess.22.capit. 5.& 6.de refor.ubi uult,quod Episcopus uideat oīa rescripta impetrata a Sede Apostolica,an habeant uitium surreptionis,uel obreptionis,facit Clemen.Abusionibus,de pœn. & remis.& uide multa,in uer.rescriptum.Sed an falsa expressio ualoris beneficii uitiet litteras impetratas,uide Couar.li.1.c.20.nu.7.uar.resol.ad de,quod dispensatio est stricti iuris,& ideo in ea exequenda,iudex caute procedere debet.Abb.in c.dilectus filius, nu.1.de præb.Fel.in c.mandato,de Symo.Caputaq.dec.8.nu.6.& dec.27.nu.2.ubi dicit quod gratia est nulla,ob non expressionem veri valoris,& decis.128.& per totam. Facit etiam quod dispensatio commissa tia exequuta sine inquisitione præuia, non ualet, & mandatum de dispensando redditur conditionale ex Clausulis,uidelicet consideratis diligenter circunstantiis,Felyn.in c.super,de Rescript.Caputaq.decis.273. par.1. & ille,qui uult probare ualorem expressum,tenetur facere plenam probationem,cum agatur de probatione fraudis,idem decis.381.par.2.& fama publica excusat malam valoris expressionem,quia ualor est difficilis probationis.idem decis.49.par.3.

AD TERTIVM,uide Bal.in Marg.Innoc.in ver.exequutor,& Innoc.in c.proposuit,nu. 5.de concess.præbend.

Epistola.

Epistola non debet cantari, nisi per Subdiaconum,etiam in necessitate, Abb. in c.ut qui quisque,nu.3.de vita & hon.cler.& vide Syluest.in ver.irregularitas,§.... & Nauar.ca.27.notab.7.& D.Ant.3.par.tit.28.c.1.§. 3.& non ordinatus ordine sacro cantās Epistolē,uel Euangeliū solenni apparatu,quas pœnas incurrat,uide Abb.in c.1.de cle nō ord.ministr.sed quid in necessitate,vide eundem in c.vt quisq;,n.3.de vita,& ho. cle.

Expositi.

EXpositi an sint filij hospitalis, & an hospitalia succedant ipsis decedētib. ab intestato absque filiis, & quo iure, vide Vinc. de Franc. decis. 198.

Eremita.

PRimo Eremita, licet non sit sacerdos, vel initiatus, vel in sacris, tamen si est sub obedientia alicuius superioris, vel Episcopi, gaudet priuilegio clericali, glos. in c. qui uere, in uer. vero, & ibi Archid. 16. q. 1. & Syluest. in ver. Eremita, nu. 2. §. 1. & in ver. Ecclesia, 1. §. 5. Nauar. c. 27. nu. 79. notab. 8. & Abb. in c. ex parte, num. 10. de conuer. coniugat. & Addit. Zachar. ibi, litera A. tamen vidi Addit. ad Cap. Tolos. q. 8. vbi multa dicit, an Eremita & rectores hospitalium conueniantur coram Iudice Ecclesiastico, vel Laico. Secundo heremitę qui simul viuunt, etiam in regula non approbata subsunt Episcopo, Gemin. in cap. indemnitatibus §. supradicta, notab. 1.

Exequutor testamentorum.

PRimo potest esse mulier, & religiosa, vide Abb. in c. Vos quidem, de testament. Bal. in Marg. Innoc. in verbo mulier, & executio cuiuslibet voluntatis pertinet ad Episcopum, Abb. in repet. c. cum esset, nu. 23. de testam.

Secundo, an possit uendere de bonis defuncti, pro satisfactione legatorum, uide Anchar. in c. religiosus, nu. 10. de testam. lib. 6. Couar. in c. 3. nu. 8. & in c. tua, nu. 4. de testam. glo po, in 2. in uer. religiosus, de testam. lib. 6.

Emphyteuta.

PRIMO, emphyteuta Ecclesiæ non potest melioramenta, quæ fecit re, uendere, nisi seruata forma, de qua in c. potuit, & ibi Abb. de loc. & conduct. vbi numerat septem, Oldradus consil. 34.

Secundo quando excusat a caducitate, pendente lite, non soluens, uel si non soluit ob aliquam prætensionem damni, uel iuramentum cessationis vnius termini, & quod requiratur declaratio Iudicis uide Caputaq. decis. 298. par. 1. cum tribus sequentib. & concessa emphyteusi patri, censetur concessa filijs idem decis. 302.

Tertio, emphyteuta potest compelli, reficere rem emphyteuticariam per iudicem ecclesiasticum, Cap. Tolos. q. 353. & quando non solum ob cessationem Canonis non soluti, sed etiam ob deteriorationē possit expelli uide Addit. ibi, vbi tria requirit copulatiuè, & an possit cogi, vt bene excolat, vel gubernat rem emphyteuticariam, uide Addit. ibi.

Quarto an possit imponere seruitutem rei emphyteuticariæ absque consensu domini, respondetur quod sic, Capel. Tolos. q. 461. uide in uer. limites seu termini, sic Cap. Tolos. q. 461.

Extrema Vnctio.

SVMMARIVM.

1 *Materia.*
3 *Minister.*
3 *Quibus personis conferenda.*
4 *Quibus partibus corporis applicanda.*

PRIMO, materia debet esse oleum oliuarum, & an oleū benedictum ad Epō sit necesse, uide Sum. Sacr. q. 217. ubi recitat duas opiniones, tū quicqd sit, ualeret Sacramētū

si quis

ſi quis intingeret oleo ſimplici, ita Caiet. & multi recentiores. Soto 4. Sent. diſt. 25. q. 1. ar. 3. Syl. ver. Extrema vnctio, nu. 1. Conc. Trid. Seſſ. 14. c. 1. de Extrema vnctione.

Secundo miniſter eſt ſolus ſacerdos, ſed non Regularis, quando vellet præſumere hoc adminiſtrare alicui parochiano, ſine licentia parochi, quia eſſet excommunicatus Papali excommunicatione, Clem. 1. de priuileg. Nauar. c. 2. num. 52. & cap. 27. num. 102. etiam ſi in articulo mortis, vel neceſſitate hoc præſumeret facere, idem ibidem, licet Soto loc. cita. diſt. 23. q. 2. art. 1. dicat, quod non in neceſſitate verum eſt, quod excuſaret ignorantia, vel ratihabitio parochi, Nauar. loco cit. Caiet. in Sum. in ver. excommunicatio, c. 64. Gom. in c. 2. nu. 5. Notab. 3. de Conſtit. lib. 6.

Tertio, ſolum infirmis, & ſenio confectis, & in eadem infirmitate poteſt reiterari hoc Sacramentum. Sum. Sacram. q. 224. Syl. lo. cit. §. 8. Armil. in ver. Extrema vnctio, num. 9. & Soto lo. cit. art. 3. Concl. 3. debet etiam dari ſauciatis, vel vulneratis ſi hoc petant, & adſit tempus, licet non dicantur naturaliter infirmi, ſed violẽter, Flo. Theol. 4. Sent. tract. de Extrema vnctione. poteſt etiam dari condemnatis ad mortem. Gom. ſuper 2. lege Tauri, nu. 79. Clar. q. 90. ver. ſed quæro; Sed hoc mihi non placet, quia Iacob. in Can. dicit. Infirmatur quis, ſed condemnatus non dicitur infirmari ſicut ſenes, & decrepiti.

Quarto, vnctio in quinque ſenſibus eſt de eſſentia huius Sacramenti, adeò quod ſi vnus relinquatur ſenſus, nullum eſſet Sacramentum, & deberet reiterari, ſi vacet; Sum. Sacram. q. 22. Nauar. c. 22. nu. 12. ſecus verò ſi relinquerentur pedes, vel lumbi in maſculis, quia iſtæ partes non ſunt de eſſentia huius Sacramenti.

Euictio.

PRIMO, euictio datur etiam in beneficialibus, vide Rebuf. in tit. de permut. num. 25. & infra, vide Capyc. deciſ. 106. Alexand. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. noui nunc. Afflict. deciſ. 8.

Secundo, Eccleſia non tenetur de euictione, Abb. in capit. ſi quis, numero 13. de reb. eccle. non alien.

Tertio, an Prælatus teneatur de euictione, idem in c. ad audientiam, nu. 5. eo. tit.

Euchariſtia.

SVMMARIVM.

1 *Vbi debeat conſeruari Euchariſtia.*
2 *An lampas ardens ſit neceſſaria in Euchariſtiæ circumlatione.*
3 *Quoties debeat renouari.*
4 *Quomodo debeat cuſtodiri.*
5 *Quomodo deferri debeat ad ægrotum.*
6 *A quibus poſſit adminiſtrari.*
7 *Quando currat præceptum de ſumenda Sacroſancta Euchariſtia.*
8 *Quæ pœna presbyteri male gubernantis Sacroſanctam Euchariſtiam.*

AD PRIMVM, vide Conc. Trid. Seſſ. 13. c. 6. & capſula ſiue pixis, in qua conſeruatur ſub cuſtodia, debet eſſe Argentea vel Eburnea, non Lignea, vel Vitrea, vel Lapidea, & ita per praxim eſt receptum vbique, non primum propter periculum vermium, non ſecundum ob fractionem, non tertium ob humiditatem, & ponderoſitatem.

AD SECVNDVM, Cũ extrahitur a ſacrario, ſiue a cuſtodia, dẽt deferri cũ luminarib. c. ſanè, de celeb. Miſſ. ſed non inuenitur de iure cõi, quod ante cuſtodiam (vbi reperit̃ Sanctiſſimum hoc Sacr̃m) debeat ſtare lãpas accenſa, ſecus verò de cõi vſu recepto in Eccleſia Dei, ex Conc. Prouincialib. & aliis Conſtõnib. Nauar. tract. de Hor. Can. c. 18. n. 67.

AD TERTIVM, singulis octo diebus etiam tempore Interdicti, etiam in Ecclesia speciali ter interdicta, per cap. permittimus, de sent excomm. Nauar. cap. 27. num. 172. notab. 8.

AD QVARTVM, vide d. c. sancimus, & cap. 2. de custo. Euchar. & Diaz. in Prac. Cri. Can. c. 40.

AD QVINTVM, debet deferri ad infirmos modo quo in d. c. sancimus, & aliis bene dispositis, & ordinatis in diuersis Constitutionibus diuersarum Cathedralium, sed quia inoleuit quidam abusus, quod si infirmus ob tussim, uel aliquod impedimentum non posset communicare, faciunt deferri Sacram Eucharistiam ęgroto, vt saltem eam adoret, quod non posse, nec debere fieri, censuit Sac. Congreg. 374. & dicam in opusculo meo de Praxi Sacramentali.

AD SEXTVM, hoc Sacramentum potest administrari etiam a Regularibus personis communicare uolentibus excepto die Paschatis Resurrectionis. Nauar. cap 21. nu. 52. capitu. 27. numero 102. quia id eis concessit Leo X. & Nic. V. Nauar. loc. cit. licet Clem. 1. de priuileg. id uetuerat.

AD SEPTIMVM. præceptum de communicando in Paschate currit a die Palmarum, vsq. ad octauum Paschæ inclusiuè, Nauar. c. 21. nu. 45. Syluest. in uer. Eucharistia, 3. nu. 17. §. 15. uer. secundum, Flo. Theol. 4. Sent. de suscept. Euchar. fol. 67. Caiet. in Sum. in uer. Communio. §. 3. adeo quod, qui communicaret intra hoc tps, satisfaceret præcepto, c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. nec incurreret pœnas, quę passim imponũtur a prælatis contra non communicantes in Pascha.

AD OCTAVVM, vltra pœnas in c. si per negligentiam, de Consecrat. dist. 2. & in c. 1. de custodia Eucharistię, si minus cautè, dimiserit, & nihil nefarium inde contigerit, tribus mensibus potest suspendi, si verò aliquid acciderit nefarium, grauius arbitrio Iudicis potest puniri, Addit. ad Cap. Tolos. quæst. 218.

Fabrica Ecclesia.

PRIMO, fabricæ Ecclesiæ appellatione ueniunt ornamenta necessaria cultui diuino, & sic relictum pro fabrica, censetur relictum pro omnibus necessariis ministerio Ecclesiæ, Couar. in c. vlt. num. 4. de testam. & ibi Abbas.

Secundò, ratio sumptuum fabricæ Ecclesiæ est reddenda Episcopis ordinariis, nisi aliter in institutione ipsius statutum sit. Concil. Trid. Sess. 22. cap. 9. de refor. & Sac. Congreg. in meis, 78.

Tertiò fabrica Diui Petri de Vrbe, vide inferius in uer. legatum, §. 9. & Bull. Paul. III. 68. & quid soluendum sit pro scripturis, respondetur id quod solet soluere fiscus Reuerendæ Curiæ Apostolicę, & eius Commissarii possunt cogere quoscunque Notarios ad aperiendum, & ostendendum testamenta post annum a die obitus testatoris Pius IIII. Bul. 58.

Quartò, deputati fabricæ Sancti Petri de Vrbe, habent facultatem exigendi legata facta pro sancta Maria de Laureto, si ministri dictæ Ecclesiæ, in illis exigendis negligentes fuerint; Pius V. Bul. 54. quæ incipit. At Romani.

Quintò, fabrica prædicta habet facultatem reuidendi, & rescindendi alienationes bonorum ecclesiasticorum, factas sine Sedis Apostolicæ licentia, aut sine solennitatibus, siue in damnum Ecclesiarum. Pius V. Bul. 98.

Sextò, Fabrica Ecclesiæ tunc spectat ad Episcopum quãdo pars fructuum & introituum est pinguis, & quando possit Eps una cum suo Capitulo statuere quod certa pars fructuum beneficiorum uacantium in sua diœcesi applicetur fabricæ Ecclesiæ Cathedrali, vide & distingue cum Gemin. in c. si propter, uer sic. quarto an Episcopus, de Rescriptis lib. 6. vbi distinguit satis bene pro practica quotidiana, & hoc non esset auctorizare

in facto

in facto suo proprio, quia non applicatur mensæ suæ, per Clem. Si una, de reb. Eccles. non alien. facit ca. Romana, de pœnit. & remissi. lib. 6. ubi propter tenuitatem fructuum Ecclesiæ, dantur Indulgentiæ pro fabrica Ecclesiæ.

Fama seu infamia.

PRIMO, quid sit? vide Marian. Socin. in c. qualiter, & quando, de accusat. art. 9. Fel. in c. veniens. il 1. de testa. Dec in c. 1. de appellat.

Secundò, fama quando probet cum vno, uel pluribus testibus, vide in uer. testes, & tex. & ibi scribentes, in c. præterea, de testi. Foller. in Prac. Crim. 6. par. nu. 2. ver. item, & nu. 3. & c. 1. de appellat. & ibi gl. in uer. fama, & decis. Rota 16. de præb. in nouis. ubi ait famã solum, nec plenam, nec semiplenam facere probationem.

Tertiò, duo testes sufficiunt ad probandum famam, modo sint omni exceptione maiores, Pen. Com. 18. in 3. par. Direc. Inquisit. & dicit hanc esse communem opinionem; vide Diaz in Prac. Cri. Canon. c. 140. de num. testium ad probandum infamiam, vide Caiet. 2. 2. q. 69. art. 1. D. Ant. 3. par. tit. 9. c. 7. §. 1. Clar. q. 6. uer. sciendum.

Quarto, fama uehemens est sufficiens ad torturam, mod concurrant aliqui testes, prout Grammat. decis. 34. nu. 51. 52. & infra, & quando sit vehemens, vel non, est arbitrium Iudicis, intellige de fama probata per testes omni exceptione maiores, prout supra, vide hac fama, quando adiuncta aliquibus adminiculis in probationib. difficilib. sit sufficiens ad condemnandum, Gram. decis. 42. nu. 12.

Quinto, fama bona in inquisitum tollit vnum inditium, & quod aliàs esset sufficiens ad totturam, vide eundem Decis. 60 num. 12. Boss. in tit. de Inquisit. num. 24. & num. 26. & infra, & facit, vt inculpatus à socio criminis, elidat tale indicium, etiam in exceptuatis, Gram. decis. 28. nu. 17.

Sexto, fama in eis, quæ excedunt metam memoriæ humanæ, satis probat, & credulitatem inducit, l. indicia, C. de rei uend. Nouel. de iure prothom. §. quintus, nu. 65. & 96.

Septimo, fama sufficit de morte viri, quando profectus esset in longinquum. Anto. in c. in præsentia, de spons. Syluest. ver. matrimonium, 8. q. 13. uer. 4. Nauar. c. 22. nu. 53.

Octauo, fama longi temporis non probat matrimonium, nec beneficium, Bald. in Marg. Inn. in uer. matrimonium non probatur.

Nono, infamia quænam sit, quæ sit sufficiens ad repellendum aliquem a consequutione beneficiorum, vel dignitatum, vide Dyn. in c. infamib. & ibi addit. de reg. iu. lib. 6.

Decimo, fama potest probari per duos testes, gl. recepta l. 3. §. eiusdem, ff. de testi. & ibi Bar. nu. 11. sed non debent dicere, quod ita audierunt, sed quod a tali, vel tali persona.

Vndecimo, fama quando probet Doctoratum, nobilitatem, & alias similes qualitates, & quando probet, licet testes non dicant a quib. audierunt, & quando etiam cum vno teste non probet, vide Caputaq. decis. 7. par. 2.

Forum Episcopale.

PRimo, quot modis quis contrahat, vide Glo. in c. 1. 3. q. 6. c. fi. de foro compet. c. Romana, §. contrahentes, eo. tit. lib. 6. & pro practica, ne quis decipiatur, vide omnino Cou. Pract. Quæst. c. 10. per totum, vbi ad amussim examinat d. §. contrahentes, vide etiam inferius in ver. remissio reorum.

Secundò, forum Episcopale debet habere Pandectam, seu tabulam, ubi taxantur omnes expensæ, & sumptus, seu sportulæ, & quicquid contingat actuarijs, & imitari, quod in Curia Archiepiscopali, vel metropolitana obseruatur, argumento, c. de ijs, 12. dist. etiam si sint exempti Episcopi, arg. c. 2. Sess. 24. Conc. Trid. de reform. & vide in versic. 30. Ead officium Iudicis spectat determinare salaria, quæ dantur exercentibus aliquod mi-

nisterium in causa, puta causidicis, cap. statutum, §. notarius, & ibi Gemin. de præscript. libro sexto.

Tertio, animaduertant locorum Ordinarij, ne pro Dimissorijs, seu testimonialib. litteris soluatur vltra pretium taxatum a Sac. Concil. Trid. Sess. 21. c. 1. de reform. & dixi in ver. Dimissoriæ, §. 7. & circa copiam processus, vide in ver. appellatio, 20.

Quarto, in foro episcopali magistri actorum, an debeant esse tabelliones, Notarii necessa rio? Respondetur quod non, cap. quoniam contra, & ibi glos. in uer. duos, de probat. & sic seruatur de consuetudine, Mar. 6. par. act. 10. numero 23. & 24. secus in Curia Laica li in Regno, vt ibi, nu. 20.

Quinto, in foro Episcopali debent esse seruientes pro mittendis citationibus, edictis, & alijs prouisionibus ad loca in quibus rei morantur, qui alicubi vocantur Seruientes, ali bi cursores, alibi iurati, siue Baliui. Host. in Sum. tit. de offic. iud §. quando, nu. 4.

Sexto de pœnis trahentium personas Ecclesiasticas ad forum Laicale pro causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus, uide Mart. V. Bul. quinta, quæ incipit. Ad reprimendam, & incidunt tales in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Nauar. consil. 33. de sent. excommun.

Septimo pro delictis mixtis, si quem punit Iudex Ecclesiasticus, potest etiam ille qui delin quit a iudice temporali puniri, vnde iudex Ecclesiasticus, qui præuenit, nō debet reum remittere, nec inhibere iudici temporali, si vellet eum postea castigare, Nauar. cons. 1. de foro compet.

Fascinatio.

PRimo, fascinationem veram esse, est videre ad Galatas capitulo 3. & ibi D. Thom. Lect. 1.

Secundò, quomodo, cur, & quando accidat, vide Syluest. lib. 1. ca. 11. punct. 1. de Sitig. & lib. 2. cap. 3. punct. vlt. circa vlt. & Laur. Anan. lib. 4. fol. 205. quæ omnia sumpsit ex Syl. & D. Thom. & Marsil. Ficino, in locis citandis, & potest tripliciter contingere.

Primò, ex motu cordis, quo corpus immutatur, oculique inficiuntur.

Secundò, ex vehementi malitiosaque in fascinandos imaginatione; Tertiò, ex quadam an num natura, ab retentum menstruam purgationem, corrupta, qua transmissos ex taliū oculis uirosos spiritus, ita aerem infiniunt, ut tenella puerorum lumina introeuntes to tum corpus tabe subitanea commaculent, adeoque, vt colligitur ex D. Thom. cum fiat tripliciter. Primò operatione Dæmonum, facientium videre rem, aliter quam sit. Secun dò ex odio, seu maleuolentia, Tertiò, ex naturali sanguine menstruo, Primo, & Secundo modo est peccatū mortale Tertio non, nisi adsit malus animus nocendi; videto Mars. Ficino in Conuiuium Platonis, c. 4. & ut mihi relatum fuit opusculum quoddam cō positum a Reuerendissimo Episcopo Puteolorum vide Barto. Sybillam in Speculo pe reg. quæst. 9. 3. c. 8. 3. declarat.

Fidei professio.

PRIMO, ad fidei professionem qui teneantur, vide Concil. Trid. Sess. 24. c. 12. & c. 1 & Sess. 25. c. 2. de refor. & vt sigillatim sciantur, qui. Primò, Medici. Secundo, Concio natores. Tertio, Confessarii. Quarto Chirurgi. Quinto, Aduocati, & Procuratores in causis Religionis, Curati, Magistratus, Doctores, Beneficiati, etiam beneficiis simplici- bus, Prælati, Canonici, dignitates, & personatus habentes, Concilium locis cit. acta Me diolanensis Ecclesiæ, fol. 61. & 90.

Secundo, prouisi de Monasteriis Conuentibus, Domibus, & aliis quibuscunque locis Re gularius quorumcunque Ordinum, etiam Militiarum quocunque nomine, uel titulo, tenen-

tenentur ad fidei profeſſionem, Bulla Pij IIII.

Tertio, pœna Beneficiatorum non emittentium fidei profeſſionem, eſt amiſſo fructuum & poſſeſſionis, Conc. Trid. Seſſ. 24. c. 12. de reformat. & alia pœna in Nauar. conſ. 7. de iureiuran. & conſ. 8.

Quarto, an iſta fidei profeſſio poſſit fieri per procuratorem, affirmatiuè tenet Nauar. côſ. 11. loco cit. intellige de beneficiatis, tamen Sac. Congregat. aliter cenſuit, ut ibi innuit Apoſtillator.

Quinto, an elapſis duobus menſibus, poſſit Curatus facere fidei profeſſionem? Reſpondetur quod ſic, ſed non recuperat fructus perceptos, niſi omiſiſſet illam facere ob ignorantiam, Idem Conſ. 12. loco citato.

Falſarij.

PRIMO, falſificantes Litteras Apoſtolicas incidunt in Bullam Cœnæ Domini, prout Nauar. c. 27. nu. 62. & Gom. in trac. de Breui. nu. 7. 8. & 9. ubi habes, de quibus litteris intelligatur, nam non omnes comprehenduntur.

Secundo, pœna, quam incurrunt falſificantes litteras Apoſtolicas habetur in c. ad falſariorum, de crim. fal. & qua pœna puniantur, vide Capyc. deciſ. 30. nu. 6. de falſificantib. litteras ſimplices iuſtitiæ, habetur in cap. accedens, eo. tit. ſi non vtatur, in l. ſi falſo, C. eo. & l. qui falſum. ff. eo. falſificantes litteras aliorum Prælatorum, & eorum Vicariorũ in c. cum olim, & ibi gloſ. in ver. ſigilla, de offic. deleg. & gl. in d. c. ad falſariorum, in ver. legitimas, & gloſ. in c. quanto, in ver. Abſentium, de his, quæ fiunt à præl. ſine conſ. c. & Guid. Pap. q. 455. vbi pulchra dicit, de falſificantibus litteras de ſimplici iuſtitia, & non vtuntur, nam dicit non debere moleſtari, Boer. deciſ. 108. num. 4. 5. & 6. deponens falsũ coram Iudice, ſortitur illius forum, Afflic. deciſ. 219. & 229. vbi habes, quod licet penitus ſit falſarius in foro Eccleſiaſtico, non tamen euadit pœnã imponendam a Iudice Laico. Maran. 4. par. mem. 1. num. 150. l. nullum, C. de teſti. Diaz in Prac. cri. Can. c. 87. hoc fallit in clerico, deponente falſum coram Iudice Laico, quia puniri debet a Iudice Eccleſiaſtico, Doctor. citati, & vide in uer. clericus, vide in uer. Pragmatica, §. 2. & Afflic. dec. 230. ampliatur, quod Iudex Eccleſiaſticus, poteſt puniri clericum, etiam exemptum, ſi depoſuit falſum coram ſe. Felin. in cap. verum, num. 9. de for. compet. vt patet ratione, nam ſi poteſt punire laicum taliter delinquentẽ, multo magis & clericum exemptum. & hoc non ſolum quando quis utitur ſcripturis, ſed etiam teſtibus falſis, quia incidit in pœnã falſi, & in Regno extat Pragmatica, incipiens, Teſtem falſum, vide Ioa. Vinc. de Anna, in Alleg. 2. 1. volum. & Capyc. deciſ. 67. Vtens ſcripturis falſis, vide Maran. 6. par. titul. 1. num. 148. Foller. Prac. Cri. fol. 128 num. 7. qui facit inſcribi nomina abſentium, qui ſurripit ſigillum Capituli ſurtiuè nomine Capituli, qui aperit litteras Iudicum, qua pęna plecti debeant, uide gloſ. in cap. Quanto, in uer. abſentium, vide Boſſ. tract. de falſis, nu. 110. Couar. Prac. Quæſt. c. 18. colum. penult. qui occulta inſtrumentum, aliàs a ſe productum, qua pœna puniatur, & falſificantes acta cauſæ, vide Guid. Pap. q. 245. vide Afflic. deciſ. 21. de pœnis falſificantibus diuerſa genera ſcripturarum ? vide Afflict. deciſ. 21. per totam.

Tertio, clericus periurus priuatur beneficio, ſi ex illo periurio factus eſt infamis, & inſtitutio facta non tenet, Cler. §. periurium, ver. item clericus, de infamibus, de regiur. lib. 6.

Quarto, falſitas multis circunſtantiis debet probari, & ſemper potius pro negatiua, quam affirmatiua præſumi debet, & de raſura vide Caputaq. deciſio. 34. par. 2.

Feudum.

PRIMO, an & quando Epiſcopus poſſit infeudare, & feudum, vel quælibet res dicatur applicata menſæ Epiſcopali, uide Guid. Pap q. 154 & gloſ. in Clem. 1. in uer. ad mẽſam, de exceſſ. prælat. vide Abb. in Clem. 1. nu. 7. de Reſcript.

Secundo,

Secundo,feudum tranſit etiam ad Monialem,& ad religioſum.Capyc.deciſ. 10.nume.9. & ibi per multa,ſed diſtingue,prout in deciſ 31.num 1.& 2.& quando ſeruitium iuxta feudi conditionem poſſit præſtari per Monaſterium,durante vita vaſalli,ſecus ſi momento perditur,ibidem,diſtingue etiam prout ibi,nu.4.& in deciſ.46.

Tertio,feudum Francum poteſt Eccleſiæ ex teſtamento relinqui Capyc.deciſ.63.numero quinto,de Eccleſ.hab.feud.uide Afflict.deciſ.361.Abb.in c.fi.num.7.de reb.eccleſ.non alien.& Rom.conſi.165.

Quarto,feudi ratione Eccleſia ſubeſt domino temporali,a quo tenet feudum,Iſer.in cap. Corradi,nu.17.

Quinto,feudum an poſſit prælatus Clericis dare,uel Cognatis, uide Iſer. in uſu feud.qui ſucce.ten.nu.12.

Sexto,in feudorum ſucceſſione eſt locus uſque ad ſeptimum gradum,c.1. § hoc aũt ſciendum,qui infeudare poſſunt,niſi feudum ſit conſtitutum nomine, etiam tituli Regni, Dominatus,Comitatus,aut Marchionatus,in his enim ad centeſimum gradum ſucceſſio progreditur,Bal.in c.1.de feudo Mar.Couar.de ſucce.ab inteſtato.nu.12.

Fideiuſſor.

PRIMO , fideiuſſor non liberatur exhibendo illum,qui aufugit pro quo fideiuſſerat, Boer.deciſ.217.nu.12.& ſeq.

Secundò,poteſt petere executionem ſententiæ contra reum,ſine aliquo proceſſu, ſi ſoluit pro eo,deciſ.277.nu.4.& ibi uidero,ad quid teneatur,qui carcerato ſuadet, vt è carcere fugiat,vel facit fugere,& eximit è manu familiæ iudicis.

Fiſcus.

PRIMO,an Epiſcopus habeat fiſcum,videto Diaz Prac.Crim. Can.cap.134.& Couar.lib.2.c.9 var.reſol.Fiſcus,Eccleſia,ac Minor æquiparantur,Abb.in c.ex litteris, nu.11.de pign.& Afflict.in Conſtitut.Regni,in prælud.q.15.in fine.

Secundò,Fiſcus appellat de iure communi.Vinc.de Franc.dec.148.numero6.& 7.an , & quando in dubio,uel aliàs feratur ſententia contra fiſcum: Vide Couar.lib.1.capit.16. var.reſolut.

Tertiò,deputatio procuratoris fiſcalis,etiam ſi procedatur contra perſonas capitulares,pertinet ad Epiſcopum abſque conſilio Capituli.ita Sac.Congr.dicit fuiſſe declaratum die 22.Setembris,1573.in facto ad Cardinalem Paceceburn Archiepiſcopum Burgenſi.de lcar.461.in meis.

Quartò,inſtante procuratore fiſcali,epiſcopus poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ eccleſiæ, etiã ad retractandum ea quæ ipſemet fecit.Nau.conſil.20.nu.5.de Reſcript.

Funus Corporis defuncti.

PRIMO,an funus,& expenſæ,factæ circa funus Epiſcopi,vt puta candelæ , intorticia,ueſtes lugubres,tam ſeruitoribus,quam conſanguineis factæ,cantatus, culcitra, ſeu cortina ſerica,debeant fieri ex ſpoliis prouenientibus ex bonis relictis ab Epiſcopo defuncto,an ſumptibus conſanguineorum,vide Capyc.dec.84.vbi partim affirmat,partim negat.prout ibi.

Secundo,an expenſæ,quæ fieri debent in funere alicuius mortui,ſint accipiendæ ante æs alienum,etiam ſi creditores ex hoc præiudicium paterentur,vide Couar.in ca.Raynaldus,§.3.nu.1.de teſtamen.vbi dicit,affirmatiuè,& lib.2.cap.1.nu.10.& 11.var. reſol. &

idem

idem fit de expensis, factis in infirmitate, vide Vinc. de Fran. decis. 51. nu. 1. 2. 9. & 10. vide Dyn. in c. qui prior, nu. 14. de reg. iur. lib. 6.

Tertiò, cadauer, siue diuitis, siue inopis debitoris non potest, nec debet ad petitionem creditoris insepultum detineri, vt pignus quoddam, donec æs alienum integre soluatur, Couar. loco cit. num. 10. respondet negatiue, quicquid dicat gl. in cap. ei qui, §. si vero, in versic. defuncti, 2. quæst. 6. hoc tamen fallit in cadauere vsurarii, quod Iudex Ecclesiasticus potest sequestrare ne sepeliatur, donec hæres caueat de restitutione, Angel. in Authent. Vt defuncti, seu funerum, in princ. Mar. q. 1. distinct. 11. num. 58. & qui impedit, ne quis sepeliatur subest pœnis, de quibus vide Boer. dec. 287. nu. 1. & iura & Doct. quos ipse allegat, & funus sepulturę, etiam hostibus non est negandum, nec vltimo supplicio condemnatis, Couar. lo. cit.

Quarto in funere Episcopi, tres de Capitulo curare debent, ut vocetur uicinus Episcopus, qui & morienti Episcopo adsit salutaribus verbis, ac iam moriturum consoletur, & in funere solenni more simul cum clero sæculari ad sepulchrum illius cadauer prosequatur, Conc. Aurelian. c. 5. & 6. & Conci. Tolet. 7. cap. 2. & Conc. Tolent. Hispan. capit. 4. ita auctor. Summ. Concil. Prouinc. Neapol. c. 46. & Conc. Prouinc. Consent. in Sess. 3. c. de funer. Epis. & Conc. Mediol.

Quinto, Anniuersarium Episcopi demortui singulis annis fieri debet quandiu proximus eius successor in Episcopatu vixerit, idem in omnibus Ecclesiis Rectorum, ac beneficiorum sumptibus viuentium, vidi, & optimè quidem a quibusdam Archiepiscopis piis uiris constitutum fuisse, ut die sequenti post commemorationem omnium fidelium defunctorum, fiat anniuersarium omnium Prælatorum demortuorum, altera autem die omnium Sacerdotum, & sic obseruari vidi in multis Cathedralibus, quod quam pium sit, quisque arbitrabitur, iuxta illud Machab. lib. 2. c. 12. Sancta ergo, & salubris, &c.

Sexto, an Pompa funeralis, sepultura, & alia iusta, quæ fieri solent in exequiis, & funere defunctorum, prosint aliquid animabus ipsorum, vide D. Aug. in lib. de cura mortuo. & Soto 4. Sent. dist. 45. q. 2. Art. 3. Sylua. loc. citato.

Septimo, corpora defunctorum non sunt portanda ad sepulturam cum nimio luctu, & planctu, capitulo vbicunque, §. hoc autem, cum sequenti, 13. quæst. 2. & Abb. in rub. de sepult. nu. 4.

Octauo, Clerici in sacris constituti, debent sepeliri cum vestibus sui ordinis, in minoribus uero more Laicorum, Spec. libro 1. titu. de cæmeter. Sylu. trac. de benef. 1. parte q. 5. num. 170.

Nono, quoties cadauera ad ecclesiam Fratrum Mendicantium deferuntur, officia mortuorum ac reliqua munia, quæ in huiusmodi Monasteriis solent adhiberi, non a Canonicis, neque Clero, sed ab eisdem fratribus obiri ac peragi debent, Sac. Congre. Declar. 310. in meis.

Decimo, cadauera super terram deponi, ac sepeliri, in Ecclesia, prohibet Pius V. in Bulla 5. quæ incipit. Cum primum. Vndecimo solet fieri in ciuitatibus funus solenne in morte Romani Pontificis uel Regis uel Principis, quæri potest quibus expensis, ut puta pro apparatu, quod fieri solet in Ecclesia, pro cera, cantorib. & aliis obsequiis. Respondetur ex Gemin. in ca. ubi periculum, §. quia uero, notab. 3. de elect. lib. 6. quod pro obitu Romani Põtificis a Clero, & populo exequię celebrari mãdantur in illo textu pro Principibus tẽporalibus, uidi in exequiis Regis Philippi Hispaniarum de anno 1599. fieri a Populo expẽsas, & sic audiui obseruasse omnes Prælatos Regni in suis Ecclesiis, & sic obseruaui in Ecclesia mea Minorensi.

Festa.

Festa.

SVMMARIVM.

1 *Quæ seruanda sint.*
2 *Quomodo.*
3 *Quid euitandum a fidelibus concurrentibus ad festa quædam solennia.*

AD PRIMVM, vide Conc.Trid.Sess.25.c.12.de refor.Regul.& sunt omnes dies festi quisque Episcopus in sua Diœcesi seruandos præceperit, uide Caiet. in Sum. in uersi.festa populo Christiano indicta, quæ sint.

AD SECVNDVM, uide idem Conc.ead.Sess.c.de inuoc.& venerat.reliq.& sanct.imag. §.illud vero, ubi multa pro practica habentur, quæ ab Episcopis pro sacri Concilii executione prohiberi debēt, ut comessationes,& ebrietates,& omne inordinatum,& ead. Sess.c.de delec.cib.ieiu.& die fest.præcipit Episcopus, vt faciant celebrare festos dies, deuote,& religiose, circa obseruationem, ab abstinentia operum seruilium, uideto eund. Caiet.in viola.fest.& quæ licita,& illicita sint, ibidem & Syluestr. in ver. Dominica,& Nauar.in Manua.c.13.animaduertant locorum Ordinarii, ne pęnas contrauenientiū ad amussim exigant, & sibi eas applicent directè, vel indirectè, & præcipere, ut soluant tot libras ceræ, vel quid simile, quia id viuæ vocis oraculo Greg.XIII.prohibuit vt mihi quidam Illustrissimus Cardinalis dixit, aliàs habebunt Deum ultorem. In dieb. festis nundinæ, seu mercata fieri non debent, sed transferri in alios posteriores dies. In Monasteriorum, seu Ecclesiarum septis, seu atriis, seu porticibus non permittere debent locorum Ordinarii, vendi bellaria,& vt vulgo vocant tarallos, panes dulciarios, siue copetas,& alia huiusmodi, nec fieri ibi commessationes, vel choreas alia ue huius generis, Conc.Prouinc.Neapol.c.10.de domin.fest.die.Cosent.prouin.Sess.1.ca. de festo. die.obser.& Bulla Pii V.& c.2.de immun.eccles.§.cessent, lib.6.& §.ordinarii, ibidem præcipit, vt prælati id faciant obseruari,& Conc.Prouin.Beneuēt.Sess.2.c. de fest.obser.sed stante aliqua necessitate: undine, seu mercatus fieri possunt post vesperas, vide c. 1.de feriis, Bullam Pij.V.quę est 5.& incipit: Cum primum.

AD TERTIVM, vide Conc.Tolet.vndecimum c.19.quo turpia cantica,& chorę fœminę in septis, porticibus, ac atriis Ecclesiarum prohibentur fieri monitionib.ac censuris ecclesiasticis, ita auctor Sum.Conc.in Concil.Basileen.Sess.21.§.turpem,& c.irreligiosa de consecrat.distin.tertia. Quæ possunt fieri,& fieri permitti possunt die festo, & facta non infringi, neque annullari quæ ant: Respondetur, ea, quæ tēpore essent peritura, vt piscatio quarundam piscium specierum, metere frumenta colligere alia legumina, ea seminare,& triturare, colligere oliuas, fęnum, vindemiare,& alia huius generis, quando probabiliter esset periculum, vt tēporis pluuiosi.& quid simile, c.licet.& ibi Ioan.Andr.de Fer.notarius instrumenta conficere, Mara.6.par.act.4.nu.86. processus, capiendi suspectū de fuga, ibi.6.p.memb.1.nu.62.porrigere libellum, quando periculū esset in mora, gl.in c.placita, 15.q.4.Mara.ibi, mem.3.nu.10.pręsentatio scripturarum, ibi act.8.nu.43.fideiussio, ibidem, nu.63.appellari, ibi, ti.de appellat, nu.134.& alia multa, ibi act.10.nu.39.act.11.nu.4.act.6.nu.7.uide Felyn.in c.significauit, de iudic.Nauar. c.13.nu.6.& ibi per multa,& Syluest.in ver.dominica.

Quinto, quando incipiat obligatio diei festi; Respondetur quod a media nocte, præcedentis diei ad mediam sequentis, ita consuetudo optima legum interpres. Syluest.lo.cit.nu. 5.in fine, Nauar.ibi, nu. 5.facit l.more Romano, C.de feriis.

Gabella.

SUMMARIUM.

1 *Quis eam imponere possit.*
2 *A quibus non solui debeat.*
3 *Pro quibus rebus non debeat solui Gabella.*
4 *Quis eam teneatur soluere, emptor, an venditor.*

AD PRIMVM, omnes domini temporales, non recognoscentes superiorem, vt Papa, Imperator, vel consuetudo cuius non est memoria, Abb. in super quibusdam, numero 1. & 6. de uerb. signific. Rex, Principes, Respublicę, etiã Collaterales Regni Neap. quia quicquid faciunt, agunt nomine Regio. Nauar. c. 27. num. 61. Caiet. in Sum. uersic. Vectigal. cap. 2. num. 2. Soto lib. 4. q. 3. ar. 3. de iust. & iure, Medina c. de restit. 13. Ang. in verbo pedagium, §. 2. & citra hos, omnes imponentes nouas gabellas, vel veteres impositas augentes, sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, patet omnibus, & sub hoc nomine gabellæ, intelligo omnia sua Synonima, vt pedagium, doanam, guidagium, collectas, &c. Ange. ver pedagium, Syluest. in uer. gabella, 4. Nauar. c. 17. num. 201. vbi animaduertere debent locorum Ordinarii, quia multas Ciuitates, & Oppida video incidere in hoc, putantes, id sibi licere.

AD SECVNDVM, vide Syluest. in uer. Gabella, 3. per totum, & quæ dixi in uer. Clericus, §. 9. & generaliter a personis Ecclesiasticis, prohibentur exigi, patet apud omnes Scribentes, aliàs sunt excommunicati, per c. quanquam, de cens. Nauar. lo. cit. notab. 74. & hoc pro rebus prouenientibus ex redditibus Ecclesiasticis patrimonialibus, & quæ ferunt ad vsum proprium, Couar. lib. 1. c. 4. nu. 3. & 4. variar. resolut.

AD TERTIVM, nec pro rebus ad vsum propriũ portatis, l. vniuersi, C. de vectigal. Syl. in uer. Gabella, 3. nu. 14. & 15. Nau. c. 17. nu. 202. notab. 74. ver. an autem, Caiet. in Sum. in uer. vectigal. §. 4. Armil. in uer. gabella, num. 2. Ang. in verbo pedagium, §. 3. Soto lib. 3. q. 6. ar. 7. de iust. & iu. vbi dicunt omnes, nõ peccare eos, qui in his gabellas defraudant. hoc fallit. Primo quando quotidianus vsus comprobat, vt pro iis etiam soluatur, quia id potest inducere consuetudo, & sic fere per totum vidi obseruari, quod etiam pro rebus vectis ad vsum proprium exigitur, D. Ant. 2. p. c. 74. Nauar. loc. cit. Secundo fallit, quod clerici, & personæ ecclesiasticæ etiam tenentur, quando ad id concurreret assensus Apostolicus, & qui defraudant peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem Gabellotis & affictatoribus, Nauar. loc. cit. nu. 200. sed ad pœnam non tenentur nisi post latam sententiam, Syluest. in uerbo, gabella, 3. num. 21. §. 8.

AD QVARTVM, respondetur, quod regulariter emptor, nisi aliter caueatur in Statuto, ita Cap. Tolos. q. 451. per l. debet, ff. de ædil. edicto. Hinc fit Primo, si dominus locat prædium alicui, & gabella venit soluenda ex fructibus, uel redditibus illius prædii, tunc totum onus solutionis incumbit conductori, non domino, nam videtur quod dominus, minus, propter onus gabellę, locauit minori pensione, ita Bar. in l. interdum, §. quoties, ff. de public. Hinc fit Secundo, quod in quibusdam locis Regni, vel ratione demanii, vel releuaminis alicuius Vniuersitatis, Laici imponunt gabellas super serico, vel vino, vel aliquo huiusmodi, & volunt, ut soluãtur duo Carleni, uel quid simile, pro libra, vel dolio, & quia vident se non posse astringere personas ecclesiasticas vendentes per ca. eccl. S. Mar. de Constit. & per Bul. Cęnæ Domini, statuunt, ut soluant ementes, accidit, quod quidam clerici faciunt sericum, uel uinum ex suis possessionibus dum uolunt vendere illud, mentes emunt minori illo quo soluitur gabella, & non uident quod indirecte ista gabella cadit super personas ecclesiasticas, & si dicunt, non Clerici, sed ementes soluunt; Respondetur, quod ideo minoris emunt quam emerent, & sic personæ ecclesiasticæ soluunt gabellas contra omnia iura, prout in uer. clericus, §. 9. Innoc. in c. cum nõ sit, num. 1. de decim. Afflict. in Constit. Apostatas, num. 20.

Hora Ca-

Horæ Canonicæ.

SVMMARIVM.

1 *Quot sint numero Horę Canonicę.*
2 *Quis ad eas teneatur recitandas.*
3 *Vbi dicendæ sint.*
4 *Quomodo, quo ad attentionem, & uocem, & gesta, uel aliquid agendo.*
5 *Cui ecclesię debeant eas dicentes conformari, in recitando.*
6 *Vtrum eas mutare liceat ad libitum, uel si recitans obliuiscitur unus horę interponendo aliam, sit opus ordinatè omnes iterum recitare.*
7 *Quando, quoue tempore dici uel quibus modis Horę sint dicendę.*
8 *Quid disponere debeat, & possit Episcopus circa eas, & circa punctatorem in Ecclesia constituendum.*
9 *An possit compellere Episcopus Clericos, ut omnes conueniant in Ecclesia ad horas Canonicas recitandas.*
10 *Quot peccata committant, qui septem horas canonicas omittunt, quot qui unam tantum.*
11 *Quis excusetur ab eis recitandis.*
12 *Quando celebrare liceat, non pręuia officij diuini recitatione.*
13 *An officium beatę Virginis paruum, officium defunctorum, septem Psalmos Pœnitentiales, & canticum graduum teneamur recitare.*

AD PRIMVM, an sint septem, vel octo, vide Nau. de Hor. Can. c. 3. nu. 26. & 27. & infra, sed videntur potius esse octo, per illud Dauid, Septies in die; & alibi, media nocte surgebam, & ista Secunda opinio videtur mihi melior, per ea, quæ in nocte Natiuitatis Domini fiunt, vbi dicitur Matutinum separatum a laudib. & Officium Breuiarij regulæ D. Benedicti, quod diuiditur ad Matutinum, vide Sot. lib. 10. q. 5. art. 1. Archid. in c. presbyter, 91. dist. Tabien. in ver. hora, §. 1.

AD SECVNDVM, dico primum, vide multa in ver. beneficium, §. 4. dico secundo, quod beneficiati quocunque beneficio Ecclesiastico, etiam tenuissimo, Syluestr. in uer. hora, §. 2. ver. secundum, Nauar. in Manuali, c. 25. num. 122. & de Hor. Can. c. 7. num. 27. Couar. lib. 3. c. 19. num. 8. §. 12. var. resol. gl. in c. clericus victum, 91. dist. quicquid dicat Sot. lib. 10. q. 5. artic. 3. de iustit. & iur. Tertiò professi in Religione approbata. Quarto promoti ad sacrum ordinem. Quinto ex voto, patet ex Sylu. in ver. hora, §. 1. & alijs.

AD TERTIVM, Dico primo, quod in Ecclesia, vide Syluest. vbi supra, §. 10. & dicam inferius, §. 9. Dico secundo, non in locis inspurcatis, seu sordidis, Nauar. de Hor. Can. c. 5. nu. 5. quamuis ex necessitate, vel aliquo modo possit.

AD QVARTVM, Dico Primò, ꝙ quo ad attentionem, vide Sot. li. 10. q. 5. ar. 5. Nauar. loc. cit. c. 13. nu. 4. ubi habetur, ꝙ non ad literam, nec ad sensum, sed ad finem quis tenetur habere attentionem, Nau. lo. cit. nu. 39. Caiet. 2. 2. q. 83. ar. 13. & 9. circa fi. & in Sum. in ver. Hora Canonica, c. 3. Nau. c. 25. nu. 105. Secundo, non licet contemplare aliquod mysterium, vel passionis Domini nostri, uel alterius loci scripturæ, ẽt illius quem recitat Nau. lo. cit. nu. 35. Ratio est, quia plurib. intentus, &c. Tertio, dum quis recitat priuatè, genuflexiones, & alia huiusmodi, nec alios gestus, uel caput denudando, uel inclinando in quibusdam locis tenetur facere, quia ista in Choro obligant, Nau. lo. cit. 4. nu. 4. & 16. Dico Quarto, ꝙ possunt ẽt recitare deambulando, idem ibid. nu. 13. Quinto uestiendo, uel aliquid huiusmodi faciendo, modo se non abstrahat a dicta recitatione, nõ

peccat

peccat mortaliter, Nauar. lo. cit. c. 13. nu. 49. Sot. ubi supra, art. 5. Syluest. nu. 19. §. 11. nisi faciat opus, quod suaptè natura abstrahat ab attentione, vt scribere litteras, uel aliquid huius generis. Nau. c. 25. nu. 117. & de Hor. Can. c. 13. nu. 48. & 49. & hoc intellige, si omittat partem notabilem, secus si vnum uersiculum, uel intermittit animo reassumendi, quod reliquerat, idem ibidē. Sexto, quod non tenetur quis eas recitare alta voce, sed sufficit, quod sit uox bene articulata, ita ut uerba audiat ipse, qui recitat, & nō syncopādo, & digluriendo uoces, & uerba inter labia, & dentes, Nau. lo. ci. ca. 3. nu. 54. Arm. in ver. Hor.

AD QVINTVM, dico primo, quod Ecclesiæ suffraganeæ debent se conformare ecclesiæ Metropolitanæ suæ, c. de ijs, 12. dist. Diœcesis Ecclesiæ Cathedralis; Secundo exempti ecclesiæ Cathedrali uiciniori, arg. Conc. Trid. Sess. 24. c. 9. de refor. Sess. 6. ca. 4. & Sess. 7. & c. 8. Sess. 21. c. 8 de reform. uel Metropolitanæ, cuius fecere semel electionem, argum. eiusdem Sess. 24. c. 3. de reform. Idem dicendum de Regularib. quo ad festa, quorum officia in Ecclesiis suis debent celebrari, Sess. 25. c. 12. de reform. ita etiam omnes Ecclesiæ inferiores, quo ad administrationem Sacramentorū, Abb. in c. tuas, nu. 2. de spons. duo. nisi aliter se habeat consuetudo Ecclesiæ, uel certam habeat Ecclesia instōnem, Host. in Sum. tit. de off. ord. §. sunt autem distinctæ, nu. 7. c. de his, 12. dist. c. institutio, d. dist. 21.

AD SEXTVM, respondetur primo negatiuè, nisi fiat in contemptum, Nauar. de Hor. Cano. c. 19. nu. 217. & c. 3. nu. 65. & in Manua. c. 25. nu. 9. Soto lo. cit. art. 4. Syluest. §. 12. nu. 15. Arm. uer. Hora, nu. 3. Inn. in c. deberent, de celebr. miss. nu. 2. Dico secundo similiter si intermittendo unam horam, dicit aliam, tunc sufficit dicere omissam, similiter si ex obliuione dixit officium de feria, & debebat dicere de Sancto, quia non tenetur redicere; Doct. citati, & Caiet. in Sum. uer. Hora, c. 2.

AD SEPTIMVM, vide Syluest. 9. ubi multa dicit, tamen Conclusio est, quod quis potest dicere horas, usque ad mediam noctem diei præteriti, tamen bene facit, si potius præuenit, Nauar. c. 25. nu. 97. licet peccet uenialiter, si hoc faciat sine causa; Armil. uer. Hora, nu. 17. & optimum consilium est, uespere præcedenti recitare horas matutinas, usque ad laudes inclusiue, & mane usque ad nonam, Nauar. lo. cit.

AD OCTAVVM, Primo, uide in uer. distributiones quotidianę, Conc. Trid. Sess. 21. c. 3. & Sess. 22. c. 3. & Sess. 24. c. 12. §. distributiones, de refor. uide Conc. Later. sub Leone X. §. statuimus, Sess. 9. Nau. c. 25. nu. 122. & Bullā Pii V. ibi ab eo relatam; Secundo, in unaquaque ecclesia ubi de iure, uel consuetudine dēt celebrari diuinū officiū, debet constitui punctator, qui notet absentes, uel præsentes; ita elicitur ex Decretis Conc. Trid. & ex Bulla relata, & Conc. Prouin. Consent. Sess. 3. c. de punctatore, & ferè ita obseruatur ubiq.

AD NONVM, ultra dicta in §. præcedenti, Episcopi possunt, & debent practicare, circa ordinationes faciendas, ad hoc ut Horæ Canonicæ suis in ecclesiis debite celebrentur, infra c. dolentes, §. fi. de celeb. miss. ubi ponitur pœna suspensionis, & in c. fi. 92. dist. ubi imponitur pœna depositionis, & Clem. 1. §. in multis, de celebr. miss. dicit, posse Episcopum clericos in hoc delinquentes, censuris, & alijs opportunis remediis compescere, uide Syl. loco cit. §. 1. uer. 4. Nauar. de Hor. Canon. cap. 5. 11. & 14. imò peccant mortaliter ipsi Prælati, non facientes celebrari Horas Canonicas statis horis, iuxta antiquam consuetudinem suæ Ecclesiæ, Nauar. de Hor. Can. c. 3. num. 62. & infra, & citat Ang. in ver. Hora, §. 2. Syluest. & Caiet.

AD DECIMVM, respondetur Primo, quod unum est peccatum mortale, omittendo omnes Horas. Ratio est, quia se habent ratione unius, Nauar. loco cit. cap. 7. nume. 5. Dico Secundò, si partem notabilem, puta unam horam quis omittat, peccat mortaliter, Nau. in Manuali, c. 25. nu. 97. Dico Tertio, quoties proponit non recitare, toties peccat mortaliter, idem ibidem.

AD VNDECIMVM, Vide eundem loco cit. num. 99. & infra, de Hor. Can. ca. 2. per totum, & c. 34. ubi habes. Primo ob infirmitatem. Secundo ob dispensationem Papę. Tertio ob occupationem repentinam. Quarto ob occupationem in Choro. Quinto ob ca-

rentiam

rentiam Breuiarii. Sexto ob prædicationem, vel prælectionem, vel administrationem Sacramentorũ. Sed primo infirmitas debet esse, prout Nau. ibi, & gl. in c. unico, de cler. non resid. lib. 6. Secundo quod dixi in carentia Breuiarii, nota, quod debet dicere omnia, quæ habet in memoria, sed pro illo cuius non recordatur, uel quod nescit, aliquid loco illius substituat, ut officium B. Virginis, tot Coronas, uel Rosaria B. Virginis, Nauar. de Hor. Can. c. 11. num. 18. Tertio, quod licet non peccet mittendo horas ob defectum Breuiarii, tamen non excusatur a peccato, sibi non emendo illud.

AD DVODECIMVM, Soto loc. cit. art. 4. & 4. Sent. dist. 13. q. 1. art. 2. in fi. Nauar. de Hor. Can. c. 3. nu. 70. Ang. in uer. Missa, §. 42. Nauar. in Manua. c. 25. nu. 83. art. 18. Armil. in ver. Missa, nu. 30. & in uer. Hora, nu. 18. Syluest. in uer. Missa, 1. §. 6. isti omnes dicunt, esse peccatum mortale, celebrare Missam ante Matutinum saltem, nisi fieret ad euitandum scandalum, uel ob aliquam rationabilem causam, licet Sot. dicat, quod si Sacerdos esset ægrotus, quod non posset recitare diuinum officium, absque hoc posset celebrare Missam, & in hac materia satis largè procedat, tamen adueniente casu, posset practicari doctrina illius; ratio est, quia non sunt subordinata ad inuicem officium diuinum, & Missa.

AD DECIMVMTERTIVM, respondetur Primo, Sot. tenere partem affirmatiuam, sed ego teneo cũ Bulla Pii V. quæ est in noua impressione Breuiari reformati, ex Dec. Sac. Conc. Tri. editi iussu eiusdem Summi Pontif. Non obligantur sub peccato mortali, nõ recitantes officium paruum Beatæ Virginis, Vel Defunctorum, uel Psalmos Pœnitentiales, uel Canticum graduum, nisi ubi esset consuetudo, quam dicit esse obseruandam, & ubi est consuetudo, nõ obligaret extra Chorum, nec semel in Mense, nec tempore Quadragesimali, ut patet, hæc sufficiant pro Praxi quotidiana, si quis plura desiderat, uideat Doct. citatos per extensum.

Hæretici.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, qui dicantur*

2 *Quo ordine in processu formando contra eos uti debeat Ordinarius, seu Inquisitor.*

3 *Quot personę debeant interesse examinationi eorum.*

4 *Vtrum Inquisitor possit uti consilio peritorum Laicorum in hac causa.*

5 *Quomodo citandi personaliter.*

6 *An possint Ordinarij accipere sportulas, seu actorum lucra in fabricatione processus, & totius causę.*

7 *An sit opus semper consulere supremum Senatum Sacræ Inquisitionis Romę, uel alibi.*

8 *An Episcopi sint Iudices Ordinarij causę inquisitionis.*

9 *An possint citare reum, seu testes extra Diœcesim consistentes, sine licentia Ordinarij illius, ubi reus, uel testes commorantur.*

10 *An hęretici carcerati possint habilitari.*

11 *An possint multari pœna pecuniaria.*

12 *Qua praxi utendum, quando traderentur hęretici pertinaces, uel relapsi Curię sęculari.*

13 *An in hac causa detur appellatio.*

14 *Quomodo Ordinarij, & Inquisitores procedere debeant contra Laicos negligentes circa officium inquisitionis.*

An

AD PRIMVM, multa habes supra in ver. casus, in quib. & cęt. sed vide Castrum p quatuordecim libros de hæresibus, & de iusta hæret. punit. in summa, est omnis ille, qui habet aliquem errorem circa fidem Christianam Catholicam, vel dubitat cũ pertinacia; circa hoc est cõis sententia omnium, vide Iser in vsu feud. tub. rvlt. à nu. 25. & infra, de pœn. & contumacia hæreticorum.

AD SECVNDVM, Facta denunciatione Ordinario, vel ex officio, statim ipse incipit capere informationem eo ordine, quo in cap. de offic. §. verum, de hæret. lib. 6. & Direct. Inquisit. 3. p. c. de for. exam. test. & ibi Peng. Com. 17. cum interuentu duarũ personarũ, adeo, ꝙ oportet. interueniant sex personæ, Ordinarius, seu Inquisitor, Reus Testes, Actuarius, & duę personæ, quæ possunt esse, vel Religiosi, vel clerici, vel laici viri discreti. Direct. Inquisit. 3. p. c. quot personæ, &c. & ibi Peng. com. 20. Arch. in ca. accusatus, §. sane, de hæret. lib. 6. & per hoc patet ad tertium.

AD QVARTVM, videtur quod non liceat Inquisitoribus, & locorum Ordinariis cõuocare Laicos quomodocunque, vt cognoscant, aut iudicẽt in causa Religionis, Bulla Iulii III. 12. f. 510. & imponit excommunicationem Papalem in contrafacientes; tñ c. vt inquisitionis, de hæret. li. 6. dicit, quod vocare possint peritos quoslibet, & dat rationẽ gl. ibi in ver. expedierit, in addit. & Peng. com. 126. & 127. in 3. p. direct. Inquisit. q. 78. ad Bullam posset responderi, ꝙ intelligitur, quando totã causam cognoscere vellet, vt ipse Laicus iudicaret, Ratio est: quia solum potest vocari pro consilio, & consultatione, prout in c. fi. hoc ti. lib. 6.

AD QVINTVM, si reus facit copiam sui, in citatione verbali, non debet inferi causa in citatione, sed sufficit dicere vt se corã ordinario, seu Inqsitore sistat, seu, corã iis

M com-

compareat, Syman. de cat. instit. tit. 44. nu. 12. Peng. Comm. 33. in 3. p. Direct. nu. 131. si vero latitat delatus, non faciens copiã sui, tunc debet citari, exprimendo causam in citatione, Peng vbi sup. Com. 33. Si vero est cõtumax, vel abest, põt in Ecclesia cathedrali illius Diœcesis, cuius est, vel in Ecclesia parochiali illius terrę, vbi moratur, vel in domo, vel in loco, vbi communiter degebat, Peng. Com. 34. & 35. in 3. p. Direct.

AD SEXTVM, extrauagans ex eo, de hæret. prohibet Ordinariis, accipere expensas, quas inquirẽdo facerẽt, & quod hoc officium facere debeant propriis stipendiis, nec ꝓuentus, nec obuẽtiones possunt accipere, Inquisitores vero possunt, Penga, Com. 155. in 3. p. Direct. Sym. In. ci. ti. 14. nu. 34. Actuarii, qñ sunt stipẽdiati, nec possunt accipere expensas auctorũ, secus vero possunt, eo vel maxime, qñ emunt bancas, seu officium Notariorum, Penga, Com. 34. & sic vidi practicari Neap. & alibi.

AD SEPTIMVM, mos, est fabricato ꝓcessu, ac carcerato delato, eoq; examinato, ac finita informatione, cõsulere magnũ Inquisitorẽ Romæ, mittendo copiã informationis, tñ hoc nõ semp videť necessariũ, nisi in causis arduis, Peng. com. 127. in q. 78. in 3. p. Direct. Sym. lo. ci. ti. 41. nu. 32. & 35. & q̃ agere, vel nõ agere Inquisitores, & Ordinarii in causa hęresis possint, nisi prius cõsuluerint Sũmus Inquisitor, vide ibidẽ a nu. 36. tñ quicquid sit, ego semper cõsulerem, hoc fieri, ad hoc, vt quid agendum sit locorum Ordinariis rescribatur, & tunc magis, qñ ipsi, vel eorũ Vicarii non bene calleant huiusmodi materias, & possent incidere in multos errores, secus faciendo.

AD OCTAVVM, Respondetur affirmatiue, c. per hoc, de hæret. lib. 6. Symanch. lo. ci. ti. 25. n. 3. Peng. Com. 50. in q. 1. in 3 p. Direct. Castro li. 2. c. 5. de iusta hęre. punit. hinc fit in causis parui momenti, non esse opus obtundere capita dominorum Sac. Inquisitionis, sed ipsi Ordinarii possent eas terminare iuris ordine seruato, modo sciant quid agant: tamen in facto ita practicaui Surrenti Anno 1585. & obtinui Neap. 1591 de 17. Decẽbris, absq; defensionib. quib. sibi datis, delati iã spõte cõfessi renunciarent.

AD NONVM, Inquisitor, & Episcopus possunt hoc facere pro causa fidei, Sim. lo. cit. 34. nu. 24. Peng. Com. 123. in q 74 3. p. Direct. & Com. 91. in q. 42. ibicem, per c. cõmissi, §. compescendi, de hæret. lib. 6. facit, quod notat Iser. in vsu feud. Rubr. quę sũt Regalia, nu. 47. vbi assignat pulchram rationem, & quod dicit Abb. in c. constitutus, nu. 10 de fideius: vide in ver. testes, nu. 35.

AD DECIMVM, Respondetur affirmatiue, qñ nõ sunt pertinaces, debita præstita cautiones. Symanc. lo. ci. ti. 16. nu. 5. Peng. com 136. in 3. p. director.

AD VNDECIMVM, si non sunt pertinaces, possunt multari pęna pecuniaria, applicanda locis piis, Peng. Scol. 127. sed non possunt fieri transactiones, Sym. ti. 30. nu. 13.

AD DVODECIMVM, Praxis habetur in c. nouimus, de verb. sign. & Royias Sing. 175. vbi dicitur, satis esse Iudici vt in praxi illius c. ad euitandũ irregularitatẽ, gl. in c. ad abolendam, de hæret. dicit solum clericos degradatos tradi Curiæ seculari. Laicos vero sufficere relinqui puniendos, Symanch. tit 44. nu. 65. dicit, quod cum clericus degradatur corã Iudice laico, debet eidem Iudici relinqui, sed non tradi: tamen quicquid, sit Pius V. per Bullam suam abstulit omnem scrupulum, dicẽs quod Iudices Inquisitionis cũ tradũt aliquos Iudici sæculari, per quam traditionem sequitur vel mutilatio, vel mors, nullam incurrunt irregularitatem, etiam si non vtantur verbis illis in c. Nouimus, & Syluest. in ver. Degradatio, n. 5. §. 3. Peng. Com. 20. in 2. p. Direct. Locatus in opere iudiciali, tit. de decretis, iuxta finem, Symanch. tit. 44. nu. 47. Armil. in ver. regularitas, nu. 24.

AD DECIMVMTERTIVM, habetur in cap. vt inquisitionis, vbi possunt Ordinarii, & Inquisitores excommunicare Regulos, Barones, & alios dominos temporales, impedirent hoc officium, & sunt excõmunicati ipso iure, per d. c. & si per annum sic steterint, habeantur pro hereticis; Similiter si negarent auxilium, direct. Inquisit. 3. p. & ibi Peng com. 33. litera D.

AD

AD DECIMVMQVARTVM, in c.cit.prohibetur appellatio, in illis verbis: non obstantib.appellationib.tamen Symanch.lo.ci.ti.6.nu.3.intel igi de diffinitiua seu friuola, non de interlocutoria, Penga com.31.in 3.p.Direct.nā ob interlocutoriam permittitur, c.cū cessante, appel.Direct.3.p.c.de appellat.Castro lib.1.c.10.de iusta hære.punit.dicit, q̄d monito & correcto pertinaci, non licet appellare,;& si appellaret, non esset deferendum appellationi, tanquam inani, & malignæ.Coua prac. q.c.23.nu.4.Rebuf.prac.benef.in 3.p.for.grat.sing.in ver.alia clausula, nu.8.

AD DECIMVMQVINTVM, Penga lo.ci.Com.30.respondet affirmatiue, modo, fiat causa, Direct.3.p.in c.de recus.inquisitSymanc.ti.52.nu.3.& hoc intelligi, q̄n non cō staret eos esse hæreticos, Cast.lib.1.c.17.lo.ci.& tam procurator, quā Aduocatus possunt patrocinari delatis, quousque conuincantur esse hæretici, Cast.lo.ci.q̄n vero vellent se defendere de licentia Inquisitoris, pōt Aduocatus patrocinari delato, sed qūo Aduocatus ipse se debeat habere circa hoc videatur Symanch.tit.5.per totum;Similiter de licentia Iudicis possent concedi Aduocatus, & Procurator, q̄n delatus neget, se esse hæreticū, Simāch.tit.52.n.3.similiter possunt dari curatores, si delati essent minores vigintiquinque annorum, secus acta essent nulla, & irrita, qui curator poterit esse ēt suus Aduocatus, Penga Com.28.in 3.p.Director.Afflic.decis.208.etsi in ca.si aduersus, de hæret.negetur patrocinium illis, intelligitur quando quis esset vere hęreticus, secus quando esset, vel delatus, vel suspectus, & in processu causæ, quia tunc, per procuratorem, & per excusatorem possunt excusari, Symanc.lo.ci.n.4.Peng.cō.36.nu.139.in 3 p.Direct.vide Vinc.de Anna Singul 10.

AD DECIMVMSEXTVM, vide c.fin.de hæret.lib.6.& Direct.3.p.vbi ponit sex modis dandi copiā repertorū, quorū sextus est magis in Practica, Peng.16.Com.29.vbi dicit non solū testiū, nomina esse conuerenda, sed circunstantias, quib possit delatus venire ad aliquam cognitionem testium, vt i e c.fi.§.cessante, hoc ti.lib.6.

AD DECIMVMSEPTIMVM, carcerati in crimine hęreseos nō debent admiti ad audiendas Missas, pēdēte causa, nec ad orationes, nec eis cōfessarius est dandus, seu cō cedēdus, nisi in periculo mortis, Sym.ti.16.n.30.Peng.cō.108.in 3.p.Direct.in.q.49.

AD DECIMVMOCTAVVM, Sym.ti.17.nu.54.negat expresse, t̄n Direct.f.295.littera E.ait, quod quando reus fatetur crimen, possunt omitti defensiones si eis delatus renunciet, & Pēg.ibi, schol.34.Locatus lo.ci.in ver.Defensio, nu.14 & 5.Felyn.in ca.cū venissent, de testi.Bal.in l.pronunciare, C.de feriis, isti dicunt, q̄d sponte cōfitētes maleficiū, possunt omittere defensiones, Foll.Pract.crim.1.p.3.p.n.72.dicit ex Fel. quod possunt omitti ex multis casib tamen quicquid sit, nisi adsit causa, ego cēserem cum Symācha propter rationes eius.faciunt quæ notat Couar.lib.2.tit.1.n.7.var.resol.quem videas pro praxi quotidiana.

AD DECIMVMNONVM. Mouetur ista quęstio propter gl.in d.§.sane, vbi per tex. dicit, non debere inquisitores cognoscere, nec se intromittere in causis, quę non sapiant hæresim manifeste, & Syl.lib.3.c.1.puncto.2.de strig.dicit hoc posse dupliciter considerari; Primo, si dubium est in iure.bene dicit gl.si vero est in facto, tūc Inquisitor potest se intromittere; Locatus, lo.ci.in versi.diuinatio, nu 4.Symanch.titu.30.num vltimo

AD VIGESIMVM, Simanch.ti.64.nu.36.duos testes fide dignos sufficere ad cōuincendum hæreticum, affirmat Director.3.p.q.71.& ibi Peng.com.120 & com.27.in 3 p.requiri, quod sint omni exceptione maiores, quod repelli non possint aliqua exceptione; Symanch.tit.51.n.7.& 8.Syl.in Sum.in ver.hæresis, 2.§.quantum, & admituntur testes in hac causa excommunicati, & participes, & socii criminis, ca.in fidei, de hæret.lib.6.t̄n vnus testis, vt supra, & fama, facit inditium ad torturam, Peng.cō.110.in 3.p.Directo.f.644.col.1.testes de auditu nullam fidem faciunt, & maxime q̄n deponunt quæ ab aliis audierunt, Symanch.tit.64.num.39.& 40.an, & quando testes

dicunt,se audiuisse a duobus,quos nominant,& reddunt causam,faciant fidem? vide Foll.in pract.crim.fol.112.nu.28.& f.12.nu.37.Abb.in consi.81.n.1. Boer. decis.342. nu.1.dicit testes non minus quam duos debere esse.

AD VIGESIMVMPRIMVM, quādo timetur de fuga,vel reus suspectus est de graui Crimine,tunc omissa citatione verbali,potest,& debet capi personaliter,Sym. ti.44. nu.12.Peng.Com.17.in 3.p.direct.73.com.3.nu.131.ibid.

AD VIGESIMVMSECVNDVM,carcer debet dari sm qualitatē personarū, & delicti,Peng.com.& lo.ci.Sym.ti.24.nu.22.clem.1.de hæret.§.propter,ver.duro.

AD VIGESIMVMTERTIVM,carceratus in causa fidei,fugiens a carcerib.etiam fractis foribus,non habetur pro conuicto,Symanch.tit.16.nu.23.Peng.com.33. in 3.p. direct.Grill.lib.5.c.de fuga Carcer.Foller.in prac.crim.4.p.3.p.a nu.45.vsque 67.vbi dicit,quæ requirantur ad hoc,quod quis probari possit pro confesso,imò,nec etiam in aliis delictis,Boer.decis.215.nu.21 & infra.

AD VIGESIMVMQVARTVM.si trutinato processu,& seruatis de iure seruandis, inueniretur delatus innocens,non debet poni in sententia,quod est insons , vel immunis,vel innocēs,sed ꝙ nō est,vel nō fuit legitime probatū per testes contra eū, direct.3.p.nu.140.Peng.vbi sup.Com.37.litera C. sed si iterū fuit de eodē crimine delatus,pōt puniri,Peng.ibidē,nu.143.Symanch.ti.60.n.13.Ratio est:quia illa sententia nunquam transit in rem iudicatam,Pius V.Bulla 27.f.958.qn̄ vero testes, qui deposuerunt contra delatum dicerent,& reuocarent dictum suum,potest poni in sententia quod est insons,immunis,& innocens,Peng.lo.ci.com.37.nu.142.& 208.

AD VIGESIMVMQVINTVM,respondetur,quod qui scit hæreticū aliquem,vel suspectum de hęresi,tenetur eum reuelare,& denunciare Prelato, seu Inquisitori, Cast. lib.1.c.17.& lib.2.c.25.de iusta hęret.punit.Peng.Com.81.in 2.p.Direct col.fi.& cō. 68.col.3.§.& non videtur,& Com.2.col.fi.2.p.Direc.Greg.Papa XI.in Bulla quę incipit:Excōmunicamus,quę est tertia in suis,f.70.& alex.Papa IIII.in Bulla , relata à Direct.Inquisit.2.p.f.144.col.2.& hoc iubetur sub pœna excommunicationis, facit c.de hęret.idē ēt dicitur de omni crimine,quod esset perniciosum Reipublicæ, D. Th.2.2.q.68.ar.1.Couar.lib.1.c.2.nu.8.excepta excommunicatione,Innoc.IIII. Bul. 10 Nic.III.Bul.2.sed hoc intelligitur qn̄ scio aliquē esse hæreticum per visum vel per alium sensum corporalem,vel per Confessionem eius qui fecit illud,vel quod habetur pro indubitato,secus qn̄ leuis esset suspitio,aut signa leuia quę facile fallere possunt;Nauar.cons.3.de hęretic.

AD VIGESIMVMSEXTVM, quę nam sit forma abiurandi,& quę in ea necessaria sint,vide Pengā.Com.40.in 3.parte Direct.per totum,& habetur in c.Ego Berengarius,de Consecr.distinctio.2.& cap.quoties,il.1.1.q.7.Cast.lib.1.capitulo 24.& lib.2. ca.2.vbi supra.

AD VIGESIMVMSEPTIMVM,Respondetur negatiue,c.vt inquisitionis, de hæret. lib.6.Cast.lib.1.c.23.Gom in c.2. §.statuto,nu.54.de constit.lib.6.

AD VIGESIMVMOCTAVVM, qui dicantur relapsi,& qua pœna puniendi,vide in c.ad abolendam,de hæret.Peng.Com.38.in 3.p.Direct.nu.150.Direct.Inquisit.2. pa. q.58.& Peng.ibi Com.83.Cast.lib.1.c.vlt.& lib.2.c.2.& c.super eo,de hęret.lib. 6. & Sym.ti.57.nu.1.& nu.4.

AD VIGESIMVMNONVM, videto Cou.lib.2.c.9.nu.11.& 12.var.resol.

AD TRIGESIMVM,Respondetur ꝙ sic,c.vt commissi,de hæret,lib.6.Couar. prac. q. c.34.in fine,etiam si dictam moderationem,& c.sibi in sententia Iudex non reseruasset,quia aliàs non esset dubium,gl.in d.c.in versi.vel mutandi,cum hoc sit specia le in hac causa,Couar.lo.ci.licet viderim hoc sibi iudices reseruasse in sententia , & hoc putarem tutius.

AD TRIGESIMVMPRIMVM, Respōdetur,quod frequētiori vsu,vidi ferri lingua

verna-

vernacula,ſeu vulgari,& ratio eſſe poteſt,ad hoc,vt ab omnibus,vel idiotis.ac literarum ignaris intelligantur ſcelera deteſtabilia in pœnam delati, & abominationem tanti criminis,quo homo recedit à Deo ſalutari ſuo, per apoſtaſiã,ſiue ob malã credentiam,& in maiorẽ ipſius delati erubeſcentiam,quæ ſolet eſſe magna pars pœnitentiæ,& ſatisfactionis peccatorum,cap.quem pœnitet,de pœn.d.1.& patet vulgatis Theologorum,Canoniſtarum,& Summiſtarum placitis.

AD TRIGESIMVM SECVNDVM,reſpondetur cum gl.in c.Nos,in ver. prohibemus,12.d.

AD TRIGESIMVMTERTIVM, reſpondetur,prout in verb.priuatio,ſed vide Bull. Pii V.29.quæ incipit.Cum ex Apoſtolatus,vbi diſponit de beneficiis vacantib.propter crimen hæreſis.

AD TRIGESIMVM QVARTVM,quod cogi poſſunt ad adimplendas pœnitentias, defuncto iniunctas Alex.IIII.Bul.10.

AD TRIGESIMVMQVINTVM,Reſpondetur primo,quod quo ad ſe,nullus tenetur prodere ſe ipſum,cap.quis aliquando,§.his auctoritatib. de pœn. d.1. vbi dicitur: non dico tibi vt te prodas:quod procedit etiam in caſu hæreſeos,cum non fiat exceptio.Naua.conſ.5.n.3.de hæret. quo ad alios,dic prout dictum eſt ad 25. Cæterum vide in pract.mea pœnit.c.22.q.4.6.7.8.20.& 22.

Hoſpitale.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitale quomodo ædificetur, & qua auctoritate.*
2 *An Ordinarius poſſit illud viſitare.*
3 *Videre etiam computa,& rationem adminiſtrationum,& magiſtrorum.*
4 *An ſuccedat expoſitis.*
5 *Quænam ſint priuilegia Summorum Pontificum conceſſa diuerſis hoſpitalibus.*

ADD PRIMVM,relictis aliis,dico Primo,quod hoſpitale poteſt ędificari a quocunque,etiam ſine auctoritate Epiſcopi,& ibi Rectorem præfigere,& de eo libere diſponere ad libitum,ſicut de aliis bonis ſuis,& illud deſtruere,vel alteri ſubicere, ſeu donare;Gl.in c.vnicuiq.de conſecrat.d.1.c.inter dilectos, de donat. Clem. quia contingit,de relig.dom.Syluan.trac.de benef.1.p.q.6.nu.6.Syl.in ver. Hoſpitale, §.2. nu.3.Auth.de Eccleſ.tit.§.ſi quis ædificationem,ver.in omnib.collat.91.Dico ſecundo,hoc hoſpitale non põt viſitari ab Epiſcopo;Ratio eſt,quia eſt quoddam profanũ & nõ religioſum,Innoc.in d.c.inter dilectos,nu.2.& in c.ad hoc,de relig.dom.Syl. lo.ci.n.7.Sylua.lo.ci.§.1.nec obſtat Cõc.Trid.Seſſ.22.c.8.de refor.quia diſponit,hoc poſſe Epiſcopum in caſib.à iure conceſſis.ſed cum hoc non ſit ſub eius diſpoſitione, quia non eſt religioſum, non comprehẽditur; Nec dicũtur proprie,& loca pia, ſeu religioſa hoſpitalia,qñ ſunt ædificata ſine auctoritate Epi,ſimiliter de conſuetudine legitime præſcripta,Abb.in clem.2.nu.4.& 5.de relig.dom.quod dixi,intellige, modo non habeat formã Eccleſiæ,vel ſi in eo celebretur quia hoc non põt fundari ſine Epi auctoritate.Inno.in c.Ad hæc,de relig.dom.nec dici põt locus religioſus. Adde, q̃ dicit Gem.in c.fi.uerſ.ſed quid,& verſ.ex his,de offi.leg.lib.6.vbi habes,qñ Hoſpitale eſt acceſſorium Eccleſiæ,quando principale,qñ ſeparatum, qñ iuris patronatus clericorum,qñ Laicorũ,& quando collegiatum,quod nota pro collatione illorũ, & pro viſitatione,& pro Seminario, & pro reſeruationibus prout habes in diuerſis locis huius Praxis.

AD SECVNDVM, post mortem ædificantis potest Episcopus visitare, & videre si cũcta procedunt secundum ordinationem defuncti, vt in §. si quis ædificationem, in Auth. cit. Sylua. & Syluest. locis cit. & in verbo visitatio, §. vlt. Angel. in ver. hospitale, in princ. & si repererit rectoré positum per heredes defuncti, perperá administrare, potest Episcopus eum reuocare, aliumque instituere; Hoc ampliatur primo, etiam si testator, qui ædificauit, interdixerit, ne Eps se intromittat, Cóc. Trid. Sess. 7. c. fi. c. tua nobis, de testamen. & ibi Couar. nu. 6. & 8. decis. Rot. 868. in antiquis; Ratio, quia testator facere non pót, quod leges in casib. suis locũ non habeant, l. nemo pót, ff. de leg. 1. Gom. in q. 32. de trien. possess. vide omnino Panor. in c. sopitæ, nu. 5. de censibus & Nau. cons. 3. de relig. dom. dicit quod hospitale ędificatum á Laico visitat Episcopus post mortem eius, etiam si fundator id prohibuisset.

AD TERTIVM, non solum episcopus potest visitare hospitale post morté fundatoris, sed ét videre computa, & administrationé rectorum; & procuratorum illius, per c. 9. ead. sess. Ratio est: quia licet non sit locus religiosus, & sacer, prout supra, tamen dicitur locus pius, quia ad pios vsus ædificatus est, Abb. in c. 295. & in c. de xenodochiis nu. 2. & 3. & c. ad hæc, de relig. domi. Sylua. lo. ci. nu. 26. & venit appellatione priorum locorum, Syluest. in ver. legatum, 4. hoc ampliatur ét si dictum hospitale esset iuris patronatus cũ auctoritate Episcopi, Cóc. Trid. lo. ci. c. 8. Fallit primo, quando in institutione dicti hospitalis, & ordinatione Ecclesiæ talis, seu fabricæ secus cautum esset, ita Sac. Congreg. Declarat. 184 & tunc non tenerentur administratores reddere rationem Ordinario: Idem Angel. in ver. Hospitale, in princ. Dicet quis contra, per c. tua nobis, & c. requisisti, de testam. Respódetur primo, illud valere in legatis piis, sed hoc dictum Concilii, & Sacræ Congregationis, intelligitur institutione, & ordinatione Ecclesiæ fabricę, seu Hospitalis, facta ab ipso fundatore de consensu ipsius Ordinarii, Abb. in Clementi. Quia contingit, nu. 4. de relig. dom. Vrgebit quis, ergo Episcopus in his fabricis, & Ecclesiis non se intromittet, nec circa visionem rationis computorum; Respondetur, quod ita res se habet, & seruandæ sunt priorum locorum Constitutiones, quia fortassis illæ concesse fuerunt à Summis Pontificib. vel prælatis, vt supra; Abb. in Clem. Quia contingit, num. 4. D. Ant. 3. p. ti. 10. c. 11. §. 2. in princ. ad hoc ne patroni rettaherétur a fundatione dictorum piorum locorum, Sylua. lo. ci. 3. p. q. 7. nu. 11. & 12. & Staph. de lit. grat. fol. 92. nu. 8. Dicet quis iterum, ergo Episcopus neque poterit ista visitare? respondetur, quod Conc. circa visitationem solum eximit loca pia, quæ sub Regũ immediata protectione sunt, nam illa sine eorum licentia Episcopus non pót visitare; ergo pót visitare omnia alia, & Conc. solum in c. 9. concepit exemptionem visionis computorum, & administrationis, non visitationis; Fallit Secundo, quando ex consuetudine, priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio computorum reddenda esset, tunc enim cum his adhiberi debet etiam Ordinarius, & aliter factæ liberationes dictis administratorib. minime suffragentur: & ita censuit Sac. Congr. Declarat. 210. extant litteræ Sixti V. ad omnes Episcopos Regni Neapolitani, quib. eis præcipit vt visitent hospitalia iuxta decretũ Sac. Conc. Trid. sub anno 1588. 2. Nouébris Episcopo Fulignano Nuntio in dicto Regno & Sac. Congreg. Declar. 288. in meis, cẽsuit in hęc verba: Ordinarius non habet auctoritatem visitandi Hospitalia, neque Confraternitates quæ a Laicis reguntur, nisi in casib. a iure expressis, & c. 8. Sess. 22. Conc. Trid. intelligitur solummodo in casib. a iure communi permissis: licet tamen Ordinario ab eis rationẽ administrationis exigendi, nulla habita ratione iuris communis sed tantum seruata dispositione d. c. vide in ver. visitatio. §. 3. ver. 9.

Primum dubium, quod discrimen erit inter hospitale iuris patronatus, & fundatum cũ conditionibus prædictis, vt non Ordinarius se intromittat? &c. Respondetur, quod in primo casu, (nisi aliud cautum erit à patronis) Ordinarius loci poterit illud visitare, &c

re,& rationem administrationis videre,&instituere administratores sibi a patronis præsentatos,argumento eorum,quæ dicuntur in toto tit.& tractatu de iure patronatus & si inuenerit ibi administratores perperam agentes,illis per eum sublatis alios instituet,& patronus pro illa vice priuatus erit præsentatione,Sylua.lo.ci.& Clemẽ. quia contingit,& ibi gl.in ver.negligentia de relig.dom.in secundo casu Episcopus circa rationem computorum non se occupet.

Secundum dubiũ,ædificatur Hospitale auctoritate Episcopi & tunc dicitur locus pius religiosus,siue ecclesiasticus, Staph.lo.ci.& quando non appareret de auctoritate Episcopi,præsumitur interuenisse,quod potest præsumi.Primo quando est in forma ecclesiæ.Secundo,vbi Missæ celebrantur.Tertio,vel sit altare.Quarto,vel sit campanile.siue campana:licet ibi aliquando celebretur solum in festiuitatib.magnis, vt notat Cardinalis in Clem.fin.de cens.Sylua.lo.ci.nu.25.& 26.glo.& text. in c. vnicuiq; de consecratione,d.1.Abb.in c.inter dilectos,nu.12.& 8.de donat & ibi addit.Zacha. litera C.& addit.Sebast Sap.litera D.faciunt quę dixi.in ver.alienatio,§.10.dixi hoc quia licet testaor,seu fundator dicat quod Episcopus nõ se intromittat in cura, & in institutione ministrorum dicti Hospitalis,seu Oratorii sic fundati,tamen non teneret ista dispositio,etiam si apposuisset,quod bona illa relicta in dotem dicto hospitali seu Oratorio,in alium pium vsum expendantur casu, quo Episcopus se intromitteret,Coua.in dicto c.tua nu.8.& de sponsal.2.p.c.3.1.n.20.Rochus tractu.de iure patronat.in ver.pro eo,quod,q.12.vide Abb.in c.patentib.nu.1.de priuil. quando hospitale,seu aliquis locus confratrum dicatur pius,& subesse Episcopo,vide in ver.cõfraternitas,nu.4.Caputaq.decis.328.p.1.

Tertium dubium,quia Conc.c.8.Sess.22.dicit Episcopos,tanquam Sedis Apostolicæ delegatos, esse executores piarum omnium volũtatum,tam inter viuos quam causa mortis,dubitatur an hoc solum ad Episcopum pertineat,maxime cum interdũ sint aliquantulum circa hoc non satis diligentes?Respondetur ex Couar.in c.si heredes nu.1.de testamen.& ibi Abb.in col. 1.& Barbat.quod cum hoc sit fori mixti, ad iudicẽ secularem ẽt pertinet,& sic vtrumque Iudicem potest adire quicunque ille sit, vt exequi faciat legata pia,Couar.ibidem,n.2.& Abb.in c.si hęredes,nu.3.de testa. vbi ait dari locum pręuentioni,& hinc est,ꝙ fortassis in Regno Neapolitano nollent iudices sęculares,vt isti administratores locorum priorum reddant rationẽ suæ administrationis Episcopis,quia cum sit casus mixtus,vt isti pretendunt,stare in possessione casuum mixtorum,in hoc ẽt vellent stare,sed ad hoc posset respõderi dupliciter , quod si est,vt dixi ad primum,tunc currere posset ista pretendentib.quia est ædificatum sine auctoritate Epi.Secundo.sed qñ vel est cum Epi auctoritate,vel si non constet ,præsumi debet,per dicta superius,nescio qua ratione hoc possent prætendere, cum omnia loca ędificata auctoritate Episcopi sint sacra,pia,& religiosa, vt dictum est sup.quę pertinent ad Episcopi Iurisdictionem,c.omnes Basilicę,16.q.7.& aliis vulgatis iuribus.

Quartum dubium,quę nam dicantur loca pia,& legata ad pias causas? Respõdetur ex Syl.in ver.Legatum,4.ab initio,& per totum.

Quintum dubium,an Ordinarius posset inquirere contra tenentes bona,quæ debent distribui pauperib. Respondetur affirmatiue,Mara.6.p.ti.de inquisi.nu.154.& habetur in Authent. Hoc.amplius,de fideiussor.

Sextũ dubiũ,quid,si quis administrator piorũ locorũ , videns se constrictũ ad reddendũ rationẽ suę administrationis,appellaret? Rñdet ex sac.Cõc.Ses.24.c.9.de refor. vbi dicit,ꝙ licet admittatur appellatio,non pp hoc impeditur,aut suspenditur executio,& ita ẽt censuit Sac.Cong.Declarat.484.idẽ Angel. Aret.in §.ęconomos,in fine, in Auth.de sacro san.epis.Mara.6.p.tit.de appella.n.198.ita ẽt, qñ Suffraganeus Episcopus visitat suã Diœcesim,si appellaret ad Metropolitanũ , aepellatio teneret quo

M 4 ad

ad deuolutionẽ,sed nõ quo ad suspensiuam,seu impeditiuã.ita Sac.cong.decla. 487.
Septimum dubium,an Episcopus,qñ visitat ista loca pia,seu Hospitalia, possit ab eis recipere procurationem:de hoc vide in ver.visitatio,§.5.dub.7.
Octauũ dubiũ,an relicta in aliquo Hospitali pro hospitandis peregrinis, vel curãdis ęgrotis,aut ad aliquid huiusmodi,possint per Epm in aliũ piũ vsũ cõuerti? Respõdetur ꝙ vř non posse,per clem.Quia contingit,in princ.& ibi gl.in ver.non ad alium, sed ꝗcquid fit,Conc.Trid.Sess.25.c.8.de refor.in ver.ꝙ si Hospitalia,dicit posse Epm cum duobus de Capitulo,qñ in loco,vbi sunt dicta Hospitalia,similes personæ,aut ꝑ parte reperiantur,ẽt si contrarium in eius fundatione, aut institutione expressum fuerit in hunc euentum.i.si ibi non hospitarentur pauperes,vel illuc non venirent aliquæ personæ propter aliquam causam.sed vide in ver.Legatum,§.2.
Nonumdubium, ad quod tẽpus debeat dari gubernatio,seu administratio hospitalis? Respondetur ex eo.sac.Conc.lo.ci.in fi.quod solum ad triennium,nisi aliter in fundatione cautum reperiretur.
Decimũ dubium,an teneatur Hospitale cõtribuere Seminario de introitib.seu fructibus suis? responderur à Sac Cong.declarat.147.ꝙ non,nisi datum sit in titulum, cõmendam,seu administrationem.
AD QVARTVM,vide Vinc.de Fran.decis.198.nu.9.& per totum.
AD QVINTVM.vide Bull. Clem.IIII.1.& Pii.III.13.Pii V.71.q̃ incipit: Sacrosanctũ.

Instantia.

PRIMO,Instantia de iure ciuili perit in ciuilib.per triennium,& in criminalib.per biennium,l.properandum,& ibi Scribentes,C.de iud Mara.5.par.num.5. gl. in c. venerabilis,in ver.Non obstat,de iud.
Secundo,hoc fallit,de iure cañõ.& in terris Ecclesiæ,& vbi iure canonico uiuiť, quia ibi nũquã perit instantia.tex.& gl.lo.ci.Corn.cõs.210.in 4.vol.in fi.Mara. vbi supra.
Tertio causæ Ecclesiarũ non habent instantiam peremptam lapsu triennii,ẽt si agitur coram Iudice seculari,tenet Caraiita in Ritu 22.n.9. Dec.in cap.Eccles.S.Mariæ, de const.Imol.in l.properandum,§.ñ.C. de iud Card.clem.1.de in integ.restit.Iason & Salyc.in d.§.sed cõtrariũ videtur practicari, ꝙ instantia ẽt perimitur lapsu triẽnij in causa Ecclesiastica,pront colligiť ex his quæ voluit Io. Vinc.de Anna,in Repet.constitut.Diuæ memoriæ nu.19 vbi dicit,quod in causa Sãcti Anelli, cũ Ioanne Iacob. Copula,per Presid.Sacri Cons.Neapol fuit inflatus spiritus vitæ instantiæ, & tñ lis erat cum Ecclesia;Sed an insufflatio bis peti possit,dũ instantia est perẽpta,vide Capyc.dec.165.Gram.decis.69.Boer.decis.247.& de ista materia peremptionis instantię vide Capy.decis.11.nu.9.cum sequentib.& decis.109 nu.4.qñ aut causa esset clerici secu esset dicendum,quia in hoc clericus non gaudet priuilegio Ecclesiæ.Abb.in d. c.nu 55.Mara.ibidem.nu.21.
Quarto,in prima instantia Sac.Conc.Trid.Sess.24.c.20.de refor.per lapsũ biennii,dat optionem partib.adire superiorẽ competentem,sed nõ ꝑ hoc irritat acta facta, sed partes possint vti eis coram Iudice ad quem.
Quinto,in secunda instantia datur vel biennium, c.cum sit Romana,&c. ex ratione sicut,de appellat.Gom.q.68.de ann.possess.
Sexto,hoc tamen fallit in Curia Romana,vbi lis,siue instantia nunquam extinguitur, nisi per sententiam,Gom.q.56 & 68.in fi.de trien.possess.
Septimo,an possint ꝑ Iudicẽ ꝓrogari fatalia? affirmatiue tñdeť modo primo faciat hoc antequã decurrant in totũ dicta fatalia.Staph.de lit.grat.f 243.nu.1.Secundo, vt hoc fiat ex causa,quæ debet esse nota ipsi Iudici,Mara.tit.de appellat.nu.231.& infra.
Octauo,acta an censeantur esse annullata perempta instantia? Respondetur ex Addit. ad q.279.Cap.Tolos.quod non acta ordinatoria.

Inspa-

Iuspatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit Iuspatronatus.*
2 *Quibus modis acquiratur.*
3 *Quomodo probetur.*
4 *Tempus præsentandi in eo quo dnam sit.*
5 *An tempus currat patronis litigantibus.*
6 *An possit permutari absque consensu patroni.*
7 *Quomodo sit facienda præsentatio.*
8 *Quomodo amittatur, seu perdatur ius præsentandi.*

AD PRIMVM dicitur quod est duplex, Ecclesiasticũ, & laicale. Primum competit personę Ecclesiasticæ, vel Laicali ratione Ecclesiæ. Secundum competit, vel personæ Ecclesiasticæ, vel Laicali ratione patrimonii vel fundatione, vel dotatione, vel ædificatione, Rebuf. pract. benef. tit. de præsent. & institu. num. 4. & 5.

AD SECVNDVM, Acquiritur decem modis; Primo ædificatione sola, etiam facta animo non acquirendi Iuspatronatus in Ecclesia ędificata, c. significauit, de test. Stap. de litit. grat. fol. 91. n. 5. c. nobis, de iure patron. mõ in ipsa ędificatione ecclesiæ accesserit Diœcesani consensus, Staph. ibidem, nu. 2. Ratio est: quia nulla ecclesia potest ædificari sine consensu Episcopi, Syl. 1. par. q. 6. per totam, secundo dotatione, ad quã etiam requiritur Diœcesani auctoritas, Roc. de Curiæ de iure patron. q. 1. in ver. dotauit, Sylua. ibidem, nu 9. Tertiò fundatione, sed ista concurrit cum ædificatione, nã ædificari non potest sine fundo, licet vnus fundum, alter ædificationem operetur, Conc. Trid. Sess. 25. c. 9. de reform. ver. vt igitur, ait acquiri, vel fundatione includẽte ędificationem, seu dotationẽ. Quartò successione, c. considerandum, 16. q. 7. cap. quoniam, de iure patron. Quinto donatione, c. ex insinuatione, eo. ti. & ibi glos. in ver. liberalitate. Hic sunt duo dubia, & Primum dubium, an possit patronus donare suum ius Laico sine consensu Episcopi; Respondetur negatiuè, glo. in c. citato; Secundum dubium, an possit donare iuspatronatus Ecclesiæ? videtur quod non, c. quod autem, c. illud, c. nullus, de iure patron. decis. Rotæ eod. tit. in nouiss. tamen contrarium est verius, per c. vnicum, eo. ti. lib. 6. tex. illi qui videntur facere in contrarium, possent exponi per ea, quæ dicit glos. in d. c. vnico, in ver. censenda, & sic ad dictam Deci. uel dic, quod sunt correcti per ius nouum, Staphil. de litt. grat. fol. 98. num. 1. Sylua. lo. cit. num. 3. & licet possit fieri donatio compatrono sine consensu Episcopi, non tamen filio compatroni sine illius consensu. Caputaq. dec. 19. p. 2 & quod sola ædificatio uel fundatio uel donatio acquirat ius, vide Nau. cõs. 7. de iure patro. nu. 6 & 7. Sextò permutatione, c. nemini, 16. q. 7. & in hac permutatione non requiritur consensus Epi, Abb in c. plures, nu. 7. hoc tit. nec in venditione cum Vniuersitate, Abb. in c. illud, nu. 4. eodem, nec si donatur compatrono, idem, nu. 4. in c. ex insinuatione, eod. Septimò, venditione, quia transit cũ Vniuersitate, c. secundum, c. ex litteris, eo. tit. Sed an hoc locũ habeat in uẽditione fundi, vbi repetitur Ecclesia iurispatronatus, uide Conar. lib. 1. c. 13. num. 3. & 4. var. resol. & an transeat cum venditione palatii in quo adest capellla, quæ habet multos redditus, negatiuè respondet Inno. in c. ex litteris, num. 3. hoc tit. Octauò consuetudine, siue pręscriptione, Staph. lo. cit. fol. 95. nu. 2. Sed hic est dubium, nam videtur, ꝙ iuspatronatus non possit præscribi? Syl. lo. ci. 1. p. q. 19. nu. 2. & 3. p. q. 11. nu. 23. in fine, facit. c. Messana, & ibi gl. in ver. cõsuetudo, de elect. & Syl. lo. cit. q. 23. nu. 12. & Gom. in q. 13. col. 2. in principio. Syluest. in uer. pręscriptio, 2. §. 2. nu. 5.

nu.5.ver.5.tamen Staph.lo.cit.dicit,quod sic,idem confirmat Couar. pract.quæst.c.1. 36.nu.6.ver.4.Conclu.Ego censerem cum secunda opinione,quam etiam videtur innuere glos.in c.generali,in ver.antiquo,de elect.lib.6. & idem videtur etiam confirmari à Sac.Conc.lo.cit.dum dicit, quod si ex fundatione,vel donatione,non potest probari,ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum,qui hominum memoriam excedat,siue aliàs secundum iuris dispositionem, quæ iuris dispositio potest esse per præscriptionem,vt habetur in glos.in c.cum Ecclesia,in uer. trium,de can.posses.sed Rebuf.lo. cit.num.23.videtur concordare ambas opiniones, quod iuspatronatus non posset præscribi.i.proprietas,sed ius præsentandi sic,Innoc. in c.curam,Couar.in Alma mater,2.p.§.10.num.7.& inf Sed gl.in cap.1.in ver. obtineri,& de reg.iur.lib.6.dicit Ecclesiam posse præscribi, etiam quoad proprietatem, p d.c.cura pastoralis,hoc tit.& Abb.in cap.sane,nu.2.de priuileg.Nonò priuilegio, Staphil loco cit.Sylua.2.par.q.23.per totum.Decimò reædificatione, sed requiritur Primò auctoritas Episcopi.Secundò quòd illa Ecclesia sit omnino destructa, ita quod denuo ædificans a fundamentis reincipiat,licet altare remaneat intactum, glo. in c. quanta,in versi.fundatores,de iure patron gl.in c.de fabrica, in ver.innominata, de consecrat.dist.1.Staph.lo.cit fol.91.nu.6.Innoc.in rub. de iure patron. Concil.Trid. Sess.14.c.12.de reform.& quid si ecclesia ædificetur in alio loco, an huic nouæ noui ter ædificatæ accedat dos quæ priori fuerit donata? respondetur,quod sic, & patronus erit ille qui dotauit prius etiam huius posterioris,sed non qui dedit fundum primæ,erit patronus huius secundæ,sed qui dedit fundum huic nouæ edificatę. Innoc. in Rubr.huius tit.nu.2.in fine.

AD TERTIVM,vacante iure patronatus ponitur edictum ad valuas Ecclesię vacantis, siue Parochialis,si illa patronatus esset diruta,& illud edictum, siue ad instantiam fisci,siue ad præsentationem patroni,cum inserto tenore comparitionis, & dato termino ad probandum considerent locorum Ordinarij discrimē inter patronos, qui sunt,tanquam personæ priuatæ,&personas,siue communitates,vel Vniuersitates(p sonas hic intellige Duces,seu Barones,personasque nobiles)quia his omnibus solet præsumi potius ex vsurpatione,quam aliquo licito modo quæsitum fuisse ius patronatus,nam priuatis personis sufficeret probare ius patronatus vno ex his modis, fundatione,vel dotatione,vel ex multiplicatis præsentationibus,vel cursu temporis, vel præscriptione,& hoc sufficiat,si bene perpendantur verba Concilij,imò,ex vnico actu, vtquia semel quis præsentauit, & sequuta est institutio, & ille institutus vixisset spatio quadraginta annorum, profectò hic habet requisita Concilii, nempè cursum temporis,præsentationem,& institutionem,& ista præscriptio qnomodo probetur uide Caputaqu.decis.128.par.2.& quod vnica præsentatio sola cum bona fide inducat quasi possessionem patrono,vide Roc.tract.de iu.par.in uer. competēs, nu.38.Dec.cons.11.& 126.Caputaq.decis.337.par.2.& quasi possessio iuris patronatus potest probari per testes,modo deponant de visu per 40.annos, gl.in c.1.de rescri. lib.6. Caputaq.decisio.539. parte secunda,& ista quasi possessio iuris patronatus, potest probari per requisita à Cald.cons.12.de iure patr. Caputaq.decis.418. par.2.idem Franc.Balb.tract.de præscript.1.par.5.prin.c.9.num.4.& Nauar.cons.1.de causa possess.dicit,ius patr.posse præscribi spatio 40 annor.quæri,augeri, multplicari,& tolli, idem cons.5.de præscrip.nu.3.& cons.7.de iure patro.idem Afflict.in prælud. Const. Reg.q.19.vbi dicit,spatio quadraginta annorum præscribi ius patronatus contra Regem à Prælato;& hæc probantur,per capit. Consultationibus,eod.tit.Couar. pract.q. c.14.nu.2.versi.3.Sylua.2.p.q.7.num.3.& glos.in c.3.in versi.tua, de causa possess.vi deto Vinc.de Anna,Singula.69.Abb.in cap.1.num.4.de relig. dom. & in consil. 54. col.2.lib.1.Calder.cons.12.de iure patr.Oldrad.consil.312.Cardin. cons.47. Dec. cōs. 134.faciunt quæ dicit Felynus. in capitulo. super quibusdam de uerbo signifi. & in

tract.

tract.suo, qualiter litteræ Apost.noc.pract. col.vlt.& Bal.in c.cum super, de renũtiat. vbi in antiquis dicitur sufficere famam in probando, Boer.in deci.42.num.32.ubi dicit, quod in præscriptione longissimi temporis, non requiritur titulus, & Deci. 124. nu. 14.dicit, quod si prælatus fuit diu in possessione prælaturæ, præsumitur, quod fuerit legitimè institutus: in secundis uero personis, Vniuersitatibus, seu Communitatibus non sufficit probatio temporis immorabilis, sed præter aliqua necessaria ad eam probandam requiruntur præsentationes, quæ sint continuæ saltem quinquaginta annorum spatio, & quod omnes sortitę sint effectum suum, quia ex solis præsentationibus non acquiritur ius. Inno.in c.quoniam, hoc tit.& quod hoc probare debeant authenticis scripturis, ad quod vtinam Reuerendissimi locum Ordinarij eorumque Vicarii haberent oculum, nam ego habui in practica multa huius generis, & in probatione quasi omnes deficiunt, quia pro maiori parte omnia iura patronatuum sunt vsurpata a Baronibus, vel Dominis, & hoc vel nimia indulgentia, & incuria Prelatorum, vel pontentia Dominorum, (dormientibus omnibus) iuxta illud Euang. Sed ante omnia Ordinarij, antequam recipiant præsentationem, debent præsentatum diligenter examinare, Rebuf.lo.cit.num.5.& si Ordinarius procedat ad institutionem iuris patronatus, absq; edictis propositis, an valeat dicta institutio, respondetur negatiuè, sicut etiam proceditur in electione. Caputaq.decis.95. per c.fi.de elect. lib.6. & decis.128.par.2.dicit, quod si Episcopi prędecessores dixerint, ius patronatus pertinere ad talem personam, & id probatum non fuerit, erit in prejudicium successorum, & Ecclesię.

AD QVARTVM, Tempus patrono Laico currit quadrimestre, idem si esset persona Ecclesiastica sed, non ratione Ecclesię; si verò ratione Ecclesię, vel ex donatione sibi facta, Anch.in d.c.nu.5.ver.sextò nota, haberet semestre, etiam si laicum haberet cõ patronum, c.vnico, de iure patron.6.§.verum, Gom.tracta. de prouid. nu.141.Syl.lo. cit.2.p.q.39.hoc fallit in parochiali patronatu, in qua patroni habẽt nisi viginti dies ad pręsentandum, ita bulla Pii V.de qua fit mentio in ver.parochia, §.2.Nau. consi. 2.de immun.eccl.nu.3

AD QVINTVM, an pręsentantibus patronis, & orta lite super iure patronatus, si non sopietur causa intra quadrimestre, vel semestre, elapso termino, possit Episcopus prouidere inuitis patronis? & videtur quod sic, per cap.quoniam, & c.cum propter, eod. tit.& Sylua.2.par.q.7.circa vltimum, Lambertus de iure patron. fol.117. & 122.nu.1. 7.& 9.Sylu.3.p.q.1.num.9.tamen oppositum habetur ex Lapo Aleg.78.ad q.5.nu.15. & idem Sylua.3.q.59.sed ad hoc sciendum, pro practica est notandum, nam aut controuertitur inter titulũ Episcopi pretendentis Eclesiam vacantem pertinere ad meram collationem episcopi, & esse liberam, (cum regulariter omnis ecclesia pręsumitur libera, nisi probetur contrarium, c.omnes basilicę, 16.q.7.c.regenda, 10.q.1.). & ipsos patronos, pretendentes ius pręsentandi, vel ius patronatus ad eos pertinere, & tunc durante lite, Episcopus nõ potest prouidere inuitis patronis, sed ponet œconomum in dicta Ecclesia, quousq; sit terminatum negotium. vel lis est inter ipsos patronos non concordãtes in pręsentato, vel alter ipsorum pretendit alterum non esse patronum, vel quid simile, & tunc episcopus potest ipsis prouidere de ecclesia, hęc notabiliter gloss.in c.eam te, de iure patron.& ibi Abb.in c.1.nu.3.eodem, & in cap. cum vos, in ver.Oeconomos, de offi.ord.Inno.in c.1.nu.2.hoc titu.& Lambe.lo. cit. fol.119.Casu 4.& 118.nu.8.Syl.3.p.q.59.gl.in c.si plures, in uersi.auferri, 16.q.7. & tũc Episcopus confert, saluo iure præsentandi illi, qui postea euicerit ius patronatus per vltimum calculum sententiæ, sed non pro illa vice, prout inferius, §. decimosextò.

AD SEXTVM, Sunt duæ opiniones. Prima Conar.pract.quæst. cap.36.nu.9 ver 8.vbi dicit, omnes Doct.conuenire in hoc, quod ubi permutatio iuris patronatus fuerit facta

cta

cta sine consensu patroni laici, vel ecclesiastici, uel ipso iure, uel per sententiam est rescindenda, si patronus intra legitima tempora iustam contradicendi causam exposuerit, imò etiam si permutatio fiat in Curia, quod confirmat ex Innoc. in c. fin. de renunciat. Secunda opinio est Staph. loc. cit. fol. 98. n. 3. vbi dicit permutationem, quæ fit inter beneficiatos de auctoritate Episcopi, valere, & non requiri in ea consensum patroni; Conclusio, mihi magis placet secunda opinio, quam etiam consuetudine ita dicit obseruari Rebuf. pract. benef. tit. de permutat. nu. 43. & Bellamera consi. 6. & ita ego obtinui in facto in curia Archiepiscopali Beneuenti, & allegaui in hoc anno, 1589. Si quis verò vellet videre multa, videat Rebuf. lo. cit. in 3. p. sign. grat. super verba Clausulæ, necnon iuris patronatus, nu. 21. & nu. 40. vbi sup. nu. 21. & 22. vide Anchar. in c. vnico, nu. 2. de rer. permut. lib. 6. Ratio est in promptu, quia hic non datur vera vacatio, & regulariter beneficium resignatum in fauorem alicuius, debet illi cõferri, Clem. unica, de rer. permut. aliàs resignans potest repetere, c. si benef. de præb. Syl. lib. 6. 3. par. quæst. 64. numero 3. dec. Rotę 3. de rer. permut. in nouis. Addit. ad dec. 4. nu. 8. ibidem sed tunc esset opus noua collatione, Gom. quæ. 24. col. 2. de trien. poss. Staph. vbi sup. fol. 112. nu. 13. & propter hoc non fit præiudicium principale patronis, quod non est in consideratione, Gom. q. 27. de ann. posses. facit decis. Rotæ, 6. de rer. permut. in nouis. pro contraria opinione præter reliquos, vide Guid. Pa. q. 374. nu. 1. idem Cap. Tolos. q. 107. Hoc tamen debet intelligi primò, non solum quando fit permutatio inter duos habentes ambo beneficia iuris patronatus. Sed etiam, quando solum alteri. Secundo sed solus debet intelligi in simplici resignatione, quia tunc requiritur consensus patroni, Ratio est, quia datur tunc vera vacatio cũ simpliciter fiat resignatio, prout Couar. lo. cit. c. 36. num. 8. ver. 8. ubi solum agitur, de permutante per Clem. 1. de rer. permut. Sed dices, quid de renunciatione facta in fauorē. dico primo non debet admitti. Abb. in c. ex parte, il 1. nu. 4. de offi. deleg. Glos. in Canone ordinationes, 1. q. 1. Staph. fol. 118. nu 7. Dico 2. si fieret, deberet requiri consensus patroni, & ratio potest esse, quia aliàs posset fraus per successiuas resignationes.

AD SEPTIMVM, respondetur, quod præsentatio debet fieri pręsentialiter. i. sensib. corporis illius, cui fit presentatio, adeò quod præsentatus debet esse personaliter coram Ordinario, nec sufficit patronum præsentantem aliquem, solũ mittere instrumentũ præsentationis ordinario, Sylua. 3. par. quæst. prima, numero 6. & quæst. 2. numero 45. decis. Rotæ in terminis, Tertia de iure patron in nouis. glos. in Clem. Dudum, in ver. præsentari, de sepult. & ibi Abb. numero 23. in cap. ea noscitur, num. 3. de his quę fi. a. prel. & si secus factum fuerit, patrono currit tempus in cassum, Innoc. in c. in Lateranensi, in fine, de præb. ubi deberent habere oculum Ordinarii, nam scio in quodam Archiepiscopatu fictè fuisse quendam præsentatum, & deinde institutum non existentem in rerum natura, & patronus sibi vsurpabat fructus beneficii singulis annis, contra decretum Sac. Conc. Trid. Sess. 22. c. 11. de reformat. & Sess. 25. c. 9. versi. patroni autem, de reformat. Abb. in c. cum parati, col. 1. de appellat. & hoc patet ratione, quia præsentatus debet prius examinari ab Ordinario si est idoneus prout dixi sup. §. 3. in fine. Anchar. in capit. ius capti, numero 2. de præb. lib. 6. & Abb. in c. pastoralis, nu. 7. hoc ti. Hoc fallit Primo, quando pſentatus esset notus Ordinario, Abb. lo. ci. & in Clem. Romani, num. 3. de restit fallit Secundò, in collatione beneficii, quæ potest fieri absenti, c. capitu. si tibi absenti, de præb. lib 6. & ibi Gemin. num. secundo, & ratio est; quia beneficia debent conferri personæ notæ, & cognitæ, Rebuf. in declaratione prouis. & ita intelligitur de regimine cuiuscunque Ecclesiæ, Abb. in ca. 1. nu. 3. de renunciat.

AD OCTAVVM, Omittitur, & priuatur ipso iure patronus hoc iure patronatus. Primò quando venderet illud, vel pręsumeret in alios contra canonicas sanctiones trãsferre, & subiicitur excommunicationi, & interdicti pęnis, Concil. Trid. Sess. 25. capi

tulo

tulo nono, ver. nec dictum, de reformat. Secundò, si Iurisdictiones, bona, census. & iura, &c. sibi vsurparet quacunque arte. Inno. in capitulo cum nos, de offi. ordin. &c. Conc. Trid. Sess. 22. c. 11. de reformat. & est excommunicatio Papalis. Tertiò, quando per se, uel per alios faceret interficere Rectorem, uel Clericum sui iuris patronat. Abb. in c. in quibusdam, de pęnis. Quartò per hæresim. Symanch. de Cath. instit. ti. 9. nu. 95. & 96. Quintò patroni pręsentantes indignum priuantur illa uice potestate pśentandi, & deuoluitur potestas ad Ordinarium c. perpetuo, de elect lib. 6. Abb. in c. congregato, nu. 3. de elect. An autem in fundatione seu dotatione Iuris patronatus, possit patronus sibi reseruare quòd fructus sint sui durante uacatione, vide Glos. in capitulo generali, in verbo, fundatione, per illum textum, & ibi Gemin. versiculo Glossa, super uer. fundatione, de elect. libro sexto. uide in tertia parte in uer. Ius patronatus.

Hic sunt multa dubia. Primum, a quo tempore currat tempus ipsi patrono ad pręsentandum? Primò respondetur, à die vacationis, etiam si sit ignarus, vel impeditus, ita videtur dicere Lambertinus, loc. cit. fol. 122. & 117. num. 1. par. 7. & 9. Secundò respódetur. & verius, quod currit a die verisimilis notitię, dec. Rot. unica, de iure patro. in antiquis, c. quia diuersitatem, de concess. præb. imò quod etiam si sciret, tamen esset impeditus legitimò impedimento, non curreret ei tempus, gl. ibi in uer. suspensus, & si incurrisset impedimendum illud culpa sua, Staph. de lit. grat. fol. 124 nume. 6. & 7. & idem de prælato circa collationem beneficiorum cap. licet, & ibi gloss in versi. notitia, de supple. neglig. prælat. Rot. dec. 6. de iure patron. in nouis. & 13. in antiquis. Roc. de iure patron. in ver. honorificum, quæstio. vigesimaseptima, Caputaquen. decisione 248. parte tertia, etiam si testator præfinierit tempus ad præsentandum, quia debet intelligi iuxta iuris dispositionem, idest a die notitiæ, idem ibidem.

Secundum dubium, quando præsumatur ista notitia in pręlato? Respondetur ex decis. Rotæ 6. de iure patron. in nouis. quod residet in Diœcesi, Abb. in c. si. circa finem, de iur. patron. Gom. in capit. 2. nu. 54. de Constitut. li. 6. & in q. 5. in reg. de verisimili notitia, dicit dére attédi potétiā, & nō necessitatē, vt quia potuit scire, & nō qd debuit scire, & hoc fundatur rōne, quia Ordinarius præsumitur hēc certā notitiā beneficiorū vacantium in Diœcesi sua, cum singulis annis teneatur visitare suam Diœcesim, ca. Ordinarii, de offic. ordin. libro 6. & ad hoc non sufficit quælibet fama publica vacationis. Addit. ad decis. Rotæ 1. nu. 3. de supplen. neglig. prælat. Sic etiam, quando beneficium uacat in diœcesi, & prælatus est extra illam, non currit ei tempus, de Decis. Rotæ 6. de iure patron. in nouis. sed videant Ordinarii, ne ista ignorantia sit crassa, vel affecta, vt quia potuit scire, & noluit. Gom. in d. cap. 2. num. 54. iuxta illud psal. Noluit intelligere, vt bene ageret, vide Panormi. in c. ex parte, nu. 13. de concess. præb. & in cap. transmissę, nu. 7. hoc titulo.

Tertium dubium, Facta præsentatione a patrono, eaque admissa, quod temporis sit pręfixum Ordinario ad instituendum? Respondetur nullum a iure, Abb. in capitulo secundo, de concess. præb. Syl. 3. p. q. 64. num. 1. decis. Rotæ 4. de iure patron. in nouis. Staph. lo. cit. fol. 12. nu. 26. bene uerum est, quod si prælatus distulerit instituere, ille cuius interest, poterit appellare ad superiorem, Ioan. Andr. & Host. in capitulo cum Ecclesia, de elect. similiter, nec est est tempus præfixum a iure ad possessionem capiendam beneficij vacantis, collati ab Ordinario, secus si fuerit collatum per Papam, quia tunc intra sex menses debet capi possessio, Boer. decis. 24. nu. 10. & decis. 312. idē in permutationibus beneficiorū nō est pręfixum tempus, Rebuf. tit. de permut. n. 39. hoc tamen fallit in Ecclesia parochiali patronatus, in qua si Ordinarius non instituet alioqui doneum præsentatum, a die præsentationis, & confecti examinis intra duos menses, datur optio appellandi; uel deuoluitur ad Papam Bulla Pij V. quæst. 32. fol.

fol.972.& dicam,in ver.parochia,si patroni prȩsentant infra legitima tempora,& epi scopus distulerit admittere præsentatum,alioqui idoneum,fit deuolutio ad superiorem; Rebuf. tit. de pię & institut.nu.9 per gl.in Clem.unica,de supplen.neglig.prȩl. & capi.nullus,de iure patron.intellige si appelletur.& duolutio ista fit gradatim, uel imediate ad Papam,prout dixi in ver.Beneficium,§.2.uer.fallit secundo,Vide Gem. in cap.prȩsenti,circa ultimum,de recursu ad superiorem propter dilatam institutionem,per cap.cum Bertoldus,de reiudica.

Quartum dubium est,.facta prȩsentatione,eaq; admissa, dum controuertitur,an sit ius patronatus, vel spectet ad collationem Ordinarij, & prȩsentatus deficiat in probationibus,vel patronus erit negligens in prȩsentandis iuribus suis,& fertur sententia pro fisco,contra præsentatum,an ista sententia obsit ueto patrono ? uidetur quod nõ,nisi pro illa uice tantũ, c.olim,de posses.propriet.Cou.pia.q.c.14.n.2.ver.primũ.

Quintum dubium,est aliquis Baro siue Titulatus,qui habet multas terras,& in eis multas Ecclesias patronatas,moritur,relinquens multos filios,petitur,an prȩsentatio pertineat ad omnes,vel tantum ad primogenitum succedentem in feudo; Respondetur quod solum ad hunc;facit capitulũ cum sęculum,& capitulũ ex litteris , de iure patronatus,ubi transit cum Vniuersitate,idem Couar.loco citato capitulo 38.circa ultim.in ver.ego verò;Sed si aliqua terra,siue castrum illius morientis , ubi est patronatus,esset non feudale,sed ex Burgensaticis,cum in illud omnesq; hȩredes succedunt pro rata,dico,quod tunc cum no militet eadem ratio, omnes concurrere debent ad prȩsentationem,ita Couar.lo.citato in uers.sed ei,iure patronatus, & tunc haberet locum Clem.2.eod.tit.Si verò concordarent cum primogenito, eique remaneret castrum illud,ille tantummodo prȩsentabit,nisi aliter inter eos cautum fuerit , & hoc mihi accidit in facto,& ita consului,vide Ianoc.in c.cum secundum, hoc ti.

Sextum dubium,an Episcopus possit concedere in ius patronatus Ecclesiam iam consecratatam?Respondetur omissis disputationibus,quod non;Sylua.1.p.q.7.nume.9. Staph.fol.91.num.3.& 4.imò capellam in ipsa Ecclesia consecrata, nisi solus Papa, ut probat Staph.per c.hoc consultissime,de reb.Eccl.non.alien. tamen quicquid sit, de Eccl.consecrata,tamen capellas vidi concedi in ius patronatus , etiam existẽtes in Ecclesia consecrata,etiam in Cathedralibus,nec ille text.videtur hoc probare, vide Rebuf.de signat.grat.tertia parte super clauf.necnon iuris patronat.nu.4.

Septimum dubium;Occurrit casus in quo vidi multos decipi, duo patroni prȩsentant duos,& non concordant,an possit habere hic locum gratificatio ? respondetur quod non,quia tunc gratificatio habet locum,quando a patrono prȩsentato primo, accumulatiuè prȩsentatur secundus,non recedendo à primo,secus enim non liceret, cap. cũ aũt,hoc ti.quia variatio permittitur patrono laico accumulatiue,sed non recedendo ex toto a primo prȩsentato,Abb ibi.Rebuf. lo.cit.n.8. & tunc si patroni nõ cõcordant in unum,de rigore iuris posset Eps instituere alium extraneũ,Abb. ibi,gl.in c.si plures,post principium,16.q.7.Syluest. in ver.iuspatronatus,n.9.§.8.ver.1.sed Eps in primo casu habet optionem eligendi, uel instituendi quem vult, Abb ibi,nu.8.

Octauum dubium;Ordinarius cõferens beneficium patronatus intra legitima tempora prȩsentationis,an ualeat ista collatio;Sylua.3.parte, q.9.num. 2. dicit quod sic, & Fel.in c.cum Bertoldus,de re iud.quamuis faciat contra c.decernimus, 16.q.7. Ratio est,quia multa fieri prohibentur,quæ iam facta tenent,l.patre furioso, ff. de his , qui sunt sui,vel alieni iur.Staph.lo.cit.fol.25.num.4.& potest addi ratio,consensus patroni potest antecedere, & subsequi,c.cuta,eod.titulo,Roc de Curte de iure patronat. in ver.pro eo quod,q.4.decis.Rotę.5. de rer.permut.in nouis.Gom.q.27.de ann.pos. & ualebit collatio,si patroni neglexerint intra illud tempus iuris prȩsentare, Rebuf. in 3.par.for.sign.grat.in clauf. necnon iuris patron.numero 52.secus uerò , quando Episcopus contulisset illud beneficium patronale, tanquam ad se deuolutum,quod

re vera

re uera,non erat,tunc .n. non ualeret collatio,Sylua.ibid.n. 3.ver.9.dec.Rot.9.de iure patronat.in antiquis,& quę nam sit ratio diuersitatis,vide Boer.dec.70. & Staph.nu. 145.nu.15.& Syl.2.p.q.2.a nu.1.& 3.1.q.47.per totam, & Gom.q.61.col.pen. vers.1.de trien.posseff.& q.53.col.pen.ver.nam in primis,ibidem,& dec.Rot.423.& 450 in antiquis, & dixi in ver.Canonia,§.7.conclus.4.vide Rebuf.tit.de deuolut.num.12.uide Abb.in c.illud,nu.8.hoc tit.vide Caputaq.dec.189.p.3.& deci.223. ibid.

Nonum dubium; Est aliquis præsentatus à patronis legitimè intra tempora, tamen ipse præsentatus antequam instruatur renunciat præsentationi, dubitatur an patroni habeant aliud quadrimestrè? Decis.Rot.8.hoc tit.in nouis respondet affirmatiuè, Staphil fo.59.nu.3.& 4.dicit negatiue de nominato ab Episcopo.

Decimum dubium;Est aliquis maritus qui inter alia bona dotalia vxoris, habet ius aliquod patronatus,dubitatur an possei præsentare aliquem ad illud ? decis.Rotæ 10. hoc titulo respondet , quod sic; sed si unus præsentatur à marito , alter ab uxore,vel sunt in controuersia,quis debeat præferri ? Respondetur ab ead.decis. quod præsentatus ab uxore,sicut præsentatus a pupillo maiore septennio, præferetur præsentato à tutore, Syluan.2.par.quæst.6.nu.7.& an idem sit de iure patronatus ædificato à marito constante matrimonio,deinde matrimonio soluto uxor habeat ius in eo vide Couar.lib.3.cap.19.nu.5.var.resol.vide Panor.in c.cum dilecta,nu.8. & 9.de cōcess.præb.& Anch.cons.356.Vide Gem.in c.ex eo,uer.deinde induxit, de elect.lib.6.

Vndecimum dubium;Sunt duo fratres fundantes ius patronatus, relinquunt post mortē quatuor filios, dubitatur, an omnes quatuor debeant præsentare Affirmatiue respondet Clem.si.hoc tit.sed si isti quatuor fratres morientes relinquant, sexdecim filios,an omnes debeant præsentare,respondetur negatiuè, quia præsentatio fit per stirpes,& non per capita,ita declaratur in declaratione arboris iuris patronatus illius Clementinæ,in 5.notabili,Sed sufficit pñtatio quatuor nepotum descendētium ab illis quatuor fratribus,vide Innoc.in c.1.nu.1.de iure patron.

Duodecimum dubium.Sunt duo fratres,vel patroni,unus præsentat Titium, & alter Sempronium,& quia non possunt adinuicem concordare in vnum, an possit diuidi ius patronatus medium vnicuique,respondetur quod non,c.1.hoc ti.Ratio est: quia est ius spirituale indiuisibile,gl.in d.Clem.in ver.plures:bene uerū est,quod possunt conuenire alternatiuè,prout patet doctrinis vulgaris.

Decimumtertium dubium;Quando non concordant,quid agendum ? respondetur ex supradictis , §.3. & dub.7. & si ex hoc oriretur scandalum , tunc practicabitur prout in c.1.& 2.hoc tit.sed est notandum,quod non propter quodcunque scandalum Episcopus practicabit illa duo capita,sed propter scandalum facti,& non iuris,atrox , & maximum,& non leue Lapus Allega.78.ad 5.q.num.16.Abb.in d.c.1.nu.6. vbi dicit, quod hoc ius est indiuisibile,quo ad fructus,& quo ad ipsum ius,& quo ad partem, Syluest.in ver.ius patronatus,nu.5.§.4.ver.secundum,Angel et d.ver.num.7.Armil. nu.6.glos.in.d.c.1.in ver.non debeat,dicens,quod hoc ius apud vnumquemque hæredem est in solidum,& quo ad omnes eius effectus.

Decimumquartum;Est aliquis Dominus , qui ædificat Ecclesiam consensu Episcopi , hac conditione,pacto,& modo,vt infra tale tempus illam dotaret, (animo enim fundandi ius patronatus hoc fecit,)accidit,quod ille morte preuentus , non dotauit , hęres illius assignauit dotem,sed inscio Episcopo,& præsentauit presbyteros , qui non fuerunt instituti,& sic per multos annos steterunt in possessione ipsius beneficii , hic quæritur Primò,an ista dotatio sortiatur effectum suum;Secundò, an sit necessarius consensus Ordinarii dictæ dotationi;Tertio,an teneatur Ordinarius præstare assensum.Quartò,si secus,an hæres possit sibi retinere,quod dotauit reluctāte Ordinario,& nolente præstare assensum? Quintò,an illi presbyteri dicantur intrusi.

AD PRIMVM,relictis multis, quæ hic coaceruari possint,dico istam dotationem valere,

lete, imò augere ius dicta Ecclesia, quod absque dicta dotatione illi domino iam fuerat acquisitum sola ædificatione, tex.in c.significauit, de test.Staph.fol.91. nu.2.& 3.Ratio est, quia sufficit fundasse,& ædificasse de cõsensu Episcopi.imò qui dedit domum pro construenda Ecclesia, dicitur fundasse illam Ecclesiam, Roc.de Curte, de iure patron.in ver.fundauit,q.9.Caputaq.dec.290.1.par.& decis.133.p.2

AD SECVNDVM, respondetur negatiuè, ratione superius dicta, quia per solam ædificationem iam fuerat acquisitum ius. Vrgebit quis, nonne & in dotatione etiam requiritur consensus Episcopi? Respondetur quod sic, quando per ipsam quis vellet solum fieri patronus, sicut per solam fundationem, vel per solam dotationem, tunc enim vnicuique istorum est necessarius consensus Ordinarij, c.filiis, c.quicunque, cum sequentibus, 16.q.7.c.nobis, hoc tit. Sylua.1.par.q.6.nu.11.& 12.vide Abbatẽ in c.cũ sicut, n.16.de iudic.lib.licet tutius sit, vt accedat consensus potest præstari post dotationem, vel fundationem, quia retrotrahitur, Caputaq.decis.144.parte secunda, & Nauar.cons.7.nu.10.de iure patron.dicet quis: non dotauit in tempore præfixo; Respondetur Primò, prout sup. Secundò quod purgatur mora, patet iuribus vulgatis, vide Abb.in c.quoniam, nu.8.& 9.hoc tit.

AD TERTIVM, respondetur affirmatiuè, etiam si post Ecclesiam consecratam, qui ædificauerat, dotasset, probatur primo, nam aliàs laici retraherentur a donatatib. Secũdò per ea, quæ dicit Sylua.loc.cit.q.5.nu.181.& 184.Conclus.3.& versi.5. vbi allegat Card.in Rub.huius tituli, q.6.q&d dicat Roc.de Curte tra.de iur.patron.q.5.sup ver. dotauit. Tertiò, quia illi iã erat acqsitũ ius p solã ædificationẽ, prout su.& modo dotãs adimplet promissionẽ,& conditionẽ iã factã, vide Abb.in c.cũ olim, il 2.n.9.de priuile. hoc clare dicit Innoc.in Rubr.de iure patron.nu.2.vbi ait, quod et post consecrationem potest eam dotare,& efficere, vt patronus, nam sine substantia rerum non potest ecclesiæ deseruiri, c.si qs,1.q.3.vide Card cons.72.q incipit: Ad dubia, c.2.in prin.

AD QVARTVM, respondetur affirmatiuè, c.verum,& ibi glos.in verbo, conditione, de conditio.apposit.l.qui hæredi,§.vlt.ff.de condit. & dem. & Ratio est: quia conditionalis non ponit in esse, sicut etiam in matrimonio carnali,& ita etiam in spirituali, c.inter corporalia,& ibi glos.& Doct.de translat.Episc.Boer.decis.1.nu.18.nec obstat, Regula, Semel, de reg.iur.&c.ligna, de consec.dist.1.quia illud intelligitur, quãdo res donata iam erat effecta sacra, quod non est in casu nostro.

AD QVINTVM, respondetur quod sic,& vide in ver.intrusus,& subsunt pœnis c.relatum, hoc tit. Diaz pract.crim.can.c.46.& Conc.Later.sub Leone X.Sess.10.§.quia sæpius,& Conc.Trid.Sess.14.c.13.de refor.& Declar.Sac.Cong.320.321.& 323.

Decimumquintum dubium; Est aliquod ius patronatus, vel aliqua Ecclesia fundata hac conditione, vt ad illam præsententur,& instituantur tres presbyteri, q quotidie habeãt celebrare missã, diuinũq; officiũ recitare, an possit Eps dispensare, vt sint duo & q vnus duorũ fungat officio,& uidet q non; Rebu.pract.benef.in requisitis in lit. collat.nu.28.& in for.mand.in ver.non obstãtib.dicens, q derogare fundationibus, statutisq; Ecclesiarum solius est Papæ, non Episcopi, Clem.quia contingit, de relig. dom.hoc tamen fallit, quando accederet maioris partis patronorũ assensus, Rebu.in 3.p.sign.gra.nu.44.& 46.dixi maioris partis patronorũ, qa nõ sufficeret medietas: idẽ ibid.nu.65.vbi assignat rõnẽ, q videas ibi, n.47.& citat Inno.in c q sicut, de elect. Et qñ dicat maior pars patronorũ respectu psentandi præualentis, vide quæ dixi in uer. capitulũ,§.13.& Boer.dec.3.nu.4.& præcisè loquendo, poterit quis instituí in istis bñficiis, actu sacerdotiũ requirentib.et non sacerdos, modò infra annũ ad sacerdotiũ promoueatur, idem tit.de promouen.infra annum, a nu.17.& infra; Facit quod conditio posita a patrono, potest mutari cum consensu Episcopi, Milis, in ver.patron. in fundatione, Roc.de iure patron.in vlt.pro eo, quod de diœcesani, num.13.& sequen q.13.& 14.Caputaq.dec.290.p.2.Nauar.consi.5.de præben.

Deci-

Decimumsextum; Est aliquis in possessione præsentandi, & succedente vacatione, præsentat Titium, qui & fuit ab Ordinario institutus, seruatis seruandis, hoc facto mouetur lis a Sempronio contra Titium, vel præsentato super dicto iurepatronatus, & cursu litis fertur snia pro Sempronio, quæritur, an Titius debeat in dictam sententiam remoueri, & alius præsentatus a Sempronio institui? Respondetur quod non, c. consultationib. hoc tit. Syluest. p. q. 7. in fi. Staph. f. 96. nu. 6. c. ex litteris, hoc tit. c. pen. de cau. poss. & propr. Couar. prac. q. c. 14. nu. 2. uer. 3. c. si uerò, eo. tit. & gl. ibi in fi. Hoc ampliatur habere locum, etiam antequam sequuta fuisset institutio, modo præsentatio sit facta ante litis contestationem; Ratio est, quia possessor bonæ fidei, facit fructus suos, vsque ad litis contestationem, sed præsentatio est fructus patroni, sicuti collatio Ordinarij, Boer. decis. 17. nu. 14. & c. cum olim, de maior. & obed. Gimont. de litt. grat. c. 1. nu. 27. & per totum, decisio. Rotæ 7. de iure patron. in nouiss. Vinc. de Franc. decis. 85. nume. secundo, & ad acquirendam possessionem, sine ius in possessione sufficit, quod quis fuerit semel in possessione, c. cum Ecclesia, in fi. de cau. poss. & propr. & in l. 1. §. quæsitum, de acquir. poss. Nouel. de iure prothom. §. primus, nu. 280. Abb. in cap. ex litteris, hoc tit. vide Abb. in d. c. ex litteris. nu. 3. & 7. hoc tit. & 8. & 9. & in c. si verò, nu. 4. eo. facit c. factum, de reg. iur. lib. 6. & quod dicit Dynus in c. 1. nu. 48. eo. lib. & tit. vbi extendit c. consultationib. de iure patr. etiam ad instituentem, & conferentem, & non solum ad præsentationem, facit l. Barbarius, ff. de off. prætor. & Inn. in d. c. consultationib. nu. 1. dicit, quod si præsentatus fuerit post litis contestationem, si erat bonæ fidei possessor ille qui præsentauit, persona præsentata non debet remoueri. idem Caputaq. decis. 69. & Nau. consi. 2. nu. 1. de iu. patr. Sed an idem sit in eo, qui est malæ fidei possessor, tamen auctoritate Prætoris, uide Inn. ibi, nu. 2. & in c. cum dilectus, nu. 1. de relig. domib.

Decimumseptimum, pulchrũ casum practicabilem hac in materia poteris videre in Gui. Pap. q. 507. an, & quando præsentatio iuris patronatus pertineat ad hæredem, & ad hæredes hæredis, si ita disposuit fundator, & postea hæres instituit alium hæredem extraneum, an ille fideicommissarius, uel hęres sit patronus, uide ibidem.

Decimumoctauum, si aliquis conducet, vel affictabit castrum aliquod, vbi est ecclesia iurispatronatus, pertinens ad præsentationem Domini ipsius, a quo conductor affictauit, dubitatur an ad Dominum, vel ad conductorem, seu affictatorem spectat pręsentatio durante affictu, si uacatio contigerit interim? respondetur ex Sylua. 2. par. qõ. 10. nu. 2. & 3. dicenti, quod si conductio, seu affictum est ad longum tempus, præsentatio pertinet ad affictationem, si ad modicum ad dominum, (nisi aliter inter eos cautũ fuerit,) Abb. in d. c. ex litteris, num. 5. & ibi gl. in uer. ad firmam, & Addit. Anto. Franc. ibi littera C. & D. Bal. consi. 5. lib. 5. & Roman. consi. 444. quæ uerò dicatur affictatio ad longum tempus, uel ad modicum, uide superius in uer. alienatio, §. 7. Conclus. 2. & an sit idem in pignoratione, uidetur quod non, idem Abb. ibi.

Decimumnonum, si sunt decem patroni, duo præsentant Titium, tres Caium, & quinque Sempronium, quis debeat præferri, & institui quæritur? respondetur, quod is, qui est magis idoneus, c. quoniam, de iure patronatus, & quid si præsentatus à quinque sit magis idoneus? Respondetur, quod iste. glo. ibi in uer. qui maioribus, & quibus si præsentatus a minori parte sit magis idoneus, uel melior, & præsentatus a maiori parte sit idoneus competenter, dico quod hic esset præferendus, modo sit sufficiens intra latitudinem idoneitatis, ita gl. ibi, & Panor. Fallit Primo, ubi requireretur maior sufficientia, graduatio, qualitas, vel pręeminentia personæ præsentandæ per ea, quæ dicunt Doctores, ut Staph. & Gom. trac. de graduatis; Fallit Secundo hodie per Bullam Pii V. de qua in uer. parochia, §. 2. quando ageretur de parochiali patronatus, quia semper magis idoneus debet præferri, licet sit præsentatus a minori parte, aliàs reiectus, si est magis idoneus habet remedium appellationis, gradatim, prout in d. Bulla, & ita hodie obseruatur inuiolabiliter, vide Abb. ibi, num. 11. 12. 13. & 14.

Vigesimum, an iuspatronatus ueniat sub publicatione, & confiscatione bonorum? respõdetur negatiue. Guid. Pap. q. 441. nu. 2. & Abb. in cap. 2. nu. 9. de feud. licet remissiue, hoc tamen fallit in confiscatione bonorum hæretici, idem in c. nobis, nu. 3. & ibi Ioan. de Ligna. hoc titulo, & in c. cum clerici, num. 4. eod. Card. in Clem. 2. q. 8. hoc titulo, Felin. in cap. quanto, colum. 2 de iud. Bald. in l. fin. qõ. 9. cap. de edi. Diui. Adr. tollen. Vinc. de Anna Singul. 291. Dato quod Ius patronatus transeat cum Vniuersitate bonorum, l. si operatus, ff. de acquirer. dom. Glos. in l. si operatus ff. de oper. public. Iason in l. uenia, nu. 2. C. de in ius uocando.

Vigesimumprimum, an quis posset præsentare se ipsum? Respondetur negatiuè. Hostiens. in Sum. hoc. tit. num. 12. c. per vestras, hoc tit. Bald. in Addit. ad Speculatorem, in Rubr. de iure patron. Host. in Sum. tit. de elect. num. 18. nec per procuratorem constitutum à patrono, potest idem patronus præsentari, licet constitutus sit ab eo ad præsentandum Card. in c. ex institutione, vers. secundo quæro, de iure patron. Caputaquens. decis. 397. p. 2. sed potest superior eum instituere, Sylua. par. 1. q. 6. nu. 19. & Abb. in c. per vestras, numero tertio, quarto, & 5. de iure patron. & an idem sit de electione, vide ibidem, numero quinto.

Vigesimumsecundum, quia dicitur iuspatronatus posse uendi, cum transeat cum vniuersitate, an hoc valeat in uenditione iurium, quæ habentur in aliqua Villa, vel Palatio, vel Fundo, vbi Capella, seu Ecclesia iuris patronatus, vide Innoc. in c. ex litteris, de iure patron. vbi negatiue videtur dicere, & ibi Abb. num. 14. & in c. cum seculum, num. 2. eod. vide Couar. lib. 1. c. 13. nu. 3. uersi. hinc etiam, var. resol.

Vigesimumtertium, an patronus possit exigere rationem temporalium sui iurispatronatus? Respondetur quod sic, si patronus est Ecclesiasticus, Laicus vero non, Abb. in c. Laternensi, nu. 3. de præb.

Vigesimumquartum, quibus non permittatur variatio in præsentando? Respondetur ex Panor. in c. cum autem, Primo, quod non personæ Ecclesiasticæ. Secundò, non Vniuersitati. Tertio, non Collegio, nec patrono Laico qui primo præsentauit plures, qui litigãt inter se, Lap. & Gem. in c. 1. vt lite pend. lib. 6. Cald. consi. 1. in tit. vt lite pend. Quarto patonus potest semel, & iterum plures præsentare, accumulando, non autem ter, vel quater Roc. de iure patr. in uerbo honorificum, q. 20. Cald. consi. 16. Nauar. in c. placuit, nu. 167. & infra, de pœnit. dist. 6.

Vigesimumquintum, si masculus, & fœmina simul sunt patroni, & discordant in præsentando, quis debeat præferri, præsentatus a masculo, uel a fœmina? Respondetur, vide Lapum Allegat. 78. Bal. in l. 1. ff. de Senat. & additio. Ant. Franc. in Abb. in c. quoniam, de iure patron. littera A.

Vigesimumsextum, an possit quis repudiare hæreditatem, & sibi reseruare iuspatronatus vide eundem in Rubr. hoc tit. littera C.

Vigesimumseptimum, an possit fundari iuspatronatus cum hac conditione, vt institutio ipsius pertineat ad Prelatum inferiorem Episcopo? respondetur quod non, Panor. in c. nobis, nu. 5. hoc tit. & in c. ad audientiam, nu. 13. de eccles. ædific.

Vigesimumoctauum, an possit fundari cum reseruatione alicuius rei temporalis, quod sic, idem Panor. in c. 1. nu. 2. & in c. grauis, nu. 1. & c. quanto, de censibus.

Vegesimumnonum, an iuspatronatus transeat in fœminam dotatam, quæ renunciauit paternę hæreditati, Panor. in c. cum sæculum, nu. 4. eo. tit. respondet, quod non.

Trigesimum, an possit legari sine consensu Episcopi, vide eundem, ibi num. vltimo.

Trigesimumprimum, an iuspatronatus Ecclesiarum possit diuidi inter patronos? Respondetur quod patroni pluriũ Ecclesiarũ inter se possunt illa iura diuidere, scilicet ut unus sit patronus in vna, & aliter in altera, gl. in Clem. 2. in 3. notab. hoc titulo.

Trigesimumsecundum, an filius hæres institutus in re certa pro sua legitima, aut simpliciter in legitima, instituto alio hærede vniuersali, succedat in iuspatronatus hæreditatis

ditatis

ditatis paterne, Couar.lib.1.c.18.num.6.uar.resol.respondet quod non.

Trigesimumtertium, an iuspatronatus alicuius Collegii, Congregationis, seu Confraternitatis Laicorum censeatur Ecclesiasticum, an Laicale, vide Couar.prac.q.c.36.num.8 vers.7.

Trigesimumquartum, Si patroni sunt septem, & tres ex his præsentant unum, ex quatuor restantibus, an ille quartus sic præsentatus consentiendo præsentationem perficiat, (supposito quod multi patroni præsentare vnum ex se ipsis, ut patet iuribus vulgatis,) Doctor. dicunt quod non, sed fallit in electione, prout Ioan. Andr. in Reg. in toto, de reg. iur. lib.6. Abb. in c.cum in iure peritus, de elect. Pau. de Cast. cons.230. lib.2. quicquid dicat gl. in d.c. in ver. consentiat, vide in ver. s.electio, §.4. in uers. iuspatro.

Trigesimumquintum, Si quis in Romana Curia impetrauerit beneficium iurispatronatus Laicorum, quod eis priuilegio, consuetudine, præscriptione, uel quia non sint in aliqua possessione præsentandi, sed quidam alii, licet impetrans nullã mentionem de hoc, nec Papa specialem fecerit derogationem, tamen impetratio non ob id surreptitia censeri debet, Card. cons.69. quod incipit, vacante quadam parochiali, col.2. Staph. fol.95. & 96. num.4. & Couar. prac. quæst. cap.36. num.6. versic. quarto.

Ius congruum, seu prothomiseos.

IVRE optimo introductum fuit in Constitutione, Sancimus, de iure prothom. in Regno Neapolitano, ac aliis partibus mundi, ex Tiraq. de vtroq; retractatu, in præfat. nu. 1. & 2. Nouel. de iure protho. §. quintus, num.15. & 16. vt qui uellet alienare, uendere, & dare in emphyteusim, seu locationem aliquod stabile, teneatur illud denunciare vicino, vt si ille vellet emere, conducere, seu affictare, præferatur alteri extero, quia est de iure diuino, & naturali, ex consuetudine, Nouel. loco citato, in principio Constitutionis, num.25. Hieremia cap.32. vbi habentur hæc verba. Eme tibi agrum meum, quod est in Anathot. tibi enim competit ex propinquitate, vt emas; & inferius, & tu propinquus es, vt possideas; Leuitici, c.25. Sicut antiquus conductor debet præferri nouo, quando offert tantundem precii, quod offert nouus, l. prædia, C. de loca. præd. ciuili. libro 11. Pau. de Cast. cons.4. in 1. vol. vbi dicit, quod in rebus ecclesiæ non potest expelli primus conductor per secundum, si tantundem offert, & cons.32. eod. vol. dicit semper de æquitate debere rem eidem locari. Rom. consil.33. colu. penult. idem tenet in emphyteusi Luc. de Penna, in d.l. Prædia, faciunt ea quæ dicit Boer. decis.47. & decis.107. vbi plus dicit, quod Dominus volens vendere proprietatem, teneatur vendere illam emphyteutæ. vide Maran. disputat.8. de iure congr. vide Tiraq. de vtroq; retrac. §.1. glo.18. & Afflic. decis.238. vbi dicit, quod sic fuit decisum in Sac. Conc. Neapol. quo ad colonum, secus quo ad inquilinum, & Vinc. de Fran. Decis.123. per totum, imò, vbi adest consuetudo, quod res ecclesiæ relocetur proximioribus, uel antiquis emphyteutis, est conformis iuri communi, cum Ecclesia de iure possit cogi à proximioribus emphyteutæ, finita locatione, ad iterum eis locandum. Bald. in l.1. §. permittatur, ff. de aqua quot. & æstiua. Caputaq. decis.230. 1. par. & 303. & quando potest augeri census, dec.304. & Beneuenti adest statutum confirmatum à Sixto V. quod res relocetur priori emphyteutæ, vel eius hæredibus. Sed quod dixi congrui.

Primo, quando uenderetur Ecclesiæ, vide Consuetud. Neap. si Ecclesia emat, titulo, de iure congrui, per quam disponitur, quod Ecclesia nec agit, nec conuenitur iure congrui.

Secundo, quando non fieret venditio, sed donatio; Tertio, quando fieret permutatio; Bart. in Rubr. de rer. permut.

Quarto ratione ingratitudinis, vt quia vnus consanguineus, vel vicinus verberauerit con

sanguinem, vel vicinum, vel aliqua iniuria, vel insidiis eum affecit.

Quinto, fallit, quando non fieret uenditio rei, sed daretur insolutum, Guid. Pap. quæstio. 256. num. vltim. fallit sextò, in alienatione necessaria, in qua non habet locum ius congrui, Capyc. decis. 499. numero quartò, Nouel. lo. cit. numero 18. & 19. & §. 4. nume. 74. Septimò, fallit in donatione, siue dentur æstimata, siue inæstimata, Nouel. loc. cit. §. 5. numero 34.

Octauo fallit in uenditione rerum feudalium, nam in his non est locus retractui, Tiraq. de vtroq; retrac. §. 1. glos. 3. num. 3. Vinc. de Franc. decis. 17. num. 2. licet consuetudo illud admittat, vide alias fallentias in dicta Cōstitutione, in versi. licet enim. Sed quia inuenta lege, inuenitur fraus, aliqui interdum sunt qui uendunt realiter, sed clanculo, & postea faciunt cōtractum donationis, & hoc ob aliquod commodum suum, sed in fraudem vicini, ad hoc, ne ille possit allegare ius congui, dubitatur primo, an hoc liceat in conscientia; & videtur quod sic, quia nihil aufertur vicino; similiter, quando venderetur Laico, & in contractu poneretur quod venderetur Ecclesiæ, Tiraquel. in præfat. de retrac. num. 72. & 78 citatur etiam Boer. decis. 144. Vide Nouel. de iure prothom. §. quintus, num. trigesimoquinto, & infrà; Quando autem præsumatur fraus in hoc contractu, vide eundem, §. secundum, numero 150. & 151. numero 121. Secundo, si veniret ex communicatio, vt si quis sciret fraudem contractus, reuelet, an teneatur reuelare? Respondetur quod sic, & teneretur ad omne damnum, quod imminuit vicino, sed quando conueniret cum altero de maiori pretio, potest illi vendere, & non vicino, nisi fiat in fraudem, vt supra, quia tunc fieret fraus de contractu ad contractum, quod non licet, Dyn. in c. vlt. nu. 9. de reg. iur. in 6. & gl. c. pletique, in ver. præcepta, 14. q. 3.

Primum dubium, an, & quando venditur clerico non ratione Ecclesiæ, sed propter comodum ipsius Clerici, possit allegari a vicinis ius prothomiseos? Afflict. in d. Constitut. columna quarta, dicit quod sic, sed in §. est autem, num. 15. eiusdem Constitutionis, dicit, quod non, tamen primam pro veriori affirmat Maranta, in d. disput. & Capyc. decis. 98. nu. 2. idem confirmat Nouell. vbi supra, §. 8. & 9. num. 33. & 34.

Secundum dubium, An in contractu censuali ad tempus, vel cum pacto de retrouendendo, uel in perpetuum, & in annuis redditibus, & fructibus pendentibus, sit locus constitutioni huic? vide in uers. contractus censualis, §. 6. & pro nunc dicitur quod sic, quia constitutio loquitur etiam de contractu emphyteutico, & locationis, qui sunt minoris ponderis, quam censualis, vide Nouel. loco cit. §. primus, nu. 209. & §. secundus, a nu. 81. & nu. 107. & infra, & §. sextus, nu. 51. & 52. vide Afflict. decis. 338. & an habeat locū ius congrui in contractu simulato, decis. 339.

Tertium dubium, an hoc ius congrui, uel prælationis possit alteri cedi per eum, cui competebat, Gui. Pap. q. quadragesimasecunda, numero primo, videtur dicere quod non, & q. 257. numero quinto, se remittit ad ea, quæ dicit Aret. in l. vsufructus, circa principiū, ff. de noui oper. nunc. Tiraquel. de vtroq; retrac. tit. primo, §. vigesimosexto, gloss. prima, numero primo, vbi habetur, an, & quando possit hoc ius cedi. Hinc deducuntur multa. Primum; Emptor rei congrui iuris non tenetur, nisi prius solutis, vel depositis soluendis, vel deponendis, Boer. decis. septuagesimaseptima, in fine. Secundum; Ecclesia licet quando vendit, non habeat retractum, tamen quando emit potest habere; Boer. decis. 231. numero secundo, & ita dicit esse consuetudinem in Francia, tamen in Regno nec actiuè, nec passiuè Ecclesia habet ius congruum. Afflic. de iure prothom. §. tota, numero trigesimotertio, & §. est autem, numero trigesimotertio, & Nouell. vbi supr. §. 8. & 9. numero 29. idem dicitur de Curia, & de Via publica, & de Scholis, & Confraternitatibus, §. 8. & 9. nu. 43.

Quartum dubium; An illi, ad quos pertinet hoc ius prælationis, possint petere iuramentum ab emptore, & uenditore, vtrū contractus sit verus palliatus & in fraudem illorū, affirmatiuè respondetur, & illi tenentur iurare, & si peierarent, possunt puniri pœna

periurii,

periurij,& pęna venditoris,est amittere precium,& emptoris rem emptam; Afflic. vbi sup.in uer.7.notat.ver.21.car.80.Nouel.loc.cit.§.5.nu.50.& infra.

Tertium dubium,denūtiatio rei uenditæ fieri debet infra triginta dies,aliàs ammittit ius, quod habet.Nouel.in constitutione,nume. 8.& §.tertius,numero 47.Afflic.vbi supra, §.vt infra,fol. 38. pro materia iuris congrui vide Bull. Leon. X.& Sixti IIII. & Pij V. Bulla 128.quæ incipit,Ad hoc nos, & aliam 134. quæ incipit.Tanta est, vbi disponit, quod domini de eorum bonis libere possint disponere etiam non requisitis inquilinis, Greg.XIII.Bul.25.quæ incipit;Quæ publicè.Sixtus enim IIII.Leo X.& Pius IIII. fecerant quasdam Constitutiones,quarum vigore,vicini tenebantur domus vicinis vendere in certis casibus,& quod inquilini domorum vendendarum requiri deberent, quas Bullas Pius V.prædicta Bulla 134.reuocauit easque reduxit ad terminos iuris communis, vide Caputaq. decis.73.& 77.

Iuramenti absolutio.

SVMMARIVM.

1 *An in absolutione a iuramento, quæ potius habilitatio dici debet, requiratur partis aduersæ citatio.*

2 *Num in omnibus contractibus detur ista habilitatio indifferenter.*

3 *Quæ clausulæ requirantur in habilitatione hac.*

4 *Quænam iuramenta possint ab Episcopo absolui, seu habilitari.*

5 *A quo petenda est absolutio, siue habilitatio.*

6 *An, & quando requiratur priusquam iurans agere possit.*

7 *An possit concedi, etiam inuita parte aduersa.*

8 *An periurus possit petere hanc habilitationem, siue absolutionem.*

9 *An iudex laicus possit admittere actionem contra contractum iuratum sine præcedente absolutione.*

10 *An iudex Ecclesiasticus possit puniri Laicum periurum, & quæ sunt pœnę peierantium tam Laicorum quam Ecclesiasticorum.*

AD PRIMVM, oportet distinguere,nam si cum habilitatione iuramenti sequeretur ipsius contractus irritatio,tunc opus esset ut præmittatur partis aduersæ citatio, Couar.lib.1.cap.4.num 5.uersic.id verò,var.resol.& capit.14 numa.15.uers.6. ubi dicit in contractibus innominatis esse locum pœnitentię re integra,etiam in fauorem Ecclesię, si uero solum habilitatio petitur, (saluo remanente contractu,)qua solum aperitur via ad agendum,& ad excipiendum,non requiritur aduersæ partis citatio,Couar. loc. cita. Gom.in tracta.de breuib.num.46.Staph.de litt.grat.& iustitia,fol.311.nu.8.& 9.Guid. Pap.quæst.140.num.4.& hoc ampliatur,etiam si petens habilitari promiserat,& iurarat in contractu nunquam venire contra voluntatem suam,& nunquam petere iuramenti absolutionem,Staph.loco cit.Gimont.de grat.expectat.fol.420.nume.7. Gallesi. de obligat.for.Cam.fol.54.num.3.Afflic.decis.220.num.10.& Cap.Tolos.q. 61. debet intelligi secundum doctrinam Couar. quia videtur sentire contrarium.

AD SECVNDVM, dico primo, quod Cameræ Apostolicæ, non datur habilitatio à iuramento,Couar.loc.cit.num.6.& citat Staph.ad idem tamen Gallesi.lo.cit.fol. 54. & 57.dicit dari hanc habilitationem,sed non effectum retardandi exequutionem contractus. Secundo datur habilitatio in contractu donationis causa mortis, & in actibus

vltimæ voluntatis, Gom. in cap. si pauper, numero 5. de testa. lib. 6. Couar. in Rubr. de testam. 2. p. num. 14. Conclus. 20. Boer. Decis. 353. nu. 6. ampliatur hoc, etiam si promisisset sub iuramento eam non reuocare sub quibuscunque Clausulis, vel non impetrandi absolutionem a iuramento præstito in contractu; Ratio datur a Couar. loc. cit. facit ca. fin. de procur. lib. 6. & Ratio est, quia ista Clausulæ solent apponi a tabellionibus absque scientia contrahentium; hoc fallit in instrumento formæ Cameræ, vbi valet ista Clausula, ne ad effectum impugnandi instrumentum relaxatione iuramenti possit impetrari, Gilles. loc. cit. fol. 53. num. 7. Tertiò an detur habilitatio iuramenti in donatione inter viuos, vel causa mortis, quæ transit in donationem inter uiuos, uide Couar. loc. cit. per totum, tamen vidi dari eam indifferenter accedente causa rationabili, per cap. finale, de donationib. inter viuos, non facta traditione rei, & decis. 27. & 153. in fine. & causa potissima est, quando donatarius grauem, vel atrocem iniuriam donatori intulerit, quia tunc, etiam donatio inter viuos potest reuocari, Couar. lo. cit. c. 2. num. 8. uer. 9. vide Anchar. in c. accessorium, numero 6. de reg. iur. lib. 6. ubi ponit multos casus, quibus iuramentum non causat irreuocabilitatem contractus, vide Bald. in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falcidiam.

AD TERTIVM, debet poni prima Clausula, iuramentum videlicet non debere esse vinculum iniquitatis, c. quando, de iure iuran. Gl. in c. dilecti, in uer. iuramenti, de maior. & obed. c. inter cætera, 22. q. 4. Guid. Pap. loc. cit. num. 2. Debet Secundo vti verbo habilitari, seu relaxari, non absolui, Staph. loc. cit. Ratio est, quoniam ille non absoluitur ab obseruatione iuramenti, sed habilitatur ad hoc, vt possit agere, & excipere absque incursione periurii; & aperitur ei uia ad agendum, seu excipiendum in iudicio. Si enim in plenario iudicio postmodum pronuncietur contractum esse validum, non obstante habilitatione ad illius contractus obseruationem astringitur, Couar. loc. cit. nume. 6. Soto lib. 8. q. 1. art. 7. & 10. addit. Tertio debet poni Clausula, a iuramento, seu iuramentis, & maxime quando quis iurauit non venire contra contractum, quia modo sunt duo iuramenta, vt patet ex dictis, & ex Afflic. decis. 30. nu. 6. aliàs esset periurus. Quarto, debet addi, circa præiudicium Tertii, quia in hoc, nec posset relaxare Papa, Soto lo. cit. art. 9. Quinto, quod adsit causa rationabilis, Soto loc. cit. Syluest. in uer. iuramentum, 5. §. 2. in fine, quæ causa habilitationis debet inseri instrumento relaxationis; Guido Papa quæst. 140. Abb. in cap. a uobis, num. 3. de decim. & in c. inter, num. 6. de renunc. Sexto, vt inseratur tenor totius instrumenti in relaxatione, seu habilitatione. ita Vinc. de Anna Singul. 2. & sic seruatur Neapoli.

AD QVARTVM respondetur, ex Soto, loc. cit. quod ita æquiparatur, sicut in uoto, quêadmodum enim a tribus illis non potest Episcopus, quæ sunt reseruata Pape, ita nec etiam à iuramentis factis intuitu illorum trium, Syluest. lo. cit. §. 3. exceptis etiam iuramẽtis præstitis per sedem Apostolicam, uel collegia Ecclesiarum, & de non alienandis bonis Ecclesiæ, & similia prout in c. dilecto, de preb. Gom. in c. 2. nu. 186. de constitut. lib. 6. Staph. fol. 184. numero 4. glos. in Clemẽ. Dudum, in uer. pacta, de sepult. cum similibus.

AD QVINTVM, debet peti ab Episcopo iurantis, seu in loco contractus, non autem creditoris, Capyc. decis. 18. num. 6. Couar. lo. cit. ver. verum, & hoc mihi accidit in facto & ita fuit obtentum, Couar. vbi su. c. 4. num. 1. & hinc oriuntur multa. Primum in quibus contractibus detur dispensatio a iuramento, uide superius, §. 1. Guido Pap. q. 224. & sequent. Secundum de periurio potest puniri Index Laicus, quia est crimen commune, s. mixtum, Guid. Pap. q. 178. num. 1. & cons. 29. incipiente. Incarceratus, nume. 3. & cons. 89. Tertium, quod princeps secularis potest dispensare super iuramento, idem ibidem, num. 3. & quæst. 198. & addit. ad q. 189. at mihi hoc non placet, cum hoc vidatur potius pertinere ad Iudicem Ecclesiasticum. Quartum, semper quod res nõ permaneat in eodem statu, potest dari habilitatio, a iuramento, quia sic intelligi debent Doct. in

c. cum

r.cum contingat,de iureiur.Guid.Pap.quæst.199.num.3.Quintum,iuramentum obligat ad sui obseruationem,tam in iure,quam in facto,adeò,quod non potest contraueniri aduersus contractus iuramentum idem qō.677.Sextum,absolutio a iuramento datur rationē enormissimæ læsionis,Capyc.decis.159.nume.25.nec obstat c.quamuis,de pact.li.6.quia intelligitur,quando læsio esset medietatis,& non enormissima, similiter respondetur ad cap contingat,& de iureiur.Septimum,a iuramento super contractu datur habilitatio,quando absolutionem petens intendit probare,quod id,quod promiserat in contractu,soluebat ob turpem causam,Capyc.decis.95.

AD SEXTVM, vide Afflict.decis.263.num.3.

AD SEPTIMVM, affirmatiue respondet idem decis.220.nu.10.& 11.

AD OCTAVVM, affirmatiue respondet idem ibidem,nu.17.modo prius habilitetur,a periur io siue absoluatur.

AD NONVM,uide Couar.de sponsal.2.par.c.3.§.5.num.7.lib.1.c.4.nu.7.var.resol. Anchar.in c.licet,num.5.de iureiur.lib.6.

AD DECIMVM, respondetur quod sic,Addit.ad q.17.Cap.Tolos.ex Doctoribus, in c.cum sit generale,de foro compet.Quo vero ad pœnas,uideto ibidem.

AD VNDECIMVM, Cap.Tolos.q.161.respondet,quod non,& idem tenet ibi addit.cū multitudine Doctorū Ciuiliū,& Canonistarū,idēesse de donatione inter patrē & filiū.

Ius ad rem.

PRIMO, acquiritur decem modis in beneficialibus,& præcipuè per electionem, Abb. in cap.cum Bertoldus,de re iudic Sylua.tract.de benef.3.par.q.2.nu.1.Sed intellige,secuto scrutinio,Gemin.in cap.in electionibus,notab.1.de elect.lib.6.

Secundo,per præsentationem factam à patrono coram Ordinario intra legitima tempora,Glos.in cap.pastoralis,in ver.appellauerit,de iure patron.Gom.in q.6.de subrog.col litig.sed non tribuitur per hanc solam præsentationem titulus coloratus sine institutione.Gom.q.53.in reg.de trien.Caputaq.decis.307.par.3.Nec dat ius considerabile,per Regulam Cancellariæ,de non tollendo iure quæsito nisi accedat consecrat.seu acceptio præsentati, siue electi,& postulati,ita Gom. in q.1.col.5.uers.1. habere locum de non toll.iure quæsi. sed si acceptat,& consentiat,tribuit Ius, etiam si superior non admittat præsentationem,Vide Gemin.in cap.1.uer.oppono secundo,de postul.lib.6.& hoc clare tenet Gemin.in cap.quam sit,uer.sed an habebant locum,de elect.lib.6.& assignat rationem,ut per mutum consensum electorum,& electi,uel præsentantium & præsentati, iniretur matrimonium spirituale,cap.licet,de translat.prælat.sed hoc non est necesse in collatione,c. Si tibi absenti,de præb.lib.6.Ioan.Andr.ibi tamen inferius,§.electus, notab.2.dicit,quod ex electione,quæritur Ius electo,etiam antequam illi consentiat,& quod Papa non intendat tollere hoc ius quęsitum alicui,non facta mentione de illa,& electio,& præsentatio patri passu ambulant,ut ipsemet Gem.ibi pauloante uer. sed an habebit locum iste tex.in pręsentatione.

Tertio,per gratiam expectatiuam,Cardin.in Clem.Auditor,& in Clem.2.in 2. notab.de præscrip.

Quarto,per mandatum de prouidendo,cap.si postquam,de præbend.lib.6.

Quinto,per collationem factam per Capitulum Si tibi absenti,eodem tit.& libro.

Sexto,per reseruationem factam pro aliquo familiari de certo beneficio,Gem.in cons.12. incipiente,vrrum ille,in fine.

Septimo,per consuetudinem optandi,per ca.fin.de consuetu.libro sexto,& dixi in uersic. Canonia.

Octauo,per non solutionem pensionis.

Nono,per priuationem iuris.

N 4 Decimo,

Decimo, per regressum, de his vide Gom. per extensum, in q. 1. in Reg. de non tollen. iure quæsito, vide inferius, in uer. supplicatio, seu signatura, an per solam supplicationem obtentam à Papa acquiratur ius ad rem, & an per approbationem factam in examine per concursum, uide in uer. parochia.

Vndecimo per solam supplicationem. Abb. in c. nostri, de elect. Gom. q. 7. nu. 6. in Reg. de non iudicando iuxta for. supplicat.

Duodecimo nota, quod istud ius ad rem, est vtile nimis, nam est considerabile per Regulam Cancellariæ de non toll. iure quæsi. ita Gom. lo. cit. q. 1. & facit pro Bullis expeditis Romæ, ubi dicit Papa, dummodo nulli sit ius acquisitum.

Decimotertio, per nominationem etiam acquiritur ius, Archid. in ca. si quis iusto, & in c. dicit Dominus, 93. dist. Gem. in d. c. si quis iusto, notab. 6. de elect. lib. 6.

Decimoquarto, an per postulationem acquiratur ius postulatio, quod non, dicit Gem. in c. cupientes, §. denique, notab. 3. de elect. lib. 6. & dat rationem, quam videas. tamen in c. quorundam, §. circa, notab. 1. dicit, quod ex electione, & postulatione, tribuitur ius de quo supra, c. cupientes: hæc Gem. Sed potest dici, quod loquitur copulatiuè, ex electione, & præsentatione, & non ex postulatione sola, & quæ differentia sit inter electionē, & postulationem, uide in suis titulis, nam electio fit de aliquo nullum patienti defectum, nec impedimentum, postulatio fit de patiente defectum siue impedimentum, puta ætatis, ordinis, allegationis, & similium; vide Doctores, & præcipuè Host. in Sum. tit. de postul. prælat.

Iniuria.

PRIMO, iniuria, quæ fit leuis, mediocris, vel enormis, statur arbitrio iudicis, Abb. in c. peruenit, nu. 3. de sent. excommu. Syluest. in ver. absolutio, §. 1. & Nauar. c. 27. num. 90. & 91. & Abb. in c. cum illorum, de sent. excom. nu. 3. nam ratione læsionis personę, loci, & modi, & qualitatis, debent attendi.

Secundo, actione iniuriarum, an teneatur dicens conuitium verum, uide Cap. Tolos. q. 127. & ibi Addit. & q. 409. ubi dicere uidetur quod non.

Intrusus.

SVMMARIVM.

1 *Quot modis dicatur intrusus.*

2 *Quę, pœnę contra ipsum.*

3 *Quomodo huic succurratur.*

4 *Quę remedia dari possunt pro restituendis introitibus male perceptis.*

AD PRIMVM, dicitur, Primo intrusus, qui non habet aliquem colorem suæ intentionis, c. eum, qui, de præb. lib. 6. c. ad aures, de excess. prælat. vt si quis de facto occupet beneficium aliquod.

Secundo, qui habet beneficium sine auctoritate superioris. Inn. in c. nihil, de elec. facit ca. bonæ memoriæ, il 1. & il 2. eo. tit. ut si quis solum præsentatus absque institutione, uel electus, uel postulatus ante confirmationem superioris, possideret beneficium, & eo ipso est priuatus iure, quod habuit ex præsentatione, & aliis, ut sup. Rebuf. prac. benef. in 3. p. for. sig. grat. in Clausu. necnon iuris pat. nu. 54. Similiter si ante institutionem acciperet fructus absque possessione, idem ibid. nu. 56. & fit inhabilis ad illud.

Tertio, qui est depositus, uel aliàs declaratus inhabilis ad beneficia possidenda, & tamen remanet in possessione beneficii, Inn. in c. qualiter, il 2. de accus. col. 2. in fi. ut si quis per sententiam homicidii, uel aliàs suspensus a beneficio in perpetuū, & tamen ab illo non recedit, facit c. 7. Sess. 14. Conc. Trid. de refor. & quæ dicam, in uer. priuatio.

Quarto,

Quarto, qui est electus, & administrat ante confirmationem, c. 1. & ibi Abb. in 1. col. de re stit. in integ. & c. auaritię, de elect. lib. 6. & Sylua. 2. p. q. 7. nu. vlt. & in 3. par. q. 59. & Lambert. de iure patr. fol. 122. Gom. q. 47. Casu 3. de trien. poss. quod etiam extenditur, si hoc facit durante lite sup illo be nefici o, Doct. locis cit. facit c. 1. & 2. vt lite pend. lib 6. c. cum iamdudum, de præb. & idem si quis præsentatus, & antequam instituatur capit possessionem vel administrant propter identitatem rationis; Rebuf. titu. de miss. in poss. nu. 8. & citat Panor. in c. cum iamdudum, de præb. Nauar. in consi. 12. nu. 14. de Rescr. sed in terminis Gemin. in c. auaritiæ, in ver. sed est dubium de elect. lib. 6. facit, c. qualiter, eo. tit. extra dicit, quod venit saltem priuandus, & in c. quàm sit, clarissimè tenet quod sub nomine electionis includitur pręsentatio; facit quod notat Gl. in c. sciant cuncti, in ver. alios, de elect. lib. 6. vbi pœnas impositas contra electores Ecclesiarum per sequentes extendit ad præsentantes, etiam si fuerint clerici, idem in ca. quoniam, ver. Non obstat, de elect. lib. 6. & ibi Gl. in ver. electione, dicit præsentationem includi appellatione electionis, etiam in pœnalibus.

Quinto, qui committit crimen dignum depositione, Gl. in c. cum semper, de cauf. poss. & propr. Sylua. 3. p. q. 2. nu. 5. Diaz. pract. crim. Can. c. 123. vide superius, in ver. concubinarius, §. 2. & in ver. priuatio, §. 5. & 6.

Sexto, qui habet beneficium collatum ablatum alteri iniustè, c. tanta, & ibi Anto. in fi. col. 1. de excess. præla. facit c. licet, de præb. lib. 6. Gom. in q. 47. casu 5. de trien. poss.

Septimo, qui ingreditur beneficii possessionem propria auctoritate, Ioan. An dr. in cap. dudum, de elect. ita quod litteræ super illo beneficio non valerent, si tacet se intrasse possessionem, etiam auctoritate principis, vt notat Abb. in c. ad aures, de Rescrip. & in cap. cum iamdudum, col. 2. de præb. & in cap. præterea, vlt. notab. de iure patron. & in capit. per venerabilem, qui filij sint legit. & Felyn. in ca. veniens, de accusat. Cardin. in Clem. per literas, de præb. in fine.

Octauo, qui intrat possessionem beneficij, non leuatis bullis, cum sola signatura, Extrauagans iniunctæ, de elect. & de hoc vide melius, in ver. Bullæ, §. 1. Rebuf. lo. cit. in 3. par. sig. in ver. datum, numero 8. vbi dicit, quod cum sola signatura potest quis non facere fructus suos.

Nono, qui habet titulum, & possessionem a non habente potestatem conferendi, quia per tinet ad alium collatio, vel erat publice suspensus collator, vt in capit. fin. de excess. prælat. & capit. quia diuersitatem, de concess. præben. vel a vicario, ad hoc non habente specialem concessionem, capit. fin. de offic. vic. libro sexto, similiter si ordinarius conferret beneficia deuoluta, per capit. secundū, de concess. præbend. & collatio beneficij nulla, tractu temporis non conualidatur, Boer. decisio. 170. & qui non habet titulum non iuuatur regula cancellar. nec præscriptione, Boer. decisio. decimaquarta, sed hoc intellige iuxta notata in verbo beneficium, §. tertio, dicto duodecimo, & Rebuff. ibidem citato.

Decimo si quis habet beneficium per symoniam ab eo, qui habet potestatem conferendi, Fely. in c. in nostra, corrol. 2. in fi. de Rescr. vide pro his omnibus Sylua. 3. par. q. 2. nu. 5. Gom q. 47 & 49. de trien. poss. & annotatio. Ioan. Milei, in d. regula, Staph. fol. 182. nu. 3. Couar. lib. 3. c. 16. nu. 7. uer. oportet tamen, nar. resol. & §. 2.

Vndecimo, qui acciperet possessionem beneficij ante collationem, Rebuf. in tit. de miss. in poss. nu. 6. & infra, & in c. iamdudum, & ibi Abb. de præb. & in c. in nostra, & ibi Fel. de Rescr. & alios modos intrusionis, vide in Rebuf. in reg. de subloc. collitig. gl. 4.

Duodecimo, qui se intrusit, uel se fecit instituì in beneficio viuentis, Abb. in capit. post electionem, numero 2. & 5. de concess. præben. & in cap. 1. num. 1. & Io. Anchar. consil. 398. & Oldrad. consi. 304.

Decimotertio, qui resignat, & post resignationem manet in beneficio resignato, tenetur ad fructuum restitutionem, Caputaq. decis. 36. par. 3.

Decimo-

Decimoquarto, si minor 25. annis prouisus sit de parochiali, si possessionẽ, & fructus capiat de beneficio curato, cẽsetur intrusus, Fel. in c. in nostra, Corrol. l. 2. de rescr. Nau. consi. 2. nu. 1. de eta. & qual.

AD SECVNDVM, primma pœna ponitur in c. eum, qui, de præb. lib. 6. & distingue cũ glo. ibi, in uersi. iuxta, & Gem. ibi notab. 1. Secunda pœna habetur in c. grauis, & ibi glo. in uersi. fructus, de restitut. spoliat. nempe, ad restitutionem fructuum perceptorum, & qui percipi prouissent deductis tamen expensis, Diaz. Prac. Crim. Canon. cap. 44. Nau. cap. 25. num. 114. Syluest. in ver. intrusus. Hoc tamen fallit, si fructus percepti essent mo dici, quia non fit priuatio, Rebuf. de subrog. collitig. nu. 20. Tertio, si in intrusione al qua iniuria interuenerit vltra prædictam pœnam, potest puniri actione iniuriarum, d. capit. grauis, & est inhabilis ad illud beneficium, Rebuf. lo. cit. num. 26. Quarto, non iuuatur errore communi, licet aliquando excuset, & faciat ius, Abb. in c. 2. num. 4. de in integr. restit. & in c. perlatum, num. 4 qui fil. sint legit. & in c. gratum, num. 2. de offic. deleg. & in c. dilecta, de rescript. aliàs pœnas uide in Abb. in cap. qui in uiuorum, numero 3. de concess. præb. & in c. post electionum, num. 2. & §. eo. Anch. consi. 338. & Oldr. consil. 204.

Quinto a quo tempore fit condemnatio fructuum contra intensum, respondetur, quod aliquando a die intrusionis, aliquando die moræ litis, Caputaqu. decis. 27. & 65. & 3. parte 2. & ita de hærede intruso, uide Bul. Iul. III. quæ est 33. & incipit, Sanctissimus, ul i omnes beneficiarios sine bullis, dicit esse intrusos. Sexto, si quis de facto se poneretin possessione alicuius beneficii, & postea impetrat illud a Sede Apostolica, non facta mentione de hac intrusione, nulla esset impetratio Cap. Tolos. q. 483. & non solum tenetur facere mentionem de hac intrusione, sed etiam de fructibus interim perceptis, nisi eos conuertisset in Ecclesiæ utilitatem. Addit. ibi, & Nau. in 2. consi. 2. de æta. & qualit. Septimo si quis fuerit intrusus in aliquo beneficio a Laico, ut in casu cap. præterea, il 1. de iure patron. & uellet impetrare aliud beneficium a Papa, non facta mentione de illa intrusione, tunc non ualet impetratio, quia est ineligibilis, cum sit excommunicatus, prout d. c. præterea, uide Addi. ad q. 483. Cap. Tolos. & ita censuit Sac. Cong. Decl. 280. in meis. Octauo, intrusus in aliquo beneficio, ad illud tunc est inhabilis, in pœnam intrusionis, quia sine titulo se intrusit. Nau. conf. 12. de rescript. nu. 13. & consil. 91. de Symonia. Nono, multos alios modos intrusionis uide in Rebuff. in reg. de subrog. collitig. glos. 4. ubi nume. 26. dicit intrusum in uno beneficio, licet sit inhabilis ad illud, non tamen ad alia per capitulum si compromissarius de elec. lib. 6. hoc tamẽ intellige extra casum de quo hic, ner. 7.

AD TERTIVM, est distinguendum an illud beneficium, in quo quis est intrusus, pertinebat ad collationem Papæ, per c. 2. de præb. lib. 6. uel c. 2. de concess. præb. vel per alternatiuam, uel aliqua alia generali, uel speciali reseruatione, uel pertinebat ad collationẽ Ordinarii, si Primum, non restituitur sed condemnatur, prout in c. grauis, & ibi gloss. Gom. q. 47. de trien. pos. & hoc intellige, quando spoliaretur, & esset benef. reseruatum in corpore iuris, vt sup. similiter per Bullam Greg. XIII. de public. resignatio. prout dicã in uer. resignatio, §. 3. de aliis reseruationib. solet fieri compositio cum Camera, & expedite, (perinde ualere;) si secundum, Ordinarius loci prouidebit, prout ei magis uidebit, nec erit opus scrupulizare, quod cum aliquis diu fuisset intrusus in illo beneficio, & sic dum uacasset, quod deuolutum esset ad Sedem Apostolicam, quia hoc intelligitur iuxta dispositionem c. licet, de suppl. neglig. præl. & c. quia diuersitatem, de conces. præb. & quando uacat de iure, & non de facto, ergo Ordinarius poterit prouidere. Sed urgebit quis per c. ordinarii, lib. 6. ubi singulis annis tenetur Prælatus visitare Diœcesim, & uidere titulos beneficiorum, an sint ueri, uel intrusi. Ad hoc respondetur Primo, prout vidi in facto, quod si aliqui fuerunt tolerati per multos annos, uel cum sola supplicatione, non leuatis Bullis a Sede Apostolica, uel sine Bullis, facta sola collatione ab Ordinario oro-

rio oretenus, & hoc sciuerit Ordinarius in prima visitatione, quam facit, tunc si primum mittet beneficiatum ad Sedem Apostolicam, pro impetratione Bullarum, si secundum ipse Ordinarius prouidebit beneficiato de Bullis, si vero factis ab eo multis uisitationibus, ad hoc non animaduerit, sed in alia hoc sciuerit, non censetur deuolutum, quia per iura superius allegata, tempus non currit Ordinario, nisi a die uerisimilis notitiæ, modo ignorantia non fuerit crassa, supina, uel affectata, tamen dico cũ Rebuf. lo. cit. in ver. beneficium, §. 3. dicto 12.

AD QVARTVM, respondetur, quod tria enumerat Nauar. tract. de Spolio, §. 11. nume. 4 Primum, componere cum Camera Apostolica; Secundum conuertere illos in utilitatem Ecclesiæ suæ, uel beneficii; Tertium, tradere illos futuro successori, qui tamen posset habere aliquam remissionem a Primo, & a Tertio, sed non a secundo.

Inditia.

PRIMO, quæ inditia requirantur ad torturam, arbitrarium esse Iudicis ait Abb. in cacum in contemplatione, nu. 2. de reg. iu. an unus testis, glo. in l. 3. C. ad leg. Iul. Maiest. vide Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prob. §. uidendum, uersic. 13. Bal. in apost. in l. 3. ff. de testi. Bar. in l. fi. ff. de quæsti. Sali. in l fi. char. vlt. C. de quæstion.

Secundo inditium est minus, quam semiplena probatio, unde duo inditia non faciunt plenam probationem, l. cum probatio, ff. de probat.

Ius Cathedraticum.

SVMMARIVM.

1 *An de iure debeatur.*
2 *Quantum pro eo debeatur.*
3 *Qui illud soluere teneantur.*
4 *An possit præscribi, uel per consuetudinem tolli.*

AD PRIMVM, respondetur, quod debetur per presbyteros suis Episcopis, prout in c. conquerente, de offic. ordin. singulis annis, ratione honoris Cathedræ, gl. ibi, in uer. duos solidos, & pro festo Natiuitatis, & Resurrectionis Domini nostri solet dari, c. olim, de censib.

AD SECVNDVM, text. ibi taxat duos solidos, qui soluendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solui consueuit, sed quia solidorum ualor conformis non est, imo varius, attenta uaria prouinciarum taxatione, ut vult Couar. lib. 1. c. 2. & 3. uar. resol. & tract. de numis. §. primo, & secundo, facit cap. quia Subdiaconum, 17. q. 4. & d. cap. conquerente, de offic. ordin. ideo attendenda est diuersarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis, & Neap. uidi soluere per singulos presbyteros quinque Carlenos monetæ Regni, & in diœcesi Compzana quatuor, & Archipresbyteros decẽ, & octo, Ab. in c. pastoralis, nu. 7. de donat. dicit, quod quælibet ecclesia particularis, tenetur dare suo Episcopo singulis annis duos aureos.

AD TERTIVM, glos. in d. c. conquerente, & text. dicit, quod a qualibet ecclesia suæ Diœcesis, præterquam Monasteriis, tamen uidi Compzæ, & Neap. solum a presbyteris. i. a Sacerdotibus exigi, an a Diaconis, distinguendum puto, si habet partem in fructib. Ecclesiarum, ubi ascripti sunt, pro portione sua tenerentur, per Regulam si quis cõmodum, & hoc ubi aliter non haberet consuetudo, presbyteri cæci non tenentur, c. licet, de cens. sed distingue cum Panor. ibi.

AD QVARTVM, uide glos. in c. quicunque, 16. q. 7. & Ioan. Andr. in c. 1. de præb. lib. 6. in nouella, & Franc. Balb. tract. de præscr. 1. par. 5. p. ca. 16. ubi dicit, quod non potest præscribi sicut nec procuratio, nec subsidium charitatiuum, & citat Panor. in cons. 94. in 1. volu. & Calder. consi. 2. de præscrip. & idem Balb. lo. cit. 1. par. 6. & vlt. fo. 484. sed posset dici, quod licet non posset præscribi, potest tamen per contrariam consuetudinem aliter introduci, prout dixi, in uer. confessio, §. 2. ex Naua. in c. 1. in prin. in glos. num. 98. de pœnit. dist. 6. & ita placuit, nu. 34. ead. dist. & dixi in prac. mea pœnit. c. 15. q. 2. facit Concil. Trid. sess. 24. cap. 3. de reform. ubi dicit, quod valet consuetudo contra procurationẽ, & tamen c. cum ex officii, de præscrip. censetur procurationem non posse præscribi, & tamen potest tolli consuetudine; Ratio est, quia multa possunt tolli per consuetudinem, quæ per præscriptionẽ tolli non possunt, prout dixi superius in uer. decimæ, §. 7. & Nauar. in glos. in Sum. de pœnit. dist. 5. nu. 7. uide Nau. cons. 5. de cens.

Iudex.

PRIMVM, iudex commissus potest aliquid capere pro uisitatione processus, Boer. dec. 15. num. 1. sed nec Iudex, nec Aduocatus, nec Procurator potest sibi retinere processum pro salario suo, idem ibidem, nu. 3. & quomodo probetur processus, si deperdatur, uide ibi.

Secundo, Iudex succedens in officio, an possit persequi reum iam absolutum a iudice prædecessore, uide Pari de Put. tract. de Syndicatus, in ver. pœna.

Tertio, Iudex non debet participare lucrum cum Notario, seu Actuario suo, ca. statutum, §. notorium, de Rescript. lib. 6. Boer. decis. 258. num. 12. quod est contra nonnullos Episcopos non dantes salarium Vicariis suis, nisi medietatem sportularum, & bancæ Notarii, caueant ergo de cetero, iuxta ea quæ dicit Arg. in l. præcipimus, C. de appel. & ne dent occasionem suis officialib. dicendi illud Parabolæ Salom. ca. 1. Marsupium unum erit nobiscum, sed dent salarium, & Notario uendant bancham seu lucra actorum, & Gemin. in capitulo statutum, §. notorium uero, notab. 4. de Rescript. libro 6. per illum tex. dicit non quod prohibitum est Iudici participare lucrum cum notariis, & ministris causæ.

Quarto, Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui confecto a Iudice Laico, nec e contra, nisi in crimine hæresis, Boer. decisio. 90. Abb. in capitulo ea, quæ, nu. 14. de sta. monach.

Quinto, Iudex Ecclesiasticus an possit punire eum, qui condemnatus, uel absolutus fuit a Iudice sæculari, & econtra, uide Boer. decis. 289. ubi uidetur declinare in partẽ negatiuam, fallit in excommunicatione ob percussionem Clerici factam a Laico, quia licet sit condemnatus, uel absolutus a Iudice sæculari pro delicto, potest inde puniri etiam & condemnari a Iudice Ecclesiastico pro excommunicatione incursa, iuxta cap. ex parte, & ibi notata, de uerb. sign. imo Couar. lib. 1. cap. 4. num. 8. uar. resol. censet Iudicem Ecclesiasticum posse etiam punire laicum accusatum coram eo, de iniectione manuũ uiolentarum in Clericum, & de actione iniuriarum, facit cap. 2. de pœn. & c. parochianus, & ibi glos. in uer. satisfaciant, de sent. excom. & Gom. de breu. nu. 25. Abb. in capit. Cum non ab homine, numero 2. de sent. excom. sed cum sit sacrilegium, est etiam casus mixtus.

Sexto, Quomodo tractari debeat in casibus mixtis, ut si praeueniat Iudex Ecclesiasticus, & condemnet, an sic condemnatus possit a iudice sæculari iterum puniri, uide Maran. 4. par. distin. 1. num. 20. & 27. & 6. par. tit. de inquis. num. 97. Couar. lib. 2. c. 10. nu. 4. 5. & 7. uar. resol. cap. Felicis, §. per hoc, de pœn. lib. 6. glos. in c. at si clerici, §. vlt. de iudiciis, in uer. duplici, Foller. prac. cri. 4. p. nu. 49. & nu. 103. Boer. lo. cit.

Septimo, Iudex Sæcularis in multis habet auctoritatem in personis Eccles. uide cap. princeps, &

ceps,& ibi glos.23.quęst.Guid.Pa.quæst.65.& 562.num.2.per gl.in ca.tua,il 1.de decim.
Octauo, Ecclesiasticus potest punire Laicum pro iniuria illata Clerico, si præueniat, idem loco cit.quod est notandum pro practica,& ita dicit fuisse decisum in facto, Couar. lib. 1.c.4.num.8.var.resol.facit c.2.de pœn.Gom.tract.de Breui.num.25.uide Anch.in c.ea, quæ,num.17.de reg.iur.lib.6.idem de occupantibus, seu usurpantibus bona Ecclesiarum, vel Hospitalium, Clem.2.& ibi glos in ver.executere,& Abb.nu.1.de relig. dom.
Nono, Iudex Laicus potest cognoscere de possessorio in Beneficialibus,& Decimis, ratio est, quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale, ita Guid.Pa.q.1.nu.1.& 2. glo.in ca.litteras, de iuram.calum.in uer.spiritualibus, Couar.prac.q.35.a numero 1.potest etiam cognoscere.de spolio facto contra Regularem vel de Beneficio Manuali, uel perpetuo,& illos sic spoliatos restituere, ita Nauar.in cap.non dicatis, nu.65.ver. addo octauo, 12.q.1.
Decimo, an Iudex Ecclesiasticus possit cognoscere de causa feudali contra Clericum, vide eund.Guid.Pa.q.139.& addit.ibi.
Vndecimo, Iudex Sæcularis aliquando incidenter cognoscit de causa spirituali, puta, si agatur super facto, an matrimonium fuerit contractum inter aliquos, nec ne.Capyc.decis.7.Abb.& glos.in cap.non est, in uersic.uxoris, de spons. Sylua.tract.de benef.1.par. q.7.num.12.& quando Clericus turbat Laicum in possessione, Afflic. decis.2. nume.5. per constitutionem regni, finis præcepti charitas,& in causa reconuentionis, quia in causa ciuili clericus reconuenitur coram iudice laico, Afflic.decis.173.& in causa depositi,& spolii beneficii, etiam contra Clericum, Afflic.decis.24.nu.3.
Duodecimo, sunt multa Oppida, in quibus persona Ecclesiastica habet ius ciuile,& sæcularis, criminale, quæritur quis Capitaneorum debeat præcedere, an is qui ponitur ab Ecclesiastico, uel qui a seculari? Respondetur quod Capitaneus personæ ecclesiasticæ, Capyc.decis.27.a num.23.& infra, Similiter ad ipsum pertinet conuocare Concilium Vniuersitatis, nu.22.& quando dubitaretur ad quem iurisdictio pertineat, qui cognoscere debeat, vide Iser.in vsu feud.rub.vlt.nu.16.
Decimotertio, in quib.casib.habeat cognitionem Capitaneus criminalis in his Terris, seu Oppidis,& in quib. Capitaneus ciuilis, per Sacrum Regium.Conc.Neap.fuit decisum, quod quotiescunque uenit pœna irroganda fisco, cognoscit Capitaneus criminalis, Sed vide Arnonem in suis Soliloquiis, ubi aliter sentit, per quandam Paragmaticam Regis Ferdinandi nondum impressam, quam dicit conseruari in Monasterio montis Oliueti Neapoli, uide Vinc.de Anna Singul.460.& ad Capitaneum causarum criminalium spectat facere banna criminalia, ad Capitaneum causarum ciuilium banna ciuilia, Capyc.lo.cit.num.29.& dicta Pragm.hodie est impressa,& incipit, illustri,& est posita a Nigro in Constitutio.Regni, in tit.de causis criminalibus & ciuilibus, ubi Rex dicit, Declaramus omnes casus, culpas & criminalia pro quibus pęna mortis naturalis, seu ciuilis, uel membri mutilatio principaliter infligenda non uenit, pertinere ad Iudicem Ciuilem.
Decimoquarto, Iudices terrarum hodie statim commisso maleficio, faciunt describi,& inuentariari,& sequestrari omnia bona delinquentis, ne auferantur,& occultent. Capy. dec.231.nu.4.& 5.& ad hoc, ut succedente contumacia, possit confiscari tertia pars mobilium, Mata.6.p.tit.de contum.nu.25.lib.2.ff.de requir.reis, Clar.q.44.uer.1.
Decimoquinto, Iudex, seu officialis alicuius Castri, est caput ciuium,& ut ciuis debet gaudere priuilegiis ciuium durante tempore officii, Capyc. decis.309.num.31.
Decimosexto, Iudex non debet tenere insolitas opiniones,& sed inhærere opinioni maiorum, seu cōi, gl.& Salic.in l.2.C.de sent.Nouel.de iure prothom.§.tertius, nu.77.nā Iudex secutus cōmunem opinionē, licet in rei ueritate illa nō esset iuridica, tn̄ est excusatus, nec dr̄ peccare,& se potest defendere in Syndicatu, si suę sn̄iæ propter hoc fuerint reuocatæ, ita Gemin.in c.1.per illum text.de postulat.prælat.lib.6.uer.secundo.

Deci-

Decimoseptimo, Iudicis decretum, siue auctoritas in diuturnitate temporis præsumitur Afflic.nu.decis.345.nu.4.

Decimooctauo, Coram iudice laico tenetur comparere laudatus, secus quando uocaretur a possessore nomine Clerici, Gram.decis.21 Maran.6.par.memb.6.in principi.

Decimonono, Clericus consentiens, uel nō declinans forum Iudicis secularis, potest puniri pęna arbitraria, quasi transgressor Canonis, Gram.decis.61.num.18.Bertacch.tract.de Episc.2.par.libro 4.versic.49.Hosti.in Sum.titulo de renunciat.§.2.num.secundo, uer. dic.ergo.

Vigesimo, Iudex Ecclesiasticus cognoscit de exceptione illegitimationis, & dum ipse cognoscit, silet petitio hæreditatis, Abb.in c.tuam, num.1.de ordin.cogni.ita etiam de exceptione excommunicationis, idem ibidem.nu.9.

Vigesimoprimo, Iudex ecclesiasticus potest Clericos repetere a Sæculari Iudice, etiam si ipsi Clerici confessi fuerint, se Laicos esse, Couar.prac.q.c.33.num.2.§.primum.

Vigesimosecūdo, Iudex Ecclesiasticus an possit carcerare Laicos, ratione simulatis vel ꝓpter consuetudinem, vide Couar.vbi sup.c.10.& 34.nu.1.Foller.in prac.crim. in tit. adiuuantur excusatores, nu.79.

Vigesimotertio, Iudex an debeat, & possit iudicare secundum allegata, & probata, an secundum conscientiam, uide Couar.lib.1.c.1.nu.2.& 3.var.resol.

Vigesimoquarto, Iudex nil nomine expensarum potest exigere a paupere, Anch.in c.statutum, §.insuper, nu.8.de Rescr.lib.6.

Vigesimoquinto, Iudex Ordinarius, & consultor potest reddi suspectus, Capyc.deci.132. nu.6.sed suspectio est probanda coram ipso, si est nota, uel coram Arbitriis, si est dubia, & quid de procuratore suspecto, uide text.& Gl.in cap.cum speciali, in uer. Iustæ suspectionis, de appel.& Glos.in c.quamuis, in uer.suspectus, de procur.lib.6.

Vigesimosexto, Iudex ecclesiasticus, & non sæcularis cognoscit de causa filiationis, capit. tuam, de ord.cog.& c.causam, quæ, el.2.& cap.Lator, qui fil.sint leg.Couar.sponsl.2.par. c.8.§.3.num.

Vigesimoseptimo, in Iudicem non suum, non potest Clericus consentire, nisi concurrant quinque quorum illa sunt potissima, primum, ut Iudex ille sit Clericus, aliud de cōsensu proprii Episcopi.Hostiens.in Sum.tit.de offic.deleg.§.quibus modis, in prin.

Vigesimooctauo, an acta coram Iudice Laico faciāt fidem coram Iudice Spirituali?Rñdetur ex Cap.Tolos.q.198.& ibi Addit.quod si fallit prout inferius, in uer.tortura, §.6.

Vigesimonono, Iudex Ecclesiasticus dans sententiam iniustam, quas pęna incurrat, vide text.Glos.& Gemin.in ca.1.de Sent.& re iudic. lib.6.sed nota bene, quia ad incurrendas illas pęnas requiruntur sex.Primo, sit contra conscientiam, sed de hoc uide prout supra, §.23.remissiue.Secundo quod contra Ius.Tertio qđ in grauamen partis.Quarto in iudicium.Quinto, quod faciat. Sexto, quod per gratiam uel sordes, id est prece, odio, fauore, uel timore, Glos.ibi, in uer.sordes.

Trigesimo, Iudex non potest esse subditus in causa sui superioris, text.Gl.& Geminia.ibi, notab.penultimo, de offic.deleg capitulo sexto, hinc non deducitur, Episcopum Suffraneum non posse esse Iudicem in causa sui Metropolitani, cum non sit subditus, sed Suffraganeus, idest auxiliator, & coadiutor, tamen Gemin.in dicto capit.uersic. quæro, an Archiepiscopus, tenet quod non, quia tex. loquitur de destrictu, & quia Archiepiscopus est Iudex sui Suffraganei, in aliquib.casibus, sed tex.loquitur de conseruatore, licet posset extendi etiam ad Iudicem, tu tamen succedente casu, & non constito de suspectione Suffraganei, dic quod potest tunc esse Iudex.

Immunitas Ecclesiastica.

PRimo, circa fugientes ad ipsam Ecclesiam, an possint capi, & an requiratur Episcopi licentia, uide Boer.decis.109.& qui non gaudeant hac immunitate, ibidem, nume.5. & decis.

& decis. 100. ubi habet etiam in quibusdam casibus posse sacerdotem auelli ab altari, nisi sacrum inceperit facere, vide Capyc. inter alia, de immunit. Eccles. uide Bullam Honorii Papę positam in fine huius operis, c. 3.

Secundo, palatium Episcopi gaudet immunitate hac, Gui. Pap. q. 121. num. 4. Zabarella in Clem. 1. de pœnit. & remiss. c. id constituimus, 17. q. 4. quod ualet si palatium Episcopi sit constructum intra quadraginta Matricis Ecclesiæ passus, Couar. lib. 2. num. 6. c. 20. var. resol. ver. 4. & Innoc. in ca. inter alia, hoc tit. Hospitalia etiā Auctoritate Episcopi cōstructa habent hanc immunitatem, Couar. nu. 4. uer. 2.

Tertio in casibus, in quibus delinquens, non potest gaudere ista immunitate, prout in ca. inter alia, & Couar loco cit. num. 7. §. 8. Foller. pract. crim. 2. par. nume. 6. vbi dicit, non posse, neque in casibus illis extrahi, sine licentia Episcopi, & quia non potest extrahi, Episcopus si vult illam dare, debet vti hac Clausula, seu Cautela, ad euitandam irregularitatem, petens iuramentum a Iudice de seruanda vita, & membris ipsius delinquentis, Guido Pap. loco cit. numero 3. in fine, & dixi in uersic. clericus, §. septimo, versic. circa tertium.

Quarto, de ista immunitate, quo ad praxim, & vt fiat bona apud tribunalia Regia, videto Couar. lib. 2. c. 20. per totum, vbi habes, quod non solum illi qui excipiuntur in d. c. inter alia, non gaudent hac immunitate, sed nec assassini, nec qui homicidiū proditorium commiserunt, etiam si mos inde non sit sequuta, Boer. loco cit. & cap. sicut antiquitus, 17. quæst. 4.

Quinto, an Ecclesia non consecrata, in qua diuina celebrantur, & quid si ibi non celebrantur diuina; vide Abb. in c. Ecclesiæ, nu. 1. & hoc tit. & an Ecclesia interdicta: uide eund. ibidem, num. 8. ubi etiam habes de spatio Ecclesiæ, quod gaudet hac immunitate, & Innoc. in c. inter alia, hoc tit. & Gemin. in cap. 1. uer. sed pœnæ circa vlt. de in integrum restitu. lib. 6. dicit Ecclesiam etiam non finitam ædificari, sed per impositionem primarij lapidis per Episcopum gaudere hac immunitate, licet non potuerit perfici, & ratio est, quia non potest ad humanos vsus redire, & citat Hostiens. in capitulo Ecclesia, hoc titulo.

Sexto, circa immunitatem domorum Prælatorum, Religiosorum, & aliarum personarū Ecclesiasticarum, de non hospitando milites, & aliis, uide Bullam Honor. Papę in concordatis cum Rege Neapolitano, c. 4. quam habes, in fi. operis.

Septimo, circa hác immunitatem Ecclesiasticam multa satis large concessit Sixtus V. quę Gregor. re luxit ad terminos iuris communis: Bulla sua Pontif. anno 1.

Octauo, an Clerici gaudeant hac immunitate, si confugiant ad Ecclesiam, respondetur, quod sic, quia non sunt deterioris conditionis quam Laici. ita Rom. consi. 234.

Nono con lemnatus, dum ducitur ad mortem, vel ad triremes, si confugerit ad ecclesiam nihil ei prodest. Clar. q. 34. uer. secum autem, facit c. inter alia, hoc tit.

Decimo ista immunitas parum hodie est in vsu propter multiplicationem Ecclesiarum, & delictorum & scelerum, quia daretur commoditas delinquendi. Clar. q. 30. in princ. sed debet intelligi iuxta dictum cap. inter alia, & Couar. lib. 2. c. 20. nu. 7. §. 8. var. resolu. & Boer. decis. 109.

Vndecimo, pia loca sunt immunia ab onere hospitandi milites, ita & monasteria Pius V. Bull. 118. quæ incipit, cum non sine, & Bullam Honorii Papæ in concordatis cum Rege Neapolitano, c. 4.

Duodecimo, tamen Nauar. in Manua. c. 25. nu. 18. admonet, nullo in loco seruari immunitatem Ecclesiasticam quo ad confugientes, nisi quo ad fines cęmiterii, forium, claustrorum, graduum, Sylua. in uer. immunitas, 3. §. 1.

Decimotertio, Iudex extrahens aliquem ab Ecclesia, non satisfacit, si dimittit illum liberum, sed debet eum restituere in pristinum locum, idest in Ecclesiam. Nauar. consi. 1. de immun. Eccl. aliàs subiacet pœnis in monitorio sibi facto a Iudice Ecclesiastico.

Decimo-

Decimoquarto, pœna extrahentis ab ecclesia, de iure communi, non est excommunicatio latæ sententiæ, sed uenit excommunicandus, capitu. si quis contumax, capitul. quisquis, 17. q. 4.

Decimoquinto, & quod dictum est de locis sacris, idem de palatio Episcopi. Coua. li. 2. c. 20. num. 5. uer. 5. uar. resol. Vide Clarum lib. 5. §. fi. quæst. 30.

Inclinatio stellarum.

QVoniam hæc materia non satis facit ad rem, eo maxime quia Sanctissimè addit Bullam Sixtus V. contra vaniloquia astrologorum, natiuitistarū, in qua omnem iudiciariam astrologiam expellit, excepta Nautica, Medica, & Georgica, seu Agricultura, uidi Abb. & annotationes ad ipsum, in c. ex tuarum, de Sortilg. Ideo pro practica solum quædam attingam, ad hoc, ut possint conuinci interdum ab Ordinariis uanitates obseruātium superuacue huiusmodi astrorum constellationes. Primo, Cœlestia corpora non possunt esse causa per se operationem liberi arbitrii, & possunt ad hoc dispositiue inclinare, quatenus imprimunt in corpus humanum, & per consequēs in uires sensitiuas quæ tamen obediunt rationi, sed nulla necessitas ex hoc imponitur libero arbitrio. D. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 6. in corpore.

Secundo, impressiones corporum cælestium indirecte, & per accidēs ad intellectum, & rationem pertinere possunt, inquantum tam intellectus, quam uoluntas, aliquo modo ab inferioribus uires accipiunt, quæ organis corporeis alligantur, idem 1. par. q. 115. articu. 4. & 6. Tertio, mores hominum a dispositionibus siderum uariari dispositiue, & contingenter possunt, & stellæ per constellationem influentiæ inclināt, Astens. lib. 1. tit. 12. Quarto, corpora cælestia, & constellationes homines quandoque ad uitia, quandoque ad uirtutes inclinat, non tamen cogunt, Armil. in uer. Astrologia, nu. 2.

Quinto cælestia non possint imprimere directe intellectum, nec uoluntatem, sed possunt ad hoc dispositiue inclinare, Syluest. in uer. superstitio, §. 6. Sexto, corpora cælestia possunt quodammodo inclinare ipsam animam, Soto lib. 8. q. 3. art. 2. col. 4. de iust. & iure.

Septimo, homo natus sub aliqua cōstellatione, talium, aut talium siderum, non cogitur ex illa ad ad male, uel bene operandum Nauar. c. 2. nu. 37. norab. 28. licet omnia, quæ sunt sub lunari globo constituta, per superiora regantur, & procurentur, Ang. in uer. superstitio, nu. 15. uide D. Aug. lib. 4. de Ciuit Dei, c. 1. & in tract. 8. in Ioannem, & D. Tho. 1. pa. q. 22. ad 3. & q. 116. art. 2. Boet. 4. lib. de consolat. Philosoph. ubi habes, an detur fatum, et quomodo intelligatur, & sup. Matth. c. 2. col. 2. & lib. 3. contra gentes, cap. 92. & ibi Ferrariensis, Caiet. 2. 2. q. 95. ar. 5. D. Chrys. in Matt. c. 2. Greg. Nisse. lib. 5. Physiologiæ, c. 1. Zozom. lib. 6. capit. 35. Nicephor. lib. 2. c. 45. prope medium, in Histor. Eccles. ex quibus summa hæc est, quod quando tam Sancti Patres, quam Sacri Theologi, & Canonistæ negant. Sidera celestia agere in hominem, intelligunt, de coactione, & necessitudine, ut falso astruebant Priscillianistæ, & Faustus Manicheus, & pari modo est intelligendus D. Greg. in Homil. Epiphaniæ, & hoc præter innumerabiles rationes, quæ possunt afārri, istæ duæ sufficiant pro nunc, quod actus humani sunt liberi. & non possunt cogi a stellis, & si ita esset, nec meritorii, nec demeritorii dici possent. Ad hæc omnis anima est spiritus, & sidera sunt corpora, ergo non habent communicantiam in materia, quę requiritur in actione, & passione, Aristot. in lib. 2. de generat. & corrupt. & in lib. 2. de anima, in c. de tactu, uide Abb. in c. 2. & 7. de Sortileg.

Imagines Sacræ.

PRIMO, quo depingendæ, & adorandæ, uide Conc. Constantinop. 6. Can. 100. & Canone 72. ubi inter cætera habes, figuram Crucis, non posse fieri in pauimento, & Conc Trid. Sess. 25. de Sacr. Imagin. c. si canonici, et ibi glo. in uer. in deuotionis, de offic. ordin.

ord.lib.6 c.per latum,capitulum venerabiles,de consecrat.dist.3.D.Thom. 2.2.q.84.& quolibeto 103.art.3.& Marg.Sent.& Theologos.in 3.Sent.dist.9.

Secundo,imagines sacræ potius,& maiori reuerentia venerantur, quando sunt in pariete,vel in Ecclesia,quam quando sunt in officinis, seu in apothecis Pictorum, quia ibi vendendi,& emendi causa sunt positæ,illic verò,vt debitus honor eis exhibeatur, Capel.Tolos.303.

Tertio,picturæ verò,& imagines insolitæ,nulla in Ecclesia,vel etiam exempta, poni possunt,nisi prius fuerint approbatæ ab Episcopo, & sic de miraculis, & reliquiis sanctorum;ita Sac.Conc.Triden.cap.de inuoc.vener.& reliq.Sanct.& Sacr.Imag.§.in has autem,ver.postremo.

Institutio.

INstitutio quatenus ad praxim Episcopalem attinet, sumitur multis modis. Primo pro confirmatione,seu prouisione facta per Ordinarium, ei quem patronus legitimè præsentauit in beneficio iuris patronatus,& sic c.1.de reg.iu.lib.6.& ista pertinet ad Capitulum Sede vacante,& ad Vicarium Generalem Episcopi,& sine speciali mandato,ca. ex frequentib. de insti.& ibi in ver.Vicarius,dub. 14.Secundo sumitur pro collatione facta ab Ordinario,& sub ista cadit commissio curæ animarum.Tertio pro inuestitura,& possessione Beneficii.Quarto pro confirmatione electionis,vide Dy. & Addit.ad gl.in c.2.de reg.iu.lib.6. Quinto pro constitutione officiali in aliquo loco,prout in c.1. ver.nec pro eo,& ibi Gemin.notab.3.de offic.ordin.lib.6.volui hæc scribere,ad euitandam æquiuocationem,prout in capitulo cum illis,§.cum autem,de præbendis,lib.6.& sic sumitur in d.c.1.de reg.iur.

Indulgentia.

SVMMARIVM.

1 *An prælatus possit Indulgentias concedere,& quot dierum, & an ante ipsius consecrationem.*
2 *An capitulum Sede uacante.*
3 *An possint publicari in Diœcesi,absque Ordinarij licentia.*
4 *An,& quando reuocetur.*
5 *An Indulgentię Legati a latere,& Episcoporum sint perpetuę.*
6 *Qua forma sint concedendę.*
7 *Quę sublatę sint.*
8 *Cui loco possint concedi.*
9 *Quibus causis sint concedendę.*
10 *An existens in peccato mortali in hebdomada,in qua fit iubilęum, & facit omnia,quę in eo iubentur,& die Dominico confitetur peccata sua,& communicet,lucretur Iubilęi gratiam.*
11 *An ille cui iniuncta fuit pœnitentia,puta, ut per quadraginta dies ieiunet, uel per septem annos faciat hoc,ut illud pro pœnitentia iniuncta,sine satisfactione suorum peccaminum,si lucretur Indulgentiam quadragenariam, uel septennalem, teneatur dictam pœnitentiam adimplere.*

AD PRIMVM,respondetur,posse,etiam si fuerit solum electus,siue postulatus,modo sit confirmatus,licet nondum consecratus,etiam si non sit presbyter.Syl.in ver. Indulgentia,nu.13.& solum 40.dierum,vel annum in dedicatione Ecclesię,capit.cum

ex eo, de pœnit. & remiss. Syluest. lo. cit. & quando quis dicatur electus, ad hoc vt possit concedere Indulgentias, vide in 3. par. in uer. electus, non enim requiritur ut sit consecratus, prout vult Iason, in l. quamuis, nu. 4. de inoff. testa.

AD SECVNDVM, affirmatiue respondetur. Syluest. in ver. Capitulum, §. 10. Sylue. tracta. de Beneficijs, 2. par. q. 11. licet Soto 4. Sent. dist. 21. q. 1. artic. 4. col. 3. habeat oppositum, sed primum mihi magis placet, cum indulgentiarum concessio nō sit ordinis, sed iurisdictionis, & capitulum succedit Episcopo in Iurisdictionalib. non præiudicantibus, & non in his, quæ sunt ordinis, ut patet apud omnes Scribentes; imò Vicarius generalis Episcopi, si ad hoc habet speciale mandatum, potest has concedere; Rebuff. in. for. vica. num. 172. & patet ratione, quia si potest capitulum sede vacante per rationem prædictam, potest vicarius Episcopi, & tot dierum, quot Episcopus, cum faciant vnum. concistorium, c. 2. de consuet. lib. 6. & Clem. & si principalis, de rescr. Nauar. notab. 31. nu. 1. ex c. accedentibus, in fi. de excess. prælat. & ibi Abb.

AD TERTIVM, fac. Cong. Declar. 332. respondens in facto ad equites Hierosolymitanos, quibus prohibet, ne Indulgentias impetratas a Sanctissimo Domino Papa publicent absque Ordinarii licentia, secus Ordinarius procedere potest contra eos, & corū Clericos, prout cauetur in Conc. Trid. Sess. 6. c. 9. de refor. & Sess. 24. ca. 11. de reform. & Sess. 25. c. de indulg. & quod dicitur specialiter de Equitibus Hierosolymitanis, extenditur ad omnes exemptos, & non exemptos, propter identitatem rationis, ut dixi in uer. extensio; vide Clem. fi. de pœn. & remiss.

AD QVARTVM, vide extrauagant. Sixti IIII. quæ incipit; Quemadmodum, de pœnit. & remissio. ubi disponitur durante anno Iubilæi, in alma Vrbe, suspendi omnes alias Indulgentias, Greg. XIII. Bulla. 23. f. 229. & hoc non solum durante anno Iubilęi, prout supra, sed ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, ita Nauar. in tract. de Iubil. & Indul. & Catechesis Neap. f. 239. §. nota quod, ex quo sequitur, nullas Indulgentias plenarias. esse validas post annum Iubilęum, nisi fuerint iterum à Sede Apostolica confirmatæ. ita Nau. tract. de Iubileo & Indul. not. 28. num. 28. & infra, & super Bulla Greg. XIII. in uer. publicentur, litera G. num. 7. sed ista suspensio non suspendit ceteras gratias, puta, cōcessit Papa visitantibus aliquam Ecclesiam Indulgentiam plenariam, & facultatem cōfitendi, & absoluendi ab omnibus casibus, tunc sola Indulgentia plenaria reuocatur & non cęteræ gratiæ, Nauar. consi. 17. de pœnit. & remiss. nec Indulgentiæ non plenariæ. Nauar. loc. cit.

AD QVINTVM, respondetur quod sic, per Capitulum fin. & ibi gl. ver. statuta, de offic. leg. idem de Episcopis in Diœcesibus suis, si taliter concedant D. Anto. in Sum. 3. par. titu.. c... §... Syluest. in uers. Indulgentia, §. 14. Nauar. in cap. placuit, num. 164. de pœn. distin. 6.

AD SEXTVM, Sac. congreg. declarat. 432. §. plenaria, inter alias instructiones, quasdat circa Indulgentias concedendas, dicit quod Indulgentia temporanea debet dari cū hac Clausula, ut sint contriti, & habeant propositum confitendi debito tempore Saltē & hoc rationabiliter, nam nemo lucratur Indulgentiarum fructum, nisi in charitate, patet apud omnes Scribentes, sed in charitate non potest quis esse, nisi eum pœniteat suorum peccaminum, & hoc non potest esse sine contritione, Soto 4. Sent. distinct. 21. q. 2. art. 3.

AD SEPTIMVM, Pius V. sua reuocauit omnes Indulgentias, etiam perpetuas pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porigendæ, aut quæstuandi facultatem continent, Conc. Prouinc. Beneuent. de Indulg. cap. 1.

AD OCTAVVM, non possunt concedi Ecclesiæ, nec Altari, nondum constructo, seu ædificato, c. ad audientiam, de Ecclesiæ ædific. in 2. responso, & ibi glos. in uers. non possumus, facit quod notat Abb. in ca. nos quidem, num. 2. de testamen. quod donatio non potest fieri loco non ædificato, sed distinguendum cum eodem Panor. in dicto c. ad audientiam,

tiam,nume.3. a quod destructo loco,cui concessa est Indulgentia, reuocatur Indulgentia,Nauar.loc.cit.notab.31.nu.26.

AD NONVM, vide Syluest.loco cita.numero 18.§.6.& Soto loco cit.quæst. 2.attic.secundo.

AD DECIMVM, vide eund.Sotum loc.cit.quæst.2.art.3.col.4.& ratio ipsius est, quia satis est,quod ille sit in gratia eo die,quo terminatur Iubilęum,seu Indulgentia,licet Nauar.videatur contrarię opinionis,loc.cit.notab.19.nu.6.&infra, licet nu.15.uers.videatur sentire nobiscum.

AD VNDECIMVM, negatiuè respondetur,c.quod autem.& ibi glos.in uers.ut prosint,& Innoc.& Ioan.Andr.de pęnit.& remiss.Syl. loc.cit.§.6.nume.23.Angel. eodem ver.finali.Abb.in cap.cum ex eo,num.6.de pęn.& remiss. quamuis consulendum esset eidem,ne propter hoc in hac vita ab operibus pęnitentię desistat,eo vel maximè,quando pęnitentia daretur non solum propter prȩteritorum satisfationem peccatorum, sed in remedium futurorum,D.Tho.in addit.3.p.q.25.art.1.ad 2.idem Nauar. notab. 31. num.39.& 43.

Ingratitudo.

INGRADITVDO parit exhæredationem,& facit redire peccata præterita, (præter alia,)de primo vide glo.in capitulo.Quintauallis,in uersi. exhæredaret,de iureiur. Iason.in Authen. Non licet,C.de liber. præt. Mars.Singu.78.& per extensum, Couar.in capit.Raynutius,à num.7.& infra, de testam.Syluest.in uersic.hæreditas,§.1.& 2.vide Theol.in quarto,Sent.distinct.22.& ibi Magistrum.

Iuramentum.

PRIMO, iuramentum suppletorium, quamuis non petitum in prima instantia,potest tamen peti in causa Appellationis,& sic in 2.& 4. instantia,sed non post conclusionem,etiam ad instantiam petentis,Capyc.decis.35.nu.2.& 4.

Secundo,quot cōditiones requirantur, quando dari debet iuramentum suppletorium, vide Miran.6.par act.9.à num.1.usque ad 11.Gom.tract.de neglig.casu 130.& in c.fi.de iureiur.& quibus casibus non sit præstandum dictum iuramentum, vide Afflic. decis. 36.vbi numerat quindecim casus.

Tertio,iuramento damnum passi creditur,habentis animalia, quæ damnum facere in manu,vel vnum testem sine animalib.Capyc.decis.45.nu.4.et ibi Abb.de iniur.et dā.dato.

Quarto,inramēto an iuuetur lęsio vltra dimidiam iusti pretii, uel multum excessiua ruide Capyc dec.159 num.14.

Quinto,iuramentorum quot sint species,vide Nouell.de iur.protho.§..quamuis,à n. 113.

Sexto,iuramentum fidelitatis non tenentur clerici præstare Domino terrę,vbi habitant, nisi pro fundalibus,ad quod tenentur Episcopi etiam,Iser.in c.de for.fidelit.nume.6.in lib.feud.

Septimo,iuramentum non est dandum reo de veritate dicenda,nisi præcedant inditia,vel infamia,vel semiplena probatio,quia probabile est,eum peierare,timens plus tormenta quam periurium.Nauar. in c.inter verba,nu.746. quicquid dicat Clar. q.45. ver. sed quæro,nec excusat consuetudo in contrarium,cum sit contra ius naturale,et diuinum iuxta illud Corripe,Matth.c.18.

Octauo,iuramentm suppletorium non datur in criminalibus,et licet detur, nihil tamen prodest.Clar.q.36.in princip.

Nono,iuramentum de non petendo relaxationem a iuramento,non tenet.c.Archidiaconu.85.distinct.Nauar.cons.1.vt ecclesi.benef.sine diminut.confer.

O 2 Decimo,

Decimo, statur iuramento personæ propriæ, quando agitur de ijs quæ ad propriam consciẽtiam spectant, vt si quibus sæpius protestatus fuerit, se nolle profiteri Religionem, vel quid simile; Nauar. conf. 42. nu. 7. de Regul.

Vndecimo Iuramentum calumniæ, an excusset ab expensis, Vide Iason in l. properandũ, §. sin autem alterutra, num. 27. uers. nunc venio, de Iudic.

Duodecimo Iuramẽtum calumniæ debet præstari ab Actore primo, & postea à Reo, & etiam post con clusum in causis summarijs, sed in plenariis non nisi ex officio Iudicis, & non ad instantiã partis, Gem. in c. 1. de iura cal. li. 6. & in c. præsentium, notab. 2. de rest.

Tertiodecimo quæritur, per quam formam iuratur de calumnia? Respondetur ex Gemin. in c. præsentium, uers. sed quæ erit forma, de rest. lib. 6. ex Innoc. in hæc uerba: Iuro quod ueritatem dico, & si iuratur per procuratorem, dicitur Iuramus quod veritatẽ dicemus.

Quartodecimo quęritur an in Iuramento requiratur tactus scripturę: Respondetur, quod sic, imo corporalis tactus, aliàs non sufficit, ita Gemin. in c. is qui, notab. 2. de elect. lib. 6. & citat glossa in c. ut circa, eod. tit. & lib. & in Clem. 1. de hæret.

Decimoquinto, quando debet pręstari hoc Iuramentum? Respondetur, statim post litis contestationem, Gemin. lo. cit. per c. 1. de Iuram. cal. lib. 6.

Ignorans, seu Idiota, siue Rusticus.

PRIMO, ignoranti, seu idiotæ, siue rustico subuenitur per in integrum restitutionem. Primo quando non potuit consulere peritiores, Alex. in consi. 14. in fine, in 2. volum. Mara. 6. par. de appellat. num. 91.

Secundo, quando secutus est consilium indocti Doctoris, facit aliquid contra ius, Foller. in addit. ad Marant. lo. cit. num. 92. & hoc non solum in litibus, & causis, sed in contractibus, quia ex iusta credulitate, vel ignorantia causatur bona fides, euitatur commissũ Gui. Pa. decis. 24. nu. 2. & error iuris excusat minores, fęminas, milites, & similes personas, Abb. in c. his, qui, num. 12. de solutio.

Tertio ignorantia iuris intricati, seu abstrusi, æquiparatur ignorantiæ facti, Butrius in c. cum dilectus, de consuetudin. Capyc. decis. 69. num. 24. & hoc etiam facit pro ignorantia eorum, quæ continentur in extrauagantib. Bullis Summorum Pontificum, Pragmaticis, & bannis, quæ probabile est ignorari, cap. Pastoralis, de fide instrum. & quia memoria hominis est labilis, & hoc maximè in foro conscientiæ.

Quarto, ignorantia non facit causare deuolutionem beneficiorum, Abb. in cap. ex parte, num. 13. de concess. præbend.

Quinto idẽ de subtilitate iuris de qua ĩ spalib. nõ curam⁹, idẽ ic. cõstitut⁹, n. 26. de relig. do.

Sexto ignorans probabiliter se suspensum excommunicatum, vel interdictum celebrans non incurrit irregularitatem, nec requiritur, ut si multum curiosus in sciendo, dummodo nõ sit negligens, l. nec supina, ff. de iur. & fac. ignor. c. Apostolicę, de cler excõ. celeb.

Inimicitia.

PRIMO, inimicitiæ capitales, quæ dicantur, vide text. & gl. in l. licet, ff. de arbit. & Iser. in cap. quo tempore miles, in vsib. feud. & hoc potest deseruire pro excusatione residentiæ, pro repulsa testium, pro resignatione beneficiorum, & aliis huiusmodi, vide Alex. conf. 227. & Iser. in c. de stat. & consuetud. contra, & cæt. nu. 31. Peng. in direct. Com. doctor. & Felin. in c. repellantur, de accusat. nu. 3. Clar. q. 24. ver. item quæro, in fine. Primo qui occidit. Secundo qui conatus est occidere. Tertio, qui minatus est mortem. Quarto ex insidiis paratis vitæ. Quinto qui accusauit in causa capitali, vt vita, adulterio, hæresi, & aliis. Sexto qui testificatus in causa capitali contra aliquem. Septimum iniuriarũ probario, & alia huiusmodi.

Secundo, quãdo inimicitiæ excusant a residẽtia beneficii Ecclesiastici, vide inferius in uer. priuatio, §. 4. dub. 1.

Interesse

Intereſſe.

PRIMO, quando debeatur ſolito negotiari,& quouſque,& an debeatur iuris actione, vel officio Iudicis,& an viduę relictæ,vide Capyc.deciſ.19.per totam,vbi habes multa pro practica,& Gram.deciſ.58.nume.7.vbi habetur quando debeatur pęna poſita in contractu ratione intereſſe paſſi,& numero 9.dicit poſſe iudicem intereſſe ex officio liquidare.

Secundo,quando ex iuris actione,& in conſcientia,tam lucri ceſſantis,quam damni emergentis,vide Innoc.in c.in ciuitate,Ant.Butr.& Abb.in c ſalubriter,& in d.c.in ciuitate, de vſur.& gl.in c.conqueſtus,eo.tit.Nauar.c.17.num.211.Syluest.in uer.vſura,1.§.19. Mar.q.1.de iud.crim.vel ciuili,nu.37.& infra,Armilla,in ver.vſura,num.14.Soto lib. 6.q.1.art.3.& poteſt deduci in pactum,& ſemper,quod eſt verum poteſt ſumi,non ſolum ad decem pro centenario,ſed quindecim,& vigintí,Gui.Pap.tract.de vſur.nu.16. & Couar.lib.2.c.1.uar.reſol.per totum,D.Ant.2.par.tit.1.c.17.nu.14.Afflic.deciſ.20.& 30.D.Tho.2.2.q.78.ar.2.Flor.Theol.in 4.Sent.tracta.de vſur.art.3.difficulta.3.& hoc intereſſe poteſt exigi.Primo ratione moræ.Secundo coactionis.Tertio quando deducitur in pactum,Nauar.loc.cit.nu.211.vel ſ.quia non accipit,& nu.215 Couar.loc.cit.c. 4.nu.1.Nauar.in c.vnico,de offic.iud.

Tertio,quando debeatur genero ratione dotis non ſolutæ,vel à principio, vel in tempore promiſſo,vide Couar.loc.cit.& in c.ſalubriter,de uſur.& ibi Doctor.

Quarto,quando vidua relicta poſſit petere intereſſe dotis ſibi non reſtitutæ.vide Afflic.deciſ.248.& 291.Sot.lib.6.q.1.ar.2.de iuſt.& iure,Syluest.in ver.vſuræ,3.Caiet.2.2.q.78. art.2.ad 6.Ange.in ver.dos,§.vlt.Nauar.c.17.num.213.Couar.lo.cit.

Quinto,intereſſe,ſeu uſura ſtatim currit uenditori contra emptorem habentem rem emptam,& non ſoluentem pecuniam,Capyc.deciſ.187.nu.6.

Sexto,tribus modis debetur,& poteſt peti intereſſe.Primo,ratione moræ,vel doli,gl.in c. conqueſtus,de uſur.per cap.dilecti,de foro comp.& c.peruenit,& cap.conſtitutus, de fideiuſſ.Secundo,quando,quis mutuauit non libere,ſed vi,ut regibus,ciuitatibus,dominis. Tertio,quando mutuatarius tempore mutui fuit de hoc monitus,& fuit contentus, illud vna cum ſorte mutuata ſoluere.D.Tho.2.2.q.78 art.2.ad 7.quibus tribus caſibus non ſolum licet accipere,ſed etiam a principio paciſci de ſumma, quæ vltra ſortem ſibi repetenda eſt Sot.lib.6.q.1.art.3.de iuſt.& iure Nau.in cap.ſi fęneraueris,notab.15. num.42.

Septimo,an liceat ſumi intereſſe ante morã,vel culpam,ſi pecunia ſit mutuata à negotiatore,& per hoc ceſſauit à negotiatione,reſpondetur,quod ſic;Naua.lo.cit.nu.43.& 44.

Inſtrumentum.

PRIMO, ſi inſtrumentum de falſo redarguitur,debet exhiberi protocollũ,Guid.Pap. q.19.n.4.& quid ſi non inueniatur protocollum,vide;Couar.prac.q.c.19.nu.3.Capyc. deciſ.40.nu.1.& 2.Caputaq.deciſ.3.2.par.

Secundo,abbreuiatura Notarii non probat in Iudicio,ſed probat,& fidem facit, vt poſſit in publicam formam redigi,ſeu leuari,Guid.Pap.loc.cit.num.1.

Tertio,protocollum non ſufficit ad probandum,& ſi producatur protocollum,& inſtrumẽtum ſimul,potius protocollo,quã inſtrumento ſtandum eſt,ſed requiritur ſcriptura extenſa,Rebuſ.in 3.par.ſig.in uer.datum,nu.4.5.6.& 7.

Quarto,inſtrumenti copia,extracta à proceſſu,ubi pręſentatum fuit,facit fidem,Guid Pa. q.71.num.1.vide cap.2.& ibi gloſ.in uer.Authentica,de fide inſtrum. oppoſitum videtur dicere Caputaq.deciſ.101.licet loquatur pendente lite, idem de ſcriptura extracta a proceſſu abſq; extractione totius proceſſus,non facit fidem;idem deciſ.113.par.3.

Quinto, copia alicuius scripturæ non facit fidem, nec in iudicio, nec extra nisi originale, dec. Rot. 8. de dolo & contu. in nouiss. vide Couar. prac. c. q. 19. nu. 1. ad decis. Guid. Pap. potest dici primo, quod ita seruatur in partibus Franciæ; Secundo, quod valet in antiquioribus, ita Couar. loc. cit. c. 2. nu. 6. & c. 20. nu 4. vers. 6. & c. 22. num. 1.

Sexto, quæ circunstantiæ requirantur ad hoc, vt instrumentum possit liquidari? vide Mara. 6. par. actu 8. nu. 32. & infra.

Septimo, quæ sint necessario ponenda in instrumento, & an sine eis dicatur nullum, vel falsum; vide Couar. loc. cit. c. 20. nu. 1. & infra.

Octauo, cui magis credendum sit, scripturę, testamento, seu instrumento, an testibus deponentibus contra dictas scripturas, vide glos. in c. cum Ioannes, in vers. quodlibet instrumentum, de fide instr. Gl. in c. si testes, 4. q. 2. decis. Rot. 3. de offic. vic. in nouis. nu. 4. Apostilla in regula, pluralis, de reg. iur. lib. 6. & quot testes requirantur ad illidendum instrumentum, seu testamentum, vide Couar. loc. cit. c. 20. nu. 6. Conclus. 1. & 2. vbi concludit, sufficere duos fide dignos, etiam si in instrumento fuerint plures scripti, & li... c. 13. nu. 11. var. resol. & Fel. in d. c. nu. 35. & Folle. prac. cri. f. 135. n. 64 Inn. in d. c. Ioannes, nu. 2. gl. in c. in nostra, de test. & Caputaq. decis. 100.

Nono, instrumentum liquidum non admittit compensationem, Afflic. decis. 382. nu. 6. quamuis oppositum sentiant alij Doctores, prout dixi in ver. compensatio, nu 6. & 7.

Decimo, instrumentum dotale admittit compensationem, Afflic. decis. 121. & sic non habet executionem sicut instrumentum liquidum.

Vndecimo, instrumentum alienationis rerum ecclesiasticarum ex diuturnitate præsumitur habere solennitatem, idem decis. 368. nu. 7.

Duodecimo, instrumentum diuisionis probat dominium, Afflict. decisio. decimaquarta, numero 2.

Decimotertio, instrumentum confectum à Notario vasallo pro, vel contra Baronē suum, an probet, vide Vinc. de Fran. dec. 118. nu. 1. vbi negatiuè respondet.

Decimoquarto, instrumentum quomodo reddatur suspectum, vide Abb. in cap. cum venerabilis, num. 6. & 8. de relig. domib.

Iurisdictio.

PRIMO, iurisdictio, an possit exerceri ab Episcopo inter suos subditos inuitos, tamen in aliena Diœcesi, etiam de licentia Episcopi illius, vide Abbat. in Clemēt. Quamuis, num. 7. de foro comp. ubi uidetur dicere negatiuè, Couar. de spons. 2. par. c. 8. §. 8. nu. 15. Idem Gemin. in c. fi. iuxta finem, de elect. lib. 6.

Secundo, quænam sit iurisdictio contentiosa, & quæ voluntaria uide eund. Gemin. loco cit. ver. sed nunquid, vbi dicit, quod iurisdictio contentiosa est illa, quæ fit in inuitum, & inter partes contradicentes, uelut dicitur in contradictorio iudicio; uoluntaria quæ fit sine his, & sic Episcopus per istam uoluntariam iurisdictionē potest extra suum territorium ponere edictum, expedire citationem, modo trahatur ad locum intra suū territorium, potest delegare causas, conferre beneficia, absoluere a censuris, prout dictum est multis in locis huius Praxis.

Iudæus.

PRIMO, cum delinquit, ratione delicti sortitur forum Ecclesiasticum, c. postulasti, de iud. vide Abb. in Clem. 1. nu. 2. de testa.

Secundo, si committit delictum sapiens hæresim, Inquisitor, seu Ordinarius potest procedere contra eum, c. accusatus, §. sane, lib. 6. de heret.

Tertio, si crimen sacrilegii, datur præuentio, Guid. Pap. decis. 63. num. 1. vide Syluestr. in ver. Iudæus, num. 10.

Quarto,

Quarto, an Iudæus publicus vsurarius possit condere testamentum, vide Couar. lib. 3. ca. 3. uer. 7. var. resol. Abb. in c. quanto, de vsuris.

Irregularitas.

PRIMO, de hac materia, cum sit exuberans, uide Nauar. c. 17. nu. 195. & infra, & Summistas in uer. irregularitas, præsertim Reuerendissimum Maiolum Episcopum Vulturaniensem Beneuent. prouinciæ, in opere suo de hac materia.

Secundo, dubitatur, an qui inciderit nasum, uel aurem alicuius, sit irregularis; De primo videtur, quod sic, cum sit membrum; De secundo idem sentit Nauar. c. 27. nu. 223. notab. 7. sed Couar. in Clemen. furiosus, de homic. est contrariæ opinionis, & ita magister meus cum quo ego sentio, propter rationem, quia auris potius est quędam cartilago, quam membrum, Couar. lo. cit. 3. par. nu. 3.

Tertio, abscindēdo digitum, modo non sit pollex, uel index, non incurritur irregularitas, Nauar. lo. cit. num. 206. notab. 2. Caiet. 2. 2. q. art. 1. quamuis Sot. lib. 5. q. 2. artic. 1. uideatur tenere oppositum, sed magister meus est cū Nauarro, & ita ego etiam; Ratio est, quia cæteri digiti non dicuntur membra, sed partes, Abb. in c. cum illorum, nume. 8. de sent. excomm. si tamen absc inderet quis partem digiti pollicis, uel indicis, ob quam non impediretur celebratio, non esset irregularis, & ille sic mutilatus, posset promoueri. Naua. consi. 1. de corp. uitiat.

Quarto, dubitat, seu reddit inutile membrum, uel languidum, non est irregularis, Nauar. loco cit. num... notab. 9. Soto loco cit. Abb. in cap. clericis, num. 9. ne cler. uel monach. & in Clem. Si furiosus, num. 7 de homic. & in cap. 1. num. 1. de cler. pug. in duel. & c. Diaz. prac. crim. Canon. c. 91. ratio est, quia requiritur membri obtruncatio, Couar. loco cit. num. 7. Nauar. consi. 2. de homic.

Quinto, an, qui vulnerat uel vulnerare facit aliquem in facie, causando cicatricem magnā vt vulgo fit lenonibus, sit irregularis, & uidetur quod non, quia irregularitas huius generis non contrahitur, nisi per homicidium, uel realem membri obtruncationem, Clemen. uni. de homic. & ibi Abb. nu. 6. facit ca. si euangelistas, 55. dist. Nauar. & Soto loco cit. & Diaz in d. c. loquitur, nisi de obtruncationib. membrorum, & quamuis in ca. 138. loquens de vulnere illato in faciem, maximam debere fieri ait æstimationem, tamen nō loquitur quo ad irregularitatem incurrendam, sed quo ad pœnam imponendam pro illo delicto, cum irregularitas non incurratur, nisi ubi reperitur in iure cautum, ut patet iurib. vulgatis, Couar. in Clem. si furiosus, 2. p. §. 2. a nu. 3. & infra, & post hanc meā sententiam, in prima impressione reperi Nauar. in consi. de homic. ubi clare tenet, quod vulnerans aliquem in facie etiam quod totum vultum deformet, non est irregularis, quicquid dicant aliqui sine ratione.

Sexto, quia dixi in ver. moderamen, occidentem aliquem ob sui defensionem, non esse homicidam, nec irregularem, tamen fallit, quando quis occidit, (se defendendo,) maritū, ad cuius vxorem ipse adulterandi causa accesserat, Nauar. c. 7. num. 15. & c. 27. nu. 238. quod tamen solum locum habet in marito, non autem in alijs, Soto lo. cit. q. 1. art. 9.

Septimo, Si maritus occidit vxorem propter adulterium commissum cum clerico, clericū illum effici irregularem, Nauar. lo. cit. in fine. & quod Pius V. ita declarauit, tamen oppositum videtur verius, & ita alij, sentiunt quod Pius V. ita dixerit, ut Doctor, non vt Papa, argum. c. a quodam Iudæo, de consecrat. distin. 4. & hoc mihi magis placet, quia non est causa proxima, seu propinqua, quæ requiritur ad incurrendam irregularitatem, nec causa per se intenta, & volita, nec actus ordinarius ad homicidium, quia aliud est, intendere adulterium, & aliud homicidium, Nauar. cap. 27. num. 111. & 220. Sot. lib. 8. q. 1. ar. 4. de iust. & iure, & Inn. in cap. ad audientiam, nu. 7. de homic. dicit, quod debet esse causa proxima, & Nau. cons. 19. de homic. nu. 2. & 5. dicit, quod quando causa est admodū

remota, etiam si sit illicita, non inducit irregularitatem sed debet esse proxima ex intentione, & sua ipte natura ad homicidium sufficienter directa, quod non constat in adulterio, licet ipsemet Nauar. conf. 34. eod. tit. teneat primum, imo conf. 35. eod. tit. dicit, quod si maritus ita percusserit vxorem prægnantem ob adulterium suspicatum cū clerico, quod abortiuit, etiam efficitur irregularis, sed hoc mihi non placet, ob rationes superius allatas, & multi recentiores sunt meę opinionis.

Octauo, quod in omni irregularitate occulta, præterquam ex homicidio voluntario, potest Episcopus, & suus Vicarius dispensare, Conc. Trid. Sess. 24. c. liceat, hinc fit primo, quod qui occidit hominem in bello iusto, licet sit irregularis, tamen non est reseruata Papę licet sit publica, sed potest Episcopus; ratio est, quia non est homicidium voluntarium; Armilla in ver. irregularitas, nu. 13. Caiet. in Sum. in ver. irregularitas, & ita censendum est, de iudice condemnante vel ad mortem, vel ad mutilationem, sed hæc licet vera sint in se circa hoc, tamen ex alio c. non potest in hoc dispensare Episcopus, etiam si esset occulta; Ratio est, quia non adest culpa, nec crimen, & vbi non est crimen, vel culpa, non potest Episcopus dispensare, Nauar. c. 27. nu. 134.

Nono, in irregularitate, quæ prouenit ex bigamia similitudinaria, etiam publica, potest Episcopus dispensare c. sane, il 2. & ibi gl. de cler. coniug. Gom. tract. de breui. nu. 20. & 21. Staph. de lit. grat. f. 34. nu. 8. & 9. Sylua. tract. de benef. 4 p. q. 7. nu. 8. ver. 13. & 14. Nauar. c. 27. nu. 197. & c. 1. & ibi gl. qui cler. vel uouen. modo sit uirgo illa, quam clericus in sac. duxerit vxorem.

Decimo, an Episcopus possit dispensare cum promoto per saltum, vel sine dimissoriis, vel ante ætatem, vel sine patrimonio, & aliis requisitis; vide in uer. dimissoriæ, §. 3. & 4.

Vndecimo, irregularis est, qui iterat baptismum, tam baptizans quam baptizatus, c. eos, de consecrat. distinct. 4. & c. 2. de apostat. sed hoc solum in sacramento baptismi, non in aliis, etiam imprimentibus characterem Sot. 4. Sen. distinc. 25. q. 1. art. 3. & distin. 4. q. 1. art. 9. Ratio est, quia in baptismo hoc fuit decisum contra Anabaptistas. Syluest. in ver. irregularitas, nu. 6. §. 4. Nauar. c. 27. nu. 246. nisi ignorantia probabilis excusaret, quæ excusat ab incursione etiam censurarū tam iuris, quam facti, Nauar. c. 23. nu. 47. Syluest. in uer. excommunicatio secunda, §. 2. nu. 2. & in uer. excommunicatio, 10. §. 3. Sot. 4. Sent. distin. 22. q. 1. art. 2.

Duodecimo, Qui baptizatus est domi ab obstetricib. uel a quolibet propter periculū mortis, vel aliàs, cum debita forma, non potest rebaptizari in Ecclesia, nec sub conditione, Nauar. lo. cit. notab. 2. Soto distin. 2. q. vnica, in 4. Sent. Victor. in Sum. Sacram. q. 16. sed Nauar. lo. cit. cautè est legendum, dum dicit non esse irregularem, qui bona fide rebaptizat, nam oppositum est verius, vt ait, Soto lo. cit. ar. 9. & Alphon. de Cast. lib. 1. c. 7. de lege, pœna. Catech. Rom. tract. de baptis.

Decimotertio, est etiam notandum, quod sæpè, & semper in iubileis venit facultas absoluendi ab omnibus censuris, & pœnis, quod non ob hoc datur facultas dispensandi super irregularitatibus, Nauar. loco cit. nu. 250. & nu. 194. & Soto lib. 5. q. 1. ar. 4. in fi. de iusti. & iure, rationes vide in dictis locis, hoc solum dicam, quod non obstat quod ibi dicitur, à pœnis & quod irregularitas sit pœna, ergo includitur. Primo, quia non est verū, irregularitatem esse pœnam, si enim sic esset, non incurreretur, nisi cum peccato, quod est falsum, cum aliquando incurratur etiam cum merito & cum lucro indulgentiarum, vt patet doctrinis vulgatis, non enim imponitur pœna, nisi propter culpam, cap. secundo, de constit. Gemin. in ca. si compromissarius, §. si vero, notab. 3. de elect. lib. 3. Secundo, quia pœna est triplex? Vna quæ imponitur à Confessario pro satisfactione; Secūda, quę suscipitur ab ipsomet pœnitente; Tertia, quæ imponitur a sacris Canonibus pro qualitate criminis, & de his pœnis loquuntur Bullæ, & Iubileum. Tertio, quia irregularitas non est propriè pœna, nec absoluitur, sed inhabilitas, seu Canonicum impedimentum, sed dispensatur, & hoc clarè ostendit Gregor. XIIII. in Iubilæo a sua Sanctitate edito

die

die prima Ianuarij 1590. anno sui Pontif. primo.

Decimoquarto, an possit Episcopus, vel suus Vicarius generalis dispensare super irregularitate occulta, contracta ab eo, qui est alterius Diœcesis; vide in verbo, Vicarius, dicto 5 principali dub. ubi habetur quod sic.

Decimoquinto, quid si sacerdos celebraturus die festo, vel alio, esset irretitus aliqua censura ecclesiastica, & nisi celebraret, immineret aliquod scandalum, an sic celebrando in curreret aliquam irregularitatem; prima opinio est Couar. in cap. alma mater, 1. par. §. 2. num. vlt. de sent. excom. lib. 6. dicentis nullo modo licere, & quod incurreret; Secunda opinio est Soti 4. Sent. distin. 12 q. 1. art. 4. col. vlt. vbi in casibus reseruatis, dicit licere, in censuris uerò non; Tertia opinio est Nauar. lo. cit. nu. 239. & Flor. Theol. in 4. Sent. ıra cta. de suscip. Euchar. art. 4. difficul. 4. ubi dicunt, non incurrere irregularitatem aliquã; Conclusiuè tenendum est cum tertia opinione, ratio vulgaris, quia necessitas non habet legem. Secundo quia præceptum de euitando scandalum, est diuinum, & naturale, de non celebrando uero propter incursionem irregularitatis, est positiuum, quia omnis irregularitas est de iure positiuo, (ut patet,) ergo præualet primum beneficium, faciunt ea, quæ dicit idem Nauar. cap. 6. num. 7. & 4. & Syluest. in uer. homicidium vlt. numero secundo, §. 8. uer. 14. & Abb. in cap. cum non. num. 3. de decim. quando verò esset in peccato mortali, quid agere debeat, vide Conc. Trid. Sess. 13. c. 7. & Can. ult. & Soto 4. Sent. dist. 12. quæst. 1. art. 4. col. fin. & distin. 13. q. 2 artic. 6. Nauar. c. 25. num. 49. & 76. D. Tho. in addit. 3. par. q. 6. artic. 5. Idem etiam dicendum est, quando administrat quodlibet Sacramentum in casu necessitatis, ut patet doctrinis vulgatis. Innocent. in capit. cum medicinalis.

Decimosexto, an irregularis celebrans possit iterum excommunicari; Respondetur, quod sic, c. si quis presbyter, il 2. 11. q. 3. ex Concil. Carthag. 2. c. 8.

Decimoseptimo, an Episcopus possit dispensare cum bigamo ad primam tonsuram, & ad minores ordines. Gom. tract. de breui. nu. 20. recitat duas opiniones & dicit, quod stante causa legitima, & euidenti, quod sic, & idè confirmat Aten. lib. 7. tit. 7. q. 7. per Cano. Quicunque, il 2 50. dist. idem Host. in sum. tit. de bigam. in fine.

Decimooctauo, an Episcopus suspensus à Pontificalibus celebrans efficiatur irregularis, vide Anch. u. in cap. primo, numero 3. de sent. excom mun. lib. 6. & uide in uer. suspensio, §. 6. Innoc. in cap. cum medicinales, num. 2. dicit quod suspensus a Pontificalibus, etiam si celebret in Pontificalibus, non efficitur irregularis, quia pontificalia non sunt de substantia ordinis, secus uero si esset suspensus a diuinis, uel ab officio, uel ab executione ordinis, uel a celebratione missæ, uel ab aliquo huiusmodi, & exerceret aliquid, quod esset de substantia ordinis, nam collatio ordinis, non est de substantia ordinis, sed dignitatis. Dices, si est suspensus a collatione ordinũ, vel beneficiorum, si conferi, nonne est irregularis? respondetur quod non, quia ista non sunt ordines, sed ordinarius carebit executione ordinum, & beneficij collatio non teneret. Host. in Sum. tit. de dispensat. §. sunt autem casus, uer. 14. cætera uide in addit. magnis.

Interdictum.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit interdictum.*
2 *A quo possit imponi.*
3 *Quibus causis.*
4 *Quæ liceant fieri durante eo.*
5 *Quæ prohibeantur.*
6 *Quomodo absoluatur.*

AD

AD PRIMVM, est triplex, Nauar.c.27.num.166.& infra, Syluest.in uer.interdictū, 1 §.2.nu.6.

AD SECVNDVM, regulariter, qui potest excommunicare, potest & interdicere, idē locis cit. Conc.Trid.Sess.25.c.12.de reform.Regul.

AD TERTIVM, Nau. vbi sup.& Syluest.eod.versi.3.§.5.So.4.Sent.dist.22.q.3.ar.1.propter delictū populi, oppidi, vel ciuitatis generale, seu speciale, vel Domini ciuitatis, vel prouinciæ, uel particularium personarum, quando de facili corrigi non possunt, Abb. in c.petistis, nu.1.de priuil. Couar.lib.2.c.9.in fi.var.resol.D.Ant.3.pa.ti.16.c.3.§.itē, uide Bullam Leon.X.quæ est 16.fol.131.

AD QVARTVM, & QVINTVM, uide Nauar.vbi sup.& Syluest.eo.ver.5.§.2.ubi habetur posse fieri multa, s.Sacramentum Baptismi, Confirmationis, Pœnitentiæ ægrotis, Matrimonii, Viatici, celebrare semel in hebdomada ad renouandum Sacramētum, die Natiuitatis Domini, Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis Beatæ Virginis, in festo Corporis Christi, & per totam octauam, in die Conceptionis Beatæ Virginis, Couar. in c. Alma mater, 2 p.§.1.& per totum.

AD SEXTVM, si est temporaneum, non indiget absolutione, Syluest.loc.cit.3.nume.13. §.9.uer.secundum, & idem de suspensione temporanea, idem in uers.suspensio, §.8.gl. in Clem.1.in uer.donec, de decim. Nauar.ibidem nu.161.Notab.6. Couar. de sponsal. 2.par.c.6.nu.16.Diaz prac crim.Can.c.122.iuxta medium, secus de excom.temporan. Doct.lo.cit.Abb.in c.ex tuarum, nu.3 de Sortileg.

Primum dubium, an tempore interdicti prohibeatur prædicatio uerbi Dei, respondetur, quod non; similiter de electione, & expositione sacræ scripturæ, Sermonibus, & Doctrina Christiana, e.responso, de sent.excom.Inno.in c.tanta, nu.1.de excel.prælat.

Secundum dubium, ac celebrans in loco interdicto fiat irregularis, Respondetur, quod sic, c.is qui, §. is uero, de sent.exco.lib.6.secus vero si esset Ecclesia interdicta per sanguinis, uel seminis effusionem, Innoc.in ca.fi.nu.7.de excel.prælat.& Anchar.in d.c.is qui, num.1.

Tertium dubium, an qui moritur durante interdicto, eo postea sublato, possit sepeliri in loco sacro, respondetur quod sic, Inno.lo.cit.

Quartum dubium, quinam admitti possint ad audienda sacra tempore interdicti, uide Nauar.lo.cit.nu.180.Innoc.in c.quod nonnulli, nu.2.de priuil.

Quintum dubium, quæ nam dicantur suburbia adhærentia, & vsque ad quem locum durent, uide Anch.in c.si ciuitas, de sent.excomm.lib.6.num.2.& quid de domib. separatis, & non contiguis ciuitati, uel suburbiis, idem ibidē, & facit pro intellectu huius text.

Sextum, interdictum non potest poni in Ciuitatem, Castrum, & c.pro debitis pecuniariis. Bonifac.VIII.Bul.1.Clemēt.Bul.35.uide bul.Pij V.155.quæ incipit. Romani, & Greg. XIII.Bul.7.quæ incipit: Ea est rerum.

Libellus famosus.

PRIMO, libellus famosus quid sit, quæ pœnæ componentis illum uel legentis, uel nō lacerantis, uide glos.in Sum.5.q.1 §.ob carnem.4.qu.3.l.unica.C.de famos.libel. Syluest.in uer.libellus, §.5.Ang.eod.uer si.§.1.& bullam Pii V.de hac materia, uide Couar. lib.1.c.2.nu 7.uer.2.uar.resol.uide Nau.in c.pen.nu.5.de pœn.dist.6.ubi habes, quę peccata committantur ab illis, qui componunt libellos famosos.

Secundo libellum famosum faciens contra Papam, uel Cardinales, sunt excommunicati ipso iure, Extrauag.Marti.V.similiter contra Generales Mendicantium. Caiet. in uer. excommunicatio, c.81.& similiter contra prælatos Ecclesiæ Conc.Elibert.in ca.si qui, 5.quæst.1.

Tertio, qui faceret libellum animo publicādi delicta iuridicè, & ea probādi, & vt crimina

illa

illa hoc medio publicentur, ut probata puniantur, non incurrunt aliquam pœnam, contra quidam maligni, 5. q. 1.

Laudemium.

PRIMO, Laudemium non debetur in permutatione, donatione, datione in solutum, sed solum in uenditione, nec in noua inuestitura, Boer. decis. 263. & Guid. Pap. q. 92. num. 1. & quamuis loquatur in feudo, potest tamen extendi ad omnes contractus huiusmodi, propter identitatem rationis, idem num. 1. 2. & 6. nisi aliter habeat consuetudo, vel pactum, ibidem nu. 12. 13. & 14. Guid. Pap. p. 415. nu. 3.

Secundo, quibus casibus Laudemium solui non debeat, vide Syluest. in uer. emphyteusis, num 28. §. 21. vbi enumerat quinque casus, uide Guid. Pap. q. 48. num. 2. nec debetur in remissione, quę fit inter socios, idem q. 42. num 2. Tiraq. de utroq; retrac. titu. 1. §. 6. gl. 1. a nu. 1. & infra, & §. 1. gl. 2. num. 7. vide Vinc. de Fran. dec. 201. vbi habes an debeatur in legato, & quare debeatur, an in donatione, vide Rodoan. trac. de reb. Eccles. non alien. q. 66. & q. 2. c. 10. & 11. contractus censuales, §. 6. Silu. in uer. dos, §. 8. nu. 9.

Tertio, quanta sit pars Laudemii soluenda directo domino ab emphyteuta de precio, quo uendit ius suum, vide superius in uer. emphyteuta, nu. 5.

Quarto, an debeatur ex donatione pura, uel conditionali, uel ex dotatione, vide Cap. Tolos. q. 278. & in Addit. vbi habes pulchra pro practica.

Libri seu Catastica.

PRIMO, libri terragiorum, & computorum Prælatorum, vel Capitulorum, & aliorũ dominorum, continentes censuales debitores, & emphyteutas ipsorum, & solutionẽ illorum, probant contra illos debitores, & censuales, & non contra alios, nisi esset consuetudo in contrarium, quod etiam facerent fidem contra omnes, Anch. cons. 39. incipiẽte, primo de iuribus, col. 1. Salic. in l. exemplo, C. de prob. Boer. decis. 105. nume. 13. vide Couar. prac. q. c. 22. per totum, sed nu. 8. dicit, quod libri rationum faciunt probationem Nouel. de iure protho. §. quintus, num. 63. & 64. & infra, sed uide Bart. in l. nuda, de donat. ff. & si ecclesia probat solutiones decennales, habet intentionem fundatam licet nõ doceat de titulo emphyteusis, sufficit enim ut illam alleget, & probet solutionem. Fel. in c. cum Bertoldus, num. 38. de re iud. Caputaqu. decis. 292. par. 1. & per testes probatur solutio, & possessio etiam si sint singulares, modo sint contestes in generali. Felyn. in cap. licet ex quadam, de test. Caputaq. decis. 342. p. 2. Vide Gemin. in cap. 1. uers. quero an petentes, de præscrip. lib. 6. licet remissiue. & Abb. in cap. ad audientiam, num. 4. dicit tenementi, quod creditur libro censuali antiquo alicuius Ecclesiæ, dummodo reperiatur in loco non suspecto, & ibi conseruatur, & locus non suspectus dicitur Camera Episcopi, Abb. ibi, nu. 5.

Secundo, solutio mercedis, probat possessionem contra tertium, Boer. loc. cit. nu. 14. & quã do pet famã probare sufficit dominium in antiquioribus, vide Foller. in addit. ad Maran. 4. par. num. 57. & quando arrendamenta, & census solutiones non probent dominium, vide Gom. q. 2. de exprim. valo. benef. vide in uers. dominium registri an faciant fidem, vide Inn. in c. 1. de procurat.

Tertio, libri antiqui quomodo probent limites, seu terminos, similiter fama, & testes, uide Abb. in c. cum causam, de proba. uide Panor. in c. peruenit, nu. 2. & 3. de censib.

Quarto, libri non possunt imprimi, sine præuia licentia, & approbatione superioris, Concil. Later. sub Leone X. Sess. 10. §. sacro, & Conc. Trid. Sess. 4. ca. de editio. librorum. Leo. X. Bul. 7. & Pius IIII. Bul. 98. quæ incipit, cum per, & Bull. 108. quæ incipit, cum inter.

Quinto, libri mercatorum, thesaurarii, vel Consulum, quando probent, & quando non, vide Caputaq. decis. 155. par. 2. & seq.

Sexto,

Sexto, libri mercatorum probant uſque ad ſummam ducatorum 20. Paul. III. Bull. 47. quæ incipit, Dudum, & Pius IIII. Bul. 59. quę incipit, volentes, diſponit, ut probent, vſque ad ducatos 30.

Litis conteſtatio.

PRIMO, litis conteſtatio eſt neceſſaria tam in criminalibus, quam in ciuilibus, c. unico, de litis conteſt. gloſ. in c. Dudum, il 2. de elect. in verſ. reſponſione.

Secundo, an ſit neceſſaria in appellatione ab interlocutoria, vel diffinitiua, vide Couar. in c. Raynaldus, §. 2. nu. 1. de teſtam. & Maran. in tit. de lit. conteſt.

Tertio, an iudex poſſit cogere actorem, uel reum ad litem conteſtandum, & an ſub pœnis, & an poſſit abſque ea procedere ad ulteriora, uide Maran. lo. cit. nu. 4. ſi lis non fuerit conteſtata, corruit totum ædificium cauſa, & poteſt dici de nullitate, quia uocatur la pis angularis totius cauſæ. Doct. citati.

Quarto, quando non requiritur litis cõteſtatio, etiam de iure Canonico, vide Hoſt. in Sũ. tit. de offic. iudicis, §. & vtrum deſideret, nu. 2.

Quinto, quomodo fiat litis conteſtatio in Ciuilibus, & Criminalibus, Reſpondetur, quod in Ciuilibus fit per affirmationem, uel per negationem, collitigantium, in Criminalibus, quando Iudex interrogat, & reus reſpondet negando, uel affirmando, & talis interrogatio, & reſponſio, inducit litis conteſtationem.

Sexto, an in criminalibus ſit neceſſaria litis conteſtatio? Reſpondetur, quod ſic. Abb. in c. cum dilectus, nu. 3. de purgat. Canon. ubi dicit, quod ſi proceditur ex officio non, ſi ad inſtantiam partis ſic, Clar. q. 45. uerſic in primis, ubi habes, quod ſi reus eſt contumax, non eſt neceſſaria, ſed condemnatur in abſentiam, ſi eſt præſens requiritur, etiam abſq; præſentia partis, nec eſt neceſſaria, ſi proceditur per uiam denunciationis. Foller. c. 10. num. 17.

Septimo, an ſint neceſſaria uerba expreſſe ad litis conteſtationem, reſpondetur vltra prædicta, quod pro practica ſic proceditur, examinato reo, iudex ipſo reo audiente, & præſente, poteſt dicere hæc uerba, & hæc omnia dixit animo conteſtandi litem, uide Mar. de lite conteſt. nu. 12.

Legatum.

SVMMARIVM.

1 *An teneatur quis ſoluere legata ad dictum unius, qui aſſerit patrem ipſius hæredis, uel legatarij id ſibi dixiſſe, antequam moreretur.*

2 *An legatum ad vnum uſum, poſſit Epiſcopus mutare in alium.*

3 *Vtrum debeatur quarta legatorum Epiſcopo, & Parocho.*

4 *Si pater legat filiæ mille, ut fiat vxor, uel vt contrahat matrimonium, ſi fiat deinde monialis, an ea mille ſibi debeantur.*

5 *Vtrum filius, cui pater, uel quiſpiam leganit ut Doctoretur, ſi non adimplet, uel ſurreptitiæ, poſſit illud habere, quod ſibi legatum fuit.*

6 *An hęres teneatur ſoluere ultra vires hæreditatis patris.*

7 *An uxor cui maritus legauit aliquid, ſi ſeruauerit lectum uidualem, vel caſte vixerit, et poſtea fornicet̃, poſſit illud ſibi retinere, et ſi nubat infra annũ, pdat ſibi a marito lega.*

8 *An locorum Ordinarij poſſint exigere quartum mobilium decedentium ab inteſtato.*

9 *Quid facere debeat Epiſcopus circa legata pia, ut ſoluantur, & exequantur.*

10 *Quot teſtes requirantur de iure Canonico.*

11 *An Epiſcopus poſſit compellere hæredem ad executionem legatorũ, & quis Epiſcopus, & hoc*

& hoc etiam pertineat ad iudicem secularem, & detur locus preuentioni.
12 *An legata in testamento minus solenni debeantur.*
13 *Legatum relictum alicui Ecclesię, an Prelatus repudiare possit sine solennitatibus a iure requisitis.*
14 *Legatum factum pro maritandis puellis, an possit permutari pro maritandis eisdem.*
15 *Legata qui soluere debeat, proprietarius, an usufructuarius.*

AD PRIMUM, videtur quod non Syluest. in ver. hæreditas, 3. num. 9. §. 7. Nauar. c. 17. nume. 117. notab. 24. Syluest. an ver. Legatum, 4. nume. 9. §. 9. c. relatum, de testa il. 1. c. cum esses, eo. tit. D. Ant. 3. p. tit. 10. c. 4. §. 8. in princ. Soto li. 4 q. 4. ar. 3. de iust. & iure, Astens. lib. 3. tit. 4. att. 1. q. 3. Armil. in ver. legatum, nu. 51. Couar. in d. c. cum esses, per totum, vbi multum adstringit, quam cæteri Doct. tamen negatiue respondetur, nisi cōstaret ipsi hæredi de voluntate defuncti, prout Sylnestr. in ver. testis, §. 5. dicto 6. & Panor. in c. in nomine, de testi. & Doct. citati, hoc etiam admittitur, facit quod dicit Gom. qō. 61. colum. 5. de trien. poss. quod ex actu etiam nullo, colligitur, & declaratur mens, & voluntas disponentis, l. fi. ff. de iure codicl. vide Boer. decis 14. num. 14. quando sufficiunt duo testes in testamento; hoc fallit in legato ad pias causas, vbi statur iuramento exequutorum, & iuramento Curati, vel Sacerdotis, petentis Legatum pro Missis celebrandis, & quando agitur de modica expensa, Gui. Pa. q. 589. & Bal. in Marg. Innoc. in ver. testator, q. 1. dicit, quod legatū ad pias causas valet, etiam, si dispositio sit captatoria Bar. & Cyn. in l. captatorias, C. de testa. milit. Nauar. cons. 1. de testa. & consilio 6. & 16.

AD SECVDVM, videtur quod non, Clemen. Quia contingit, de relig. domib. vbi habetur, hoc non posse sine auctoritate Sedis Apostolicę, Staph. de lit. grat. fol. 362. num. 15 dicit, quod hoc est de casibus reseruatis Papæ, Couar. in c. tua, de testa. nume. 7. clamat hoc non posse, nisi a Summo Pontif. Gui. Pa. quæst. 559 dicit non posse Episcopum, & ita fuit decisum in facto, licet quidam contrarium tenuerint Gemin. in ca. si Abbatem vers. secundo dicit, de elect. lib. 6. Conclusiue quidquid sit, dico, posse Episcopum, pecuniam a testatore in certum vsum pium nō ita necessarium destinatum dispensare, expendi in alium itidem vsum pium, magis necessarium, cui necessitati aliunde subueniri nequeat absque maxima difficultate. text. est in l. pen. ff. de oper. public. Couar. loco citato, in fine. Sylua. trac. de benef. 1. par. q. 6. numero 12. ver. 5. Syluest. in ver. legatum, 4. numero 12. Tabie. in ver. legatum, 2. num. 2. & infra, ut si quis legat alicui Ecclesiæ Calicē, quo ipsa non indigeat, sed caret Planeta, seu casula, quæ fieri non potest, obtenuitatem redditum, tunc poterit Episcopus pecuniam relictam pro Calice conuertere in casulam faciendam, nec ad hoc opus est consensus hæredis, Gom. in qua st. 92. de trien. possess. dicit requiri consensum hæredis, sed hoc intellige, quando non possit adimpleri de iure, & de facto, vt Syl. lo. cit. ad Clem. & Staph. respondetur, quod illud intelligitur quando non adest causa necessaria, ita Doct. superius allegati, vide Abb. in capitu. nos quidem, de test. & in d. Clem. Quia contingit, & Innoc. in d. ca. nos quidem, & quando legata relicta pauperib. possint darī filio spurio testatoris, vide Boer. dec. 127. num. 14. & 15. imo hoc potest facere execut or suis consanguineis pauperibus, Abb. in c. 1. num. 5. de cohab. cler. & mul. sed Cap. Tolos. quæst. 26. dicit, quod non potest mutari legatum factum per aliquem testatorem, videlicet, vt certum bladum annuatim ob amorem Christi in panem coctum daretur pauperibus, & Episcopus dedit prædictum legatum vni presbytero pro missis celebrandis, & quod hoc non potuit facere Episcopus, patet per cap. nos quam, de testa. & per allegata a nobis hic, imo nec si relinqueretur multis pauperibus, posset exequutor illud dare vni pauperi, sed pluribus, & potest dare suis filiis, si sunt pauperes, addit. ad Cap. Tolos. in q. 128. Et similiter quando legaretur fieri aliquid qd nō pōt fieri, put testator disposuit, Gemi. in c. gratia ver. nota bn istā gl. de rescr. lib. 6.

AD

AD TERTIVM, prima conclusio est, quod de omnibus legatis, & relictis Ecclesiis existentibus in sua diœcesi, competit quarta pars Episcopo, c. requisisti, c. officii, de testam. Syluest. in uer. canonica portio, §. 4. & hanc quartam partem Episcopo soluere debet Ecclesia, seu locus pius, cui legatum fuit, non ipse hæres, Couar. in d. c. officii. n. 1. circa vlt.

Secunda Conclusio, hoc fallit in casib. exceptis, in c. fi. eo. tit. & Syluest. lo. cit. Tertia cōclusio, ēt in casibus exceptis, in d. c. fi. debetur quarta parochiali Ecclesiæ, Cle. Dudum, de sepul. §. verum, vbi quo ad quartam debitam parochiis, derogatur casibus expressis in d. c. fi. Cou. in d. c. fi. n. 6. ver. 3. Quarta. concl. Conc. Trid. Sess. 25. de refor. decernit, quod si dicta quarta tam Episcopalis, quam Parochialis, fuerit concessa iam ante 40. annos aliis Monasteriis, & quibuscunque locis piis, ex quocunque priuilegio, quod de cętero soluatur cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ pleno iure non obstantibus, &cę. & hoc, etiam si alibi sepeliantur, declarat Cardin. sac. congreg. 245. & hoc ampliatur, etiam si legans aliquid, legasset Ecclesiæ parochiali, quia non compensatur idem cū quarta debita, quin etiam ea debeatur, Couar. in d. c. officii, nu. 6.

Quinta conclusio, ista quarta portio, non est determinata quo ad quotam, sed statur consuetudinem locorum, c. certificari, de sepult. & cessante consuetudine, erit ista Quarta de iure ordinario soluenda Episcopo, seu parochiali. Couar. lo. cit. nu. 1. Sexta conclusio circa illos casus notatos in d. c. fi. solum eximuntur Monachi mendicantes, 1. soli ipsi non tenentur soluere Episcopo canonicam portionem, siue quartam legatorū, & hoc intelligitur de legatis ab his, qui apud eos elegerunt sepulturam, Couar. lo. cit. n. 6. Abb. in d. c. fi. col. fi.

Septima conclusio, consuetudine & moribus hodie introductum est, ut Monachi teneantur soluere Ecclesiæ parochiali solum quartam ex his, quæ offeruntur eo tempore, quo funus, aut exequiæ defunctorum celebrantur, Card. in d. Clem. Couar. ubi supra. Octaua conclusio, in his standum est consuetudinibus, Cou. lo. cit. vide Capyc. decis. 23. ubi dicit, qn̄ debeatur ista quarta legatorum. Nona conclusio, ista canonica portio, tam Episcopalis, quam parochialis non solum debetur, ubi consuetudo est de candelis, sed de omnibus obuenientibus Ecclesiæ sepulturæ, Abb. in c. relatum, nu. 2. de sepult. Innoc. in capitu. 1. numero quarto, & quinto, de statu Monach. Tabien. in ver. canonica portio, §. 9 & 2.

Decima conclusio, cauęre debent locorum Ordinarii, per prætextū quod ipsi inceperint exigere hanc quartam, intendant introducere consuetudinem, arbitrantes per unū, vel duos actus, introduci consuetudinem, vt Syluest. in ver. consuetudo, nu. 6. ver. 3. Coua. prac. q. c. 14. num. 2. sed requiruntur requisita ad consuetudinem inducendam. Syluest. lo. cit. gl. in c. cum in tua, ver. consuetudo, de consuet. lib. 6. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. & 10. deci. Rot. 2. de præb. in nouiss. ubi dicit sufficere 10. annor. spatio ad introducendam consuetudinem, quę introducta est secundum ius commune, dec. 6. de consuetu. in nouiss. & Addit. ad d. decis. 2. sed ista consuetudo est secundum ius commune, d. c. officii, & Cle. citata, ergo sufficeret spatium 10. annor. & hoc etiam valet in exactione decimarum, Couar. loc. cit. Gom. in c. 2. §. statuto, nu. 72. de constit. lib 6. dixi hoc non licere locorum Ordinariis quia hoc esset innouari, & non uti consuetudine, arg. Conc. Trid. Sess. 14. c. 14. de refor. Nau. c. 23. nu. 101. & quæ dixi in uer. beneficii, §. 6. dicto 5. dubio. 1. ratio est, quia quisque posset de facto facere aliquid bis, vel ter, & quia subditi timent contradicere tacent, & ille postea uellet allegare consuetudinem, quod abhorrēt sacri Canones, c. fi. de consuet Gom. in c. 1. num. 9. in fi. de Constit. lib. 6. Faciunt notata per Soto. lib 1. q. 7. art 2. de iust. & iu. ubi dicit, quod si uasalli urbanitatis causa, uel beneuolentia domino afferunt aliqua munuscula, statim urbanitas rapitur in consuetudinem, & beneuolentia in debitum, faci: Hyppol in Sing. 192. Doct. in c. peruenit, de cēs. c. si Episcopus, 16. q. 3. Syluest. in ver. sepultura, nu. 2. uer. notar, idem in fi. Bar. in l. cum de in rem uerso, ff. de usur. sed non inconuenit, ut quæ olim fuerunt munera, potuerūt

con-

consuetudine transire in debita, Nau.cons.4.iuxta finem, de cens.& Addit.ad Cap.Tolos.q.214.dicit ex Summa Ang.in uer.testamentum,§.14.quod Fratres Prædicatores, & Minores sunt exempti ab onere soluendi dictam quartam, tamen est attendenda cõsuetudo, & uide practicam ibi positam circa solutionem dictæ quartæ, vtrum ab hæredibus, uel a fratribus Mendicantibus, siue aliis quibus factum est legatum, in Addit. quæst.213.

Vndecima conclusio, Quarta parochialis non debetur, nisi de his, quæ obueniunt ratione funeris, & de legatis omnibus factis Ecclesiæ, apud quam defunctus elegit sepulturam, si ergo legat Ecclesiæ, in qua ille non elegit sepulturam, nec sepelitur in ea, non debetur dicta quarta parochiæ, glos.in capit.1.& in c.certificari, de sepult. Addit ad Capel Tolos.q.212.

AD QVARTVM, Panor.& Fel.in c.in præsentia, de prob.dicit quod sic, & idem si relictum esset causa donationis propter nuptias, Sylu.in uerbo, hæreditas, 3.num.10.§.8.& 9.uer.4.num.12.uer.sextum, idem etiam si adderetur conditio, ut si Matrimonium contrahat, relinquo centum, & si Monasterium ingrediatur, quinquaginta, quia tunc etiã debet recipere centũ, & ratio est, quia conditio impeditiua matrimonii spiritualis, uel Religionis ingressum habetur pro non adiecta, sicuti illa, quæ impedit matrimonium carnale, l.cum tale, ff.de cõd.& dem.l.2.C.de indic.vidu.tol.& idẽ confirmat Syl.in ver. Legatum, il 1.nu.13.§.9.idem videtur tenere Cou.in c.vos quidem, a num.2.vsq; in fin. de testa.idem Ang.in ver.hæres, §.20.& Capyc.decis.204.vbi dicit, quod debetur totũ, & sic fuisse decisum in facto, Couar.lib.2.c.19.nu.10.

AD QVINTVM, dico, quod non potest tuta conscientia filius vel retinere, quæ sibi legauit, vel reliquit pater, vel quispiam cum hac clausula, sed tenetur in conscientia restituere, etiam nulla expectata sententia, Dec.cons.177.D. Ant.3.par.tit.10.c.3.§.12.ratio ne est, quia illa non est conditio, sed quędam conuentio, C.iet.in Sum.in verbo pœna, Soto lib.1.qu.6.ar.6.de iust.& iure, Arno.singu.30.Cagnolus in l.quedam quoq; de reg.iuris.

AD SEXTVM, vide Abb.in c.tua nos, de vsur.nu.6.nu.2.& in c.1. nu.4.de solut. Gem. in c.quanquam, de vsur lib.6.in ver.vsura, 6.§.10.ubi concludit ad omnibus, ꝙ non tenetur vltra vires hæreditatis, & si sunt duo filii hęreditatis, tenentur pro rata, & hoc ẽt si non confecissent Inuentarium, Guid.Pa.q.571.nu.9.

AD SEPTIMVM, dic vt ad quintum, Abb.in c.quod a te, nu.1.de cler. coniug. Arnon. lo.cit.Couar.de sponsal.2.par.c.7.§.6.nu.1.2.& 3.& an idem sit si relictum fuit sibi aliquid, cum conditione si caste vixerit, & illa transit ad secunda vota, Couar.2.p.c.3.§.9. nu.13.& an idem sit, si relinquatur ab alio, quam a marito, quo ad secundam partem, vide to, Boer.decis.186.vbi negatiue tenet, si non extant liberi, uide Vinc.de Franc. decis. 155.num.4.& si incõtinenter vixerit, perdit legatum, sibi a marito factum, Sylu. in ver. tutela, §.vlt.idem si ab uxore relinquatur viro cum hac conditione, quia vir tenetur illam implere, Vinc.de Franc.decis.174.facit.ca.gaudemus, de diuort. vbi vir & vxor ad imparia non iudicantur, Couar.lo.cit.§.6.nu.3.et 5.

AD OCTAVVM, est dubium satis intricatum, & quotidie practicabile, quia locorum Ordinarii cum accidit casus, vt quis moriatur intestatus, faciunt testamentum nomine defuncti, et ipsi accipiunt quartam partem mobilium, dubitare, an hoc eis liceat, et hoc possit comprobari aliquo adiumento iuris; Ad pri mũ, sit prima Conclusio, vbi est consuetudo, hoc licet, patet ex Inn.in c.ad Apostolicam, de symon.et ita dicit seruari in Britannia, et Venetiis, et ista consuetudo põt rationabiliter, et ex optimo zelo introduci p duos, vel tres actus, Addit.ad decis.Rotę 6.nu.7.de consuet.in nouis.sed nõ de loco ad locũ, ibid.nu.6.et Conc.dięces.Saler.in c.1.de test.vbi dicitur sic cõsueuisse obseruari in dięcesi Salernitana, idẽ Conc.Prouinc.Neapo.c.45.ubi subdit, ꝙ accedere debeat expressus legitimi hẽdis consensus; Si uero aliquẽ peregrinũ, uel aduenam à longissimis

orbis

orbis partibus,cuius proinde legitimi hæredes non sint, vel certe ignorantur, intestatum è vita migrare contigerit,tunc ius commune seruatur,iuxta Sac. Canones,ut cap. Ioannes,c.nos,c.si hæredes,c.tua nobis,de test. Clem.quia contingit, de relig.dom.sac. Conc.Trid.Sess.22.c.8.de refor.Secunda cõclusio coadiuuatur hoc iure communi doctrinis,& rationibus,primo in d.c.si hæredes,& ibi Couar.nu.4.vbi dicit, posse Episcopum intra quatuor,vel sex menses,vel tempus arbitrarium cogere per Censuras Ecclesiasticas hæredes, exequi uoluntatem testatoris,l. si domus,§.in pecunia, & l cum res, ff.de leg.1.& Episcopus potest condere statutum, seu institutionem sub pœna excõicationis contra executores negligentes. Fed.de Senis,consi.95.Rom.consi 218.Bald.in c. ad nostram,col.2.de iureiur.Syluest.in uer.testamentum,2.nu.3.per totum,sed uers.4. & 5.dicit quod hoc non solum potest per censuras ecclesiasticas,sed per subtractionem emolumentorum sibi a testatore relictorum,& alias pœnas arbitrarias. Facit quod notat Ancha. in c.religiosus,nu.6.de testa.lib 6 & Abb.in c.si hæredes,nu.1.& 2.de testa. ex quibus,& aliis,quæ omittuntur breuitatis causa; Ego colligo tertiam conclusionem: si Episcopus tantam curam debet habere,vt exequatur voluntas illius, qui potuit testari,quanto magis potest,interpretando,exequi voluntatem illius,qui aliquo impedimento præditus non potuit con'ere testamentum, accedit, quod Episcopus est pater,& pastor pauperum,l.nonnulli,cum alis,C.de Episc.& Cler. ideo debet curare,non solum vt viuentes curam habeat animarum suarum, sed vt animabus defunctorum satis fiat, præterea,quid facit amplius Episcopus,condens testamentum prædictum illius,qui absque lingua migrauit è vita,quam interpretando voluntatem illius,faciens id, quod ille miser vtique fecisset,si tempus ei suffecisset.facit quod notat Anch.in d. c.religiosus, num.5.de test.lib.6.ubi dicit,quod Episcopus potest supplere defectum, & malitiam in testamẽtis,Bene verum est,quod cauere debeant,ne sibi aliquid illius quartæ locorum Ordinarii uendicent, uel conuertant in proprios vsus, nec ad amussim illam exigant, sed benigno,ac paterno affectu quicquid habere potuerint,& in suffragia pro anima defuncti expendatur,Anch.lo.cit.num. 1.ubi dicit,quod potest Episcopus,mala ablata ex pendere in reparationem ecclesiæ, & cum hoc fecerit, non verebuntur molestari a tribunalibus Laicorum,scientib.omnia bene agi,& exequi, & ita ego practicaui in diœcesi Surrentina, & Compzana, ubi dictum fuit, adesse talem consuetudinem,& uidi Archiepiscopos prætéritos hoc egisse,uide etiam pro hac materia,Boe. decis.50.à num. 15.& infra,& decis.39.à num.25.& infra ubi dicit executionem testamentorum, seu legatorum quando suffraganei essent negligentes,deuolui ad Metropolitanum,idem decis.38.à nu.23.& infra faciunt ea,quæ notat Gui.Pap.361.nu.1.& 2.facit c.1.de off.ordin.& ibi Scribentes.Quarta conclusio,ubi non adest consuetudo,non debent aliquid innouare locorum Ordinarii,prout dixi sup.de canonica portione,conclus.10.uide Couar.in cap nos quidem,num.8.de testam.& ita censuit sac.Congreg.Illustriss.Cardinalium in facto,facit quod notat Couar.lib.primo,c.17.num. 3.uar. resol. & si quis dicat hoc non debere fieri, quia uidetur quodammodo tyrannicum, respondetur quod vbi adest consuetudo,debet fieri,& si omitteret prælatus hoc facere, peccaret, & consuetudo dat iurisdictionem. Hostiens.cum allegatis in summa tit.de offic.ordin. §. quis posset,versic item consuetudo;& urges,hoc non consueuit fieri ab alijs prælatis,respondetur.Primo, quod fortassis ibi non adest consuetudo. Secundo, quod unus episcopus est pinguior altero,uel per usum,uel per præscriptionem,capit.conquestus,9.quæst.tertia. Accedit, quod homines scientes huiusmodi Episcoporum laudabilem & præscriptam obseruantiam,qui aliàs segniores erant ad confitendum peccata sua,sacrum suscipiendum viaticum,extremamque sumendam vnctionem, ac denuo ad disponendũ,& pro anima & corpore suo, erant in posterum solicitiores, ac prudentiores ad sequendum, quæ dicta sunt dicentes intra se, cum ægrotari cæperint, si nos erimus negligentes ad hæc,veniet Episcopus,& perficiet.

Ad

AD NONVM, bene consuluit circa hoc Conc. Prouin. Cosent. sess. 4. c. de leg. pijs, quo. l in omni curia Episcopali habeatur liber in quo scribatur nomen Notarij, conficientis testamentum, vel legatum testatoris legatarij, diei, anni mensis, & testiū, & q̃ debeat fieri statutū, sub pœna excōicationis latæ snīæ, vt notarii ī spatio vnius mensis afferant particulā testamēti, facientē p̄ relicto alicui loco pio, soluta sibi debita mercede, & hoc est q̃ clamant oēs Canones citati, faciunt ad hæc oīa, q̃ ad hoc p̄positū dicit D. Th. quodlib. 6. ar. 6. 13. Adria. qdlib. 8. Sot. 4. sent. d. 45. q. 2. ar. 3. Ang. ī ver. exequutor, Nau. c. 17. n. 68. vbi notat de negligentia exequutorum, & illorum, qui in vltimo vitę reseruant facere legata, & nō satisfaciunt in vita, notatur ēt negligentia ordinariorū, q̃ summi Pontifices voluerunt supplere per Bullas Pij V. bul. sua, 96. 97. & 98. Paus IIII. bul. 58. vbi constituunt commissarios fabricæ D. Petri de Vrbe, ad suplendam negligentiam illorum, quorum interesset, Clem. VII. bul. 8. quæ incipit: Admonet, & Pau. III. Bul. 69. quæ incipit: Cum diebus, faciunt, q̃ dicit Boer. dec. 41. n. 8. vbi dicit, legata ad pias causas, non debere differri, sed statim exequi, etiam si hæreditas non sit adita, faciunt, quæ dicit Gui. Pap. q. 576. ex And. & Host. in c. suscepto, de foro compet. vbi dicit legata ad pias causas pro anniuersarijs mortuorū, & pro anima eorum, cognitionē pertinere ad forum ecclesiasticum, & Inn. in c. cum sibi, de testa. & Bal. in Marg. Innoc. in ver. testator. q. 2. dicit, quod si quis reliquerit bona sua, distribuenda pauperibus, si fideicommissarius est datus ab eo, ipse mittitur loco pauperū, aliàs Episcopus eos mittet. Nau. consi. 3. de relig. dom.

AD DECIMVM, vide c. relatum, de test. il 2. & ibi Couar.

AD VNDECIMVM, ad primam partem respondetur affirmatiuè, per iura superius allegata, & hoc ampliatur, etiam si testator hoc prohibuisset, nè Episcopus se in hoc intromitteret, quia ista Clausula habetur pro non adiecta, c. tua, de test. Couar. ibidē, nu. 6. & 8. decis. Rotæ 868. in antiquis, Gom. in c. 2. §. statuto, nu 4. de Constit. lib. 6. Io. de Sylua, tract de benef. 1. p. q. 5. nu. 7. Conc. Trid. Sess. 22. c. 9. de refor. & hoc etiam ante annum; Ratio est: quia tempus ad exequendum à iure diffinitur tempus sex mensium, Couar. in c. nos quidem, nu. 6. quo ad secundam, dicitur hoc pertinere ad Episcopum originis testatoris, & domicilii, & ad vtrumq;, Syluest. in uer. testamentum, 2. §. versi. quintum, & si non adsunt bona in loco originis, pertinet ad Episcopum domicilij, & Addit. Ca. Tolos. q. 112. dicit pertinere ad Ep̄m illis loci, vbi sunt bona quo ad tertium uide in uer. hospitale, §. 3. an Episcopus possit prorogare terminum indultum à lege hæredibus, ad implendam uoluntatem testatoris; uide Abb. in cons. 40. col. 4. lib. 1. Feder. de Sen. consi. 124. sed quādo aliquis legaret, ut distribuantur aliqua pauperibus, nullo dato exequutore tūc Episcopi sunt exequutores, & illi Episcopi, in quorum Diœcesibus sunt sita bona testantium Addit. ad q. 112. Cap. Tolos.

AD DVODECIMVM, Capyc. decis. 89. quod sic in legato, dubium autem uidetur in hæreditate; uide ibi per extensum, & decis. 182 nu. 14. & infra, dicit quod si in testamento fuerit legatum aliquid obscurum, illud potest declarari coram duobus testibus; Ratio est: q̃a in declaratione nō req̃rit̃ tāta solēnitas, quanta in actu principali.

AD DECIMVMTERTIVM, respondetur affirmatiuè, Vinc. de Franc. decis. 14. nu. 18. tamen Caputaq. decis. 106. dicit, quod non, quando esset ad rem immobilem, & præcise loquendo, dec. 359. p. 2. dicit, q̃d pōt prælatus repudiare legatum, relictum ecclesiæ absque solēnitatibus requisitis in alienationibus rerum Ecclesiasticarum per Alexād. in l. legatum, nu. 2. & 3. de leg. 1. Nauar. cons. 6. de iureiur. ego tamen hoc admitterem, quando legatum esset ecclesiæ potius onerosum, quam utile.

AD DECIMVMQVARTVM, uide Bald. in l. si habitatio, §. 1. ff. de vsufr. Vinc. de Anna Singul. 304.

AD DECIMVMQVINTVM, uide Couar. libro secundo, capitulo 2. var. resolut. per totum.

Litteræ quinquennales.

PRIMO, istæ litteræ, concessæ à Principe non suffragantur, nec extenduntur ad creditores futuros.

Secundò, debitor cui datum est quinquenniũ, debet cauere de debitis soluendis, Guid. Pap.q.109.& q.97.vbi dicit, his litteris non impediri executionem sententiæ in Delphinatu, sed Coua.pract.q c.25.nu.7.ver.13.dicit impediri executionem, etiam triũ sententiarum conformiũ regulariter, & lib.2.c 1.nu.7.8.& 9.var.resol.Gom.tract.vtr. sign.fol.92.col.1.dicit non suffragari pensionario, nec impediri executionem trium sententiarum cõformium, licet loquatur in c.Odoardus.de solut.sed potest dici idem de istis litteris, propter identitatem rationis de cessione bonorum. Vide Syluc.in ver. restitutio, 7.§.6.imò dolosus non est admittẽdus ad benef.c.peruenit, de solut.Caputaq. dec.276.p.1.& ita dicit fuisse tantum die 14.Martij, 1552.

Tertiò, debitor cui concessum est quinquennium ad soluendum suis creditoribus, decurso quinquennio, non potest bonis cedere secundum communem opinionem, & gl.l.fi.in fi C.qui bo.ced.pos.Nouel.de iure prothom.§.6.nu.37.& 38.Affl. in dec.378.

Quartò, istæ litteræ quinquennales non possunt concedi a Principe vltra quinqueniũ, vt puta, per septennium, & si concederentur; non valerent, nec quo ad quinquenniũ Paul.de Cast.in l. quoties, in fine, C.de preci. Imperat.offer. Affl.decis.107.nu.3.

Quintò, istæ litteræ, & quæ moratoriæ dicuntur, non comprehendunt causam dotis, Vinc.de Franc.dec.219.nu.1 & 2.

Sextò, Creditorum maior pars potest assecurare debitorẽ, concedendo ei moratoriam, & compellere alios ad hoc, l.fi. C. qui bon.ced pos.Nau.cons.1.de pact.

Septimò, an illa concurrentia habeat locum in solutione pensionis, & aliorum, vide Vinc.de Anna, Syngul.101.

Octauò, quando cessio bonorum potest, & debet fieri, & an huic priuilegio possit renũciari, vide Couar.lib 2.c.1.var.resol.

Nonò, is, qui sub spe cessionis bonorum contrahit, non admittitur ad cessionem bonorum, Addit.ad Din.in ca.peccatum, in ver.veniæ, de re.iur.lib.6.facit c.illud, de cler. excom.celebr.

Decimò, de litteris quinquennalibus vide Bul.Clem.VII.quę est 31.& incipit: Cum ex multorum, vbi decernit causas cessionis, vel discussionis bonorũ, aut dilationis quinquennalis beneficium impetrantes infra tres menses causas expedire tenẽtur, & de c.Odoardus, vide Bul.33.eiusdem, quæ incipit: Cum nuper, & de moratoriis, & dilationibus, non concedendis per quoscunq; iudices, vide Pau.III.in Bul.quæ est 70.quę incipit: Nota sicut.

Litteræ Apostolicæ.

PRIMO, litteræ Apostolicæ an possint examinari, & reuideri per Regios officiales, & super his expidiri exequat.ad hoc vt debitæ executioni mandentur, & videtur quod non, per Bullam Cenæ Domini, Nauar.c.27.num. 68. tamen Couar.pract.q.c. 35.num 2.ait hoc fieri posse, & ita practicari in Hispania, & Gallia, & sic vidi practicari indifferenter in Regno Neapol.& ad Bullam potest responderi, quod non fit ad impediendum, sed ad videndum, & examinandum. Primò, an contineant aliquam subreptionem, vel obreptionem; Secundo, an quod conceditur, sit iurisdictionis Regiæ, litteræ Papæ tam iustitiæ, quam gratiosæ, si perdantur, an probari possint per testes: vide Abb.in c.cum olim, nu.2.de priuil.facit quod si Papa facit aliquem Episcopum in Regno, Rex potest dicere Papæ, non accepto eum in Episcopum, quia habeo eum suspectum de proditione, vel propter eius aliquod interesse, non compellitur illum admittere, & hoc esse in viridi obseruantia, ait Affl.in Prælud.Constit.Reg.q.18.

idem

idem Ioan.de Sylua.tract.de benef.2.par.q.23.nu.2.ver.7.

Secundò, litteras alicuius aperiens, & ostēdens aduersario, punitur crimine falsi, Diaz, Pract.Cri.Can.ca.96.Syl.ver.falsarius,§.1.Nau.c.18.nu.33.secus verò, quando nō adest malus animus, sed potius ex quadam curiositate illas aperiret, quia tunc non esset nisi veniale peccatum.Caiet.in ver.littera.Sylu.eo.ver.sed tenetur ad secretam.Soc. de rat.teg.& deteg.secr.nu.171.

Tertiò, quid si essent litteræ Iudicis, & eas quis aperiret, vide in cap.olim, el 2.de offic. deleg.& c.olim, de Rescript.gl.in c.quanto, de his quæ fiunt a præl.fine cons.capituli.

Locutio.

PRIMO, de hac materia, vide plura in uer.alienatio, & in uer.colonus, hic uerò nota Primum, an qui conduxit rem aliquam, finita locatione videatur reconduxisse, & illo titulo possedisse; Boer.decis.58.nu.9.dicit quod sic, per l.item quęritur, §. qui impleto tempore, cum l.seq.ff locati, nec hoc contradicit sententiæ Cou. relati à me, in uer.alienatio, §.3.dicto 2.qui ibi loquitur quando hoc fieret per plura triennia, quorū uno finito incipiat alterum, hic vero nō, sed, elapso pri no incipit iterū possidere.

Secundò, an in hac tacita relocatione, siue reconductione, veniant omnia, quę erant in in locatione, seu conductione priori contenta, Boer.decisio.284. nu. 14 dicit, quod sic, nisi ea, quæ sunt in præiudicium tertij, vt puta fideiussoris.

Tertiò, locator primò potest propria auctoritate capere possessionem rei commissæ p cessationem Canonis non soluti, gl.in l.fi.C.de iure emphyt.cū ipso iure talis res emphyteutica cadit in commissum.Secundò, licet de stylo Curiarum aliquarum requiratur declaratio commissi facta per Iudicem competentem, citata parte, & audita, per c.licet Episcopus, cum glo.in ver.vocato, de præb.lib.6. Gui.Pa.quęst.107.nu.1. & ita seruatur vbique in praxi quotidiana; Facit quod notatur infra, ver.priuatio, §.5.& 6.& Bal.in Marg.Innoc.in verbo, emphytheuta, q.2 & Innoc.in c.potuit, nume.1.de rer permut.vbi ait auctoritatem Iudicis esse necessariam.

Quartò, Dominus an teneatur resarcire domum constructam in fundo suo, quem dedit in emphyteusim, cadentem propter non solutionem Canonis, respondetur quod non; fallit Primo in vsufructuario, quo mortuo, hæres potest petere meliorамenta, Guid Pa.q.438.Fallit Secundò in feudatario, meliorante, vel aliquid ædificante in feu no, idem decis.169.

Quintò, locator, seu conductor, cessans a solutione Canonis potest purgare moram, c. potuit, & ibi glo.in ver.cleri, de locat.& cond.sed hoc ante litis contestationem, & vt vult Gui.Pap.q.122.nu.1.vsque ad calculum sententiæ, an, & quando purgetur mora in pœnis incursis ipso iure, vide Gem.in c.cupientes, §.quod si per viginti, nu.5.& 7 de elect.lib.6.& Guido Papæ, q.123.nu.1.fallit hoc, q̄ non purgetur mora, quando facta est, siue præcesserit geminata interpellatio, Capyc. decis.16.nu.4. vide omnino Bal.in Marg.Innoc.in ver.emphyteuta, vbi ait non gaudere tempore legali emphyteutam, seu conductorem iurantem, per l.si quis maior, C.de transact.& Anch.cons. 418.& Rodoan.tract.de reb.Eccles.non alien.q.174 dicit anno 1557. se obtinuisse purgationem moræ post sententiam deuolutionis in Mag.Cur.Vicariæ; tamen Caputaq.dec.234.par.2.dicit, non purgari moram, postquam facta exequutio à iure, uel ab homine, & ita dicit fuisse tentum, idem decis.414.pat.2.ergo datur purgatio moræ post sententiam ante exequutionem.

Sextò, commissum emphyteuticariæ non habet locū in pupillo, & ei non currit triennium secundum aliam opinionem, Bar.Cyni, & Dyni, quam non admittit Guid.Pa. q 416.nu.1.& 2.non postea restituitur, & adulto licet currat dictum tempus, tamen restituitur, idem ibidem, nu.3.vide etiam multa in q.31.

Septimò, emphyteuta in partem soluens, & in partem non, non cadit in commissum,

Guid.pa.q.174.& 416.nu.3. Tiraq. de vtrô.retra.tit.§.4.nu. 25.similiter si non soluerit domino pecuniam, quam debebat pro re emphyteutæ in tm̃ teneat, non cadit in pęnalib.datur compensatio de iure Guid. Pa. decis.174.n.2. Tiraq. lo.cit. §.3. glos.13. nu.4.bona fides, de proc.Rodoan.tract.de reb.eccl.non alien.q.79.n.9.tamen Caputaq.decis.182. p. 1. dicit, quod ex defectu vnius obuli causatur caducitas, quod probat ex multis Doct.& ex Rota,& multa de conductore, vide ibi per multas decisiones,& oblatio, facta ad euitandam moram, non valet, si non est integra, idest si non offert totum illud, quod est liquidum, idem decis.268.par.5.

Octauò, emphyteuta non põt donare rem emphyteuticariã, irrequisito dño, Gu. Pa.q.46.

Nonò, rector Ecclesiæ recipiens Canonem ab emphyteuta pro tempore pręterito, prius iudicat Ecclesiæ caducitate rei, Capyc.dec.18.nu.10.

Decimò, locatio de rebus Ecclesiæ solum ad triennium fieri potest, per Extrauagantē, Ambitiosè, de reb.eccles.non alien.& dixi supra in verb.alienatio, sed non potest fieri per triennium cum pacto ad renouandum, quia esset in fraudem legis prohibentis, Tiraq.de retract.conuēt.in pręfat.nu.2.& de vtroq.retra.§.23.gl.1.nu.10.

Vndecimo, quando quis cogatur locare nulli alteri quam locatori, vide Vinc.de Fran. decis.123.per totam.

Duodecimo, an locatio facta per beneficiatum expiret morte ipsius, vide Abb.in ca.ad audientiam, nu.2.de reb.eccl.non alien.& in c.nouum genus, nu.6.de decim.

Decimotertio, locatori fit remissio propter sterilitatem,& non emphyteutæ, Iason.l.nu. 13.& 36.de iur.emphyteut.

Limites, & termini.

QVANDO possint prescribi,& adhærentia sibi, vide Inno.in c.super eo, de paroc. & in c.eo.& Abb.ibidem,& quomodo probentur: vide in uer.libri, nu.3. & cuius territorij, seu iurisdictionis sint, vide Innoc. in cap.pen.vide in ver.confinia, 13.an emphyteuta, qui soluere cessauit Ecclesiæ Canonem per biennium, uel per tempus stipulatum, habeat locum ignorantia? Respondetur q̃ sic, prout in c.quis,& ibi Dyn. n.4.de re.iur.lib.6.& Gom.i c.2.n.50.de cõsti.li.6.facit c.nõ est ĩ mora, de re.iu.e.li.6.

Lupanaria, & meretrices.

PRIMO, lupanaria,& meretrices, Ecclesia,& totius Christianæ Reipublicæ Principes permittunt ad euitandum maius malum, D. Aug.lib.2.de ordine, & lib.14.de de Ciuit.Dei, c.18.D.Th.2.2.q.8.ar.2.in corpore, Nau c.17.nu.195.lit.A, & B.Couar. de sponsal.1.p.c.4.nu.vlt.Vide Iason.in l.cunctos populos, nu.57.uer. sicut tolerat, de sum trinit.& fide Cathol.

Secundò, meretrices an debeant audiri in Confessione Sacramentali; Respondetur affirmatiuè, c.quod quidam, de pęnit.& remiss.sed non sunt absoluendę, nisi certo promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tũc credi potest, quando relinquũt re ipsa tum peccata, cum peccatorum occasiones, c.cum ab omni, de vita & honest. cler.idem glos.in c.peccatum, in fi.de reg.iur.lib.6.

Tertiò, per istam confessionem satisfaciunt præcepto Ecclesiæ, prout in c. omnis vtr. sexus, eod.tit.Ratio est: quia per confessionem informem satis fit illi præcepto, Sum. Sacra.q.163.& sic satis fit edictis, quæ passim fiunt a Prẹlatis, sub pœna excommunicationis latę sententię, contra non confitentes peccata sua singulis annis, & non cõmunicantes, nam non sunt excommunicatæ, cum adimpleant pręceptum, pront supra, Flor.Theol, in 4.Sent.de Cõfess.fol.239.Sot.4.Sent.d.18.q.3.ar.3.nec sunt excõmunicatę ex eo, q̃ non cõicarint, quia ab hoc abstinent ex Cõcilio Confessarij, c.omnis vtriusq; sex⁹ & ibi Abb.n.3.de pę.& remi.Hinc fit, teneri istas meretrices ad euitationem

tionem trangreſſionis dicti præcepti, & incurſionis cenſurarum, ſaltem confiteri peccata ſua meliori modo, quo poſſunt, vt dictum eſt ſup. Abb. in d.c.nu.1. Adrian.in 4.Sent.tract.de Confeſſ.dub.4.Nau.in c.1.§.diligens,nu.14.de pęnit.diſt.6.

Quartò, an promiſſum meretrici pro meretricio, teneatur promittens dare; & an poſſit peti iure actionis; Ad primum reſpondetur affirmatiuè, à D.Ant.2.par. Sum.tit.1.c. 23.§.10. Ad ſecundum reſpondetur negatiuè, Iſer.c.1.quibus mod.feud.amit.nu.11.

Quintò, rapientes meretrices, qua pœna puniantur quæritur; videtur quod aliqñ vltimi ſupplicij, aliquando triremium, aliquando arbitraria. Clar.§.raptus, ver.quęro nũ quid violentantes qua pęna puniantur, vide in ver.emptio,§ 1.

Sextò, lenonum, & eorum complicum pœnæ quænam ſint in foro Eccleſiaſtico, vide Pau.III.Bull.47.quæ incipit.Ex ordine.

Ludus.

PRIMO, an detur repetitio eorum quæ lucrantur; vide Anch. in c. peccatum, nu.2. de reg.iur.lib.6.& Pragmaticam Regni Neapol.vide Panormit.in c. quia plerique, nu.35.de immun.Eccleſ.Cap.Toloſ.q.192. & ibi Addit. D.Tho.2.2.q.168.

Secundò ludi prohibiti perſonis Eccleſiaſticis, ſunt aleæ, c.epiſcopus,35.diſt.c. inter de lectos, de exceſ.prælat.Ange.ver.Ludus, nume.2.verſ. torneamenti, c.ad audientiam, de homic.vbi hominis turpitudo eſt, c.nec ſolo,33.q.5.& hic poteſt cadi Ludus paleſtræ, ſeu luctæ, vbi homines nudi ſolent luctare, omnis ludus fortunæ, virium, mimorum & laſciuiæ, non autem pilæ, ſcachorum, & vbi adeſt exercitium corporis, niſi adſit ſcandalum vel in publico. Innoc.in c.lator, de homic.

Tertiò, ludos, vel barratarias, eorumque manutenentes prohibuit magnis pœnis Iul. III.Bul.3.& Bul 43.

Quartò, lucratum in ludo à Religioſis, Clericis, filiiſfamiliàs mulerib. & alijs in rebus, quę ſunt monaſterij, eccleſiæ, patris, viri, uel aliorum, non poteſt retineri cum bona conſcientia, Sot.li.4.q.6.art.2.de iuſt.& iure, Abb.in c.clerici,il 2. n 4.de vita & hone. cler. Arch.in d.c.Epiſcopus,35.d.Hoſt.in Sum.tit.de pœnit.& remiſſ.§. quæ ſit pęnitentia; Affl.dec.389.Syl.in ver.ludus; Nau.c.19.nu.18.D.Th.2.2.q.32.art.3.

Libertas Eccleſiaſtica

LIBERTAS Eccleſiaſtica non dicitur violari, niſi in priuilegijs uniuerſalibus conceſſis à Deo optimo maximo, vel a Papa, uel ab Imperatore, vnde non dicitur violatur priuilegium conceſſum alicui Eccleſiæ particulari, Innocẽ.& Hoſt.in c.nouerit, de ſent.excomm. hinc fit, quod ſi fieret ſtatutum, quod Eccleſia non audiatur ſuper decimis, vel non audiatur poſt decem annos, vel quod Clerici non poſſint declinare forum laicale, hoc eſſet violari libertatẽ eccleſiaſticam; Ratio: quia Primum eſt de iure diuino; Alterum Imperatoris; Tertium Summi Pontificis, Bal in Marg. Innoc. in ver.Eccleſia, q.1.quod notandum, pro Clauſula Bullę Cœnæ Domini, & praxi quotidiana, vide Panor.in c nouerit, nu.2.de ſent.excom.vide Bar.Socin. conſ.55. quod incipit:, Viſo decreto, col.1.in fine, vbi dicit quod ſi ſtatuto laicorũ aufertur eccleſiæ, ꝙ ſibi cõpetit iure communi, tale ſtatutum eſſet contra libertatem eccleſiæ, uide Addit.ad Innoc.in d.c.nouerit, nu.3.§.ſecus verò quando violaretur priuilegiũ conceſſum alicui Eccleſię particulari. Auth.Caſſa, & irrita, C. de Sacroſan.Eccleſ.& ibi Oldrad.& Cynus.

Matrix Eccleſia.

MATRIX Eccleſia, quæ dicatur, vide Abb.in Clem.1.num.3. & 4.de ſent. excom. & tex.gloſ.& Abb.in c.Venerabili, de verb.ſign.vbi Parochialem Eccleſiam poſſe dici Matricem aſſerit.

Matrimonium.

PRIMO, qui iurauerit aliquam ducere vxorem, si non subest impedimentum, eam ducere in vxorem per Censuras Ecclesiasticas compelli potest, c. ex litteris, il secundo, de sponsal.

Secundò, quando non dubitatur de validitate matrimonij, vel sponsaliorum, possunt partes, quæ promiserunt, compelli per iudicem sæcularem ad obseruandum ea, glos. in cap non est, in ver. vxorem, de sponsal. Sylua. tract. de benef. 1. par. q. 7. nu. 12. Coua. de sponsal. 1. par. c. 4. etiam si sine iuramento promisisset, etiam si secunda alia sponsalia cum iuramento contraxerit, quia tenetur ad prima sponsalia: Ratio est, quia obligatur sub pœna peccati mortalis obseruare prima, & iuramentum post ea præstitum non potest, nec debet obseruari, cum videatur fouere peccatum, c. veniens, & c. venientes, de iureiur. non obstat, c. requisiuit, eo. vbi dicitur, quod cum libera debeāt esse matrimonia, monendi sunt potius contrahentes, quam cogendi, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere: quia ibi glo. in fine dicit, quod prius sunt monendi, & postea cogendi, & hoc maxima cum prudentia, quia multi sunt, q. vt libidinem suam expleant, promittunt cum iuramento interdum, vel sine illo, ducere miseras puellas in vxores, & postea eas relinquunt perpetuò diffamatas. Flor. Theol. 4. Sent. de Matrim. fol. 294. Dixi quando non subest impedimentum, quia quādo quis haberet iustam causam recedendi à contractu, posset, vt quia sciuit puellam esse malæ famæ, vel aliquid hmōi, per ea, quæ dicit Syl. in ver. Matrimoniū, 3. §. 8. Nauar. c. 22. nu. 65. Soto. 4 Sent. dist. 29. q. 2. art. 3. Couar. lo. ci. nu. 4. & seq. & in c. 2. eo. titu.

Tertiò cum, hæc materia sit locupletissima, solum attingam ea, quæ sunt frequentiori praxi in dies consideranda; Et primum, pro intelligentia capituli primi Conc. Trid. Sess. 24. de refor. quod matrimonium potest dici tripliciter clandestinum Primò quādo deficiunt testes; Secundo, quando præsentia parochi; Tertiò quando tres denunciationes in Ecclesia. Primum si contrahitur sine testibus, licet cum præsentia parochi est clandestinum, irritum, & nullum, similiter si cum testibus, & sine præsentia parochi, licet cum præsentia alterius sacerdotis, non tamen de licentia parochi, vel ordinarii, est clādestinum; Conc. lo. cit. §. qui aliter; Declaratio, Sac. Congreg. 68. vbi dicit: quod ab Episcopo debet declarari irritum, & nullum; Si verò deficient denunciationes, dicitur Clandestinum, Rebuf. pract. benef. in reg. de disp. in gra. prohib. glos. 5. nu. 54. sed irritum, & nullum, & tenet matrimonium, & hoc si omissæ fuerint cum licentia Ordinarij, vel sine illa, nam Ordinarius potest remittere vnam, vel duas, uel omnes denunciationes, si id sibi expedire visum fuerit; Conc. loc. cit. ver. quod si aliquando; Nauar. c. 22. num. 70. Notab. 3. Couar. lo. cit. 2. p. c. 6. nu. 10. tamen si postea oriatur impedimentum aliquod impediens, & dirimens, filij interim nati sunt illegitimi, etiam si matrimonii impedimentum ignorauerint antequam contraxerint; Soto 4. Sent. dist. 28. q. 1. ar. 2. col. 5. Couar lo. cit. nu. 12. ver. 2. Syluest. in ver. Filij, §. 9. c. 2. qui: fil. sint legit quod non esset, si non sequatur impedimētum, sed solum peccarent mortaliter omittentes dictas denunciationes, sine licentia ordinarij prout supra, Sed notandum est, qualiter Sac. conc. solum annullat matrimonium clandestinum contractum per verba de præsenti, non autem sponsalia per verba de futuro, quia ea relinquit in terminis iuris communis, Sac. Congreg. Decla. 45. facit c. Odia, de re. iur li. 6.

Quartò, istæ denunciationes, quæ fieri debent tribus diebus cōtinuis festiuis, an possēt fieri diebus ferialibus cum dispensatione Episcopi: respondetur negatiuè, quia Episcopus non potest dispensare super constitutione Concilij generalis, Syl. in ver. dispēsatio, nu. 14. §. 9. gl & Doct. in c. at si clerici, de iud. & Sylua. lo. ci. 4. p. q. 7. n. 2. sed Concilium loquitur de diebus festiuis, ergo non potest diebus ferialibus, accedit declaratio Sac. Congreg. nu. 15. vbi asserit, hoc non posse Episcopum.

Quintò,

Quintò, quando contrahitur matrimonium inter duos diuersarum parochiarum, vbi debeant fieri denunciationes? respondetur, quod Conc. dicit, debere fieri a proprio contrahentium parocho, vbi ostendit debere fieri in ambabus parochijs, quia loquitur in plurali, & accedit Declarat. Sac. Congreg. nu. 67. & Abb. in c. cum inhibitio, nu. 7. de cland. despons. vbi idem habetur.

Sextò, quid agendum, quando contrahitur inter duos diuersarum Diœcesum? Respondetur, quod debent fieri denunciationes in ambabus parochiis, vbi degunt contrahentes, & curatus parochiæ viri significate parocho mulieris, (quia clarum est matrimonium debere contrahi, & solennizari in parochia mulieris, ut patet doctrinis vulgatis, & vsu frequentiori,) se fecisse tres denunciationes, & nullum, vel aliquod se inuenisse impedimentum, colligitur ex verbis superioribus Concilii, & ex Declarat. prædicta, tamen Nauar. cons. 1. de sponsal. nume. secundo, dicit posse contrahi matrimonium vel in parochia viri vel mulieris, & tunc alterius parochi præsentia sufficit, & sic ait fuisse responsum a Sac. Congreg. requiritur etiam vt Ordinarius diœcesis viri significet authentico documento ordinario, vel parocho vxoris quatenus vir est solutus omni vinculo matrimoniali, seu legali, & colligitur ex Cócilio ead. Sess. ca. 7. de reform. matri. & ex Panor. lo. cit. n. 7. nec miretur quis quod Concilium loquatur de vagabundis, quando vagabundus reputari debet in hoc genere ille, qui est alterius diœcesis, ob certitudinem huius sacramenti: quāuis de rigore iuris ille propriè dicatur vagabundus, qui certum non habet domicilium, glo. in l. prima, §. prætor, de dam. infect. Guid. pap. q. 202 nu. 2. & Bar. in d. l. & hoc notent locorum ordinarij, quia multi errores nascuntur ex hoc non adimpleto, & sæpe habui in facto, & nisi adhibita fuisset diligentia, error profecto ortus fuisset, & si fides Ordinarii haberi nó poterit, sufficiet probatio testium fide dignorum, quæ capi debet per curiam Episcopalem, vbi matrimonium contrahitur, & sic frequentiori vsu obseruatur, & rationi videtur cōsentaneum, impossibile enim esset in Italia, expectari fidem ordinarij ab Hispania, vel Gallia, & quia magis credendum est uoci viuæ, quam mortuæ, prout dixi in ver. instrumentum. §. 9. Facit quod dicit Gem. in c. si quis iusto, §. absens, notab. 2. ubi dicit, quod extraneus dicitur ille, qui non est de capitulo, per illum text.

Septimò, quando contrahitur matrimoniū inter duos alienigenas, & non a paruo tempore in parochia habitantes, qui tamen sunt cogniti, quod sunt de compræhensis inter vagabundos, proprius eorum parochus esse intelligitur in cuius parochia contrahunt, ita censuit Sac. Congr. Declara. 69.

Octauò, quid agendum, quando aliqui contraxerunt clandestinè, & consumauerunt? responsetur ex eadem sac. congrega. declarat. 73. quod si nullum aliud obstiterit impedimentū, absq; aliqua alia dispensatione possunt, & dēnt de nouo cōtrahere in facie Ecclesiæ seruatis requisitis sacri Concilij. vt sup. & tam ipsi contrahentes, quam qui præsentes fuerunt primo matrimonio clandestino, grauiter sunt puniendi pœna arbitraria; pro quo faciunt quę notat Couar. lo. cit. 2. pa. c. 6 nu. 11. ver. 1.

Nonò, quia dictum est superius, Episcopum posse ex causa remittere denūciationes p̄dictas, dubitatur quænā sint causæ huiusmodi. Respondetur Primò, quod non potest dari certa regula. Secundò, quod prima potest esse, quando propter publicas denunciationes matrimonium posset malitiosè impediri, tunc illis prætermissis, potest contrahi matrimonium cum præsentia parochi, & coram duobus, vel tribus testibus, quo facto, antequam deueniatur ad consummationem, semel, vel bis erunt faciendæ denunciationes, ita censuit Sac. congreg. decla. 5. & ita in facto fuit responsū a Sac. Congreg. Episcopo Lucensi Declarat. 491. in meis, in hæc verba: Quod expositum est Sanctissimo Dño nostro, istius Reipublicæ nomine, publicas denunciationes, a Sac. Trid. Conc. directas, ad malorum euitationem quæ a clandestinis connubiis oriebantur, isthic ab improbis & maleuolis arripi, tanquam occasiones dissemi-

nandi falsos rumores, & impediendi matrimonia, propterea eius sanctitas ex decreto etiam Tridentini Concilii, isti incommodo ita medendum esse iudicauit quoties amplitudo tua pro sua pietate, ac prudentia probabilem suspitionem esse intelliget, publicis ijs denunciationibus matrimonia malitiose impediri posse, illis omissis, corā parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi vel amplitudinis tuę licentia duob. vel tribus testib. adhibitis, per verba de præsenti matrimoniū celebrandum curabit, quo facto, ante matrimonii consumationem, nisi necessaria causa obstiterit, quemadmodum etiam a Concilio statutum est, semel aut iterum, iam denunciationem fieri iubebit, sacrumque istud negocium pro Dei gloria & animarum salute gubernabit, quā Deus, &c. Scda est vicinitas tpis, quo prohibitæ sunt nuptiæ, ita Sac. Cōgr. Decla. 15. licet Conc. Mediol. Prouinc. fol. 128. de sac. matrim. §. matrimonij, causam hāc nō admittat, per rationem, quam affert, sed tenendum est cum Sac. congreg. Tertia causa, quando nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescētula contraheret, Naua. c. 22. nu. 70. norab. 5. & sic habes quinque de causis posse Episcopum relaxare denunciationes prædictas, ad quas aliæ possent reduci.

Decimò, dubium est quotidie practicabile, quot testes requirantur ad impediendum matrimonium, & sic necesse sit, vel Sūmi Pontificis dispensatione, si est impedimētū circa quartum gradum inclusiuè, uel Episcopali declaratione si in quinto gradu, s'm quandam stylum Curiarum; Responderur primo ex Abb. lo. cit. nu. 1. & in c. tua, n. 3. de cognat. spiritual. quod si vnus testis dicat, se audiuisse impedimentū, quod tamen probare non posset, tunc non impediri matrimoniū. Sdo ex gl. in c. quoties, in ver. credere, de test. ꝙ non ualet testimonium de auditu, sine de credulitate, immò necesse habet dicere, quod testis viderint personas oēs in consanguinitate, designando gradus ex vtroque latere, uel saltem aliquas personas in gradibus, aliter non ualeret; Idem confirmatur in c. licet, il 2. de test. vbi dicitur, quod testes debent esse tales, qui vel deponant, se accepisse a suis maioribus, & credere ita esse, nominando personas expressis nominibus, imò nec hoc sufficere nisi dicāt, se vidisse personas, saltē in vno gradu, & glos. exponit in vlt. vel in gradu proximo. vt in quarto, vel remoto, vt in primo, Tertiò, gl. in c. testes, in ver. audierunt, 3. q. 9. & glos. in c. de parentela, in uer. diuerso, 36. q. 6 & gl. in c. super eo, de consanguin. & affinit. in ver. fama, dicit, quod plus facit fama, quam dictum vnius, ubi iuramentum interuenit. Quarto, Couar. lo. cit. 2. p. c. 7 §. 10. nu. 2. vsque in finem dicit duo. Primum quod fama magis præualet, quam duo, quorum alter, qui de scientia testimonium perhibet, non iurat, alter uero etsi iuret, tamen afferit se ita audiuisse. Secūdū, ꝙ vnus testis de auditu sufficit ad impediēdum matrimonium, & cautandum, vt sit opus dispensatione, si testificetur iuxta formam expressam in dicto c. licet, il 2. de test. Nau. c. 22. nu. 83. dicit sufficere ēt vnum testem, ad impediendum matrimonium contrahendum, per c. pręterea, il 2. de spon. ex quibus omnibus ego colligo has conclusiones, primam, si dum parochus facit denunciationes in ecclesia insurget fama quod inter contrahentes est tale impedimentum talis gradus, quod tunc opus est dispensatione, ista patet ex dictis. Secunda Conclusio; si vnus testis, & testicaretur his cum circunstantiis. Prima cū iuramento, quod non odio, amore, timore, uel cōmodo in in cā ista testificetur. Scda, assignando gradus ab vtroque latere; Tertia, ꝙ audierit a suis maiorib. Quarta se vidisse personas, saltem in postremo gradu, quod tunc causaret impedimentum, ista patet ex d. c. licet & ex Couar. lo. cit. Tertia Conclusio, quando existeret vnus testis, & deponeret ex auditu, & nihil affereret de visu, licet assignet arborem ex vtroq; Latere, si nulla alia fama, vel iuditia accederent, nō impediret matrimoniū, c. tua nos, de consang. & affin. Quarta Conclusio, si insurgeret fama de impedimento, tamen nullus assignaretur gradus, ꝙ tunc nec causaret impedimentum; Ratio est, quia fama interdum oritur ex incerto auctore, & esset, ac si multi deponerēt de auditu, & nullū assignarēt gradū, & ita

est

est intelligenda Prima Conclusio. Quinta conclusio, cum hic non possit vndequaq; dari certa Regula, relinquitur arbitrio Iudicis, Couar.lo.ci.n.22.facit c.super eo, de consang.& affin.& ibi gl.in ver.famam, Nauar.in c.Sacerdotes, de pœnit d.6.n.27. gl. in c.nuper, de test. Sexta Conclusio, vbi adesset dubium, tunc Iudex habebit materiã inquirendi, an id probari possit, nec ne, quod etiam innuit; Abb.in d.c. cum inhibitio, nu.1.dicens: Si aũt aliquid rationabile obiectum fuerit contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expresse, donec impedimentum probetur, nec obstat c.super eo, de test. quia ibi Mater erat bene informata, & probabat forte, prout in d.c.licet. Secundo respondetur cum gl. in d.c.nper, in fine, quod sufficeret, quo ad presumptionem, sed non, quo ad plenam probationem, vide Inno.in cap.inquisitionis, nu.5.de accusat.vide Bal.in Marg.Inno.in ver.mater.vbi pulchra dicit de hac materia: vide Vinc.de Anna, Singul.102.Alex.consi.82.col.1.vol.5.Gram.decis.48.nu.13. Nauar.in c penult.nu.27.de pœni.d.6.dicit vnicum testem in hac materia facere plenam probationẽ; & Caputaq.decis.208.vbi habes, quod confessio coniugum vna cũ fama, probat impedimentum, & quo ad dissolutionem matrimonii non sufficit publica vox & fama, & testes, qui inducuntur in causa matrimonii, debent esse omni exceptione maiores, sicut in criminalibus, c.1.de consang.& affinit.& ibi gl.in ver. idoneus, Caputaq.decis.286.p.3. Facit quod Cap.Tolos.q.171.& ibi Addit.vbi ait in materia matrimonii vni testi dari iuramẽtũ suppletoriũ, & in q.172. dicit matrimonium probari per vnicũ testem & famam, si non fiat alteri matrimonio præiudiciũ & ibi Addit.& Nauar.conf.2.de consang.& affinit.dicit non impediri matrimoniũ contrahendum vnico teste asserẽti se ab alio. audiuisse, eos esse cognatos, idem si secundus testis deponat, se nolle iurare, secus si plures deponerent, se a plurib. audiuisse, vel vnus tantum deponeret cum iuramento.

Vndecimo, ex sponsalibus antiquis oriebatur impedimentum iustitiæ publicæ honestatis, vsque ad quartum gradum, c.ad audientiam, c.sponsam, de sponsal.Syl. in ver. matrimonium, 8.§.14.Nauar.c.22.nu.57.tamen hodie non excedit primum gradũ; Conc.Trid.Sess.24.c.3.de refor.matrimo.Nauar.lo.ci.& hoc quando ista sponsalia sunt valida, secus vero si nulla, quæ quando sint valida, vel inualida, vide inferius in ver.Ssponsalia, nu.3.

Duodecimo, ex matrimonio rato.i.solum cõtracto per verba de præsenti, oritur impedimentum vsque ad quartum gradum, D.Th.in addit.3.p.q.55.ar.4.Syl.lo.ci.Sot.4. Sent.d.41.q.vnica, ar.2.Conclus.2.Angel.in ver.matrimonij impedimentum, 14.& Ratio est, qm̃ a Sac.Conc.solum arctatur illud impedimentum in sponsalib.& non in matrimonio rato, & a iure antiquo non est recedendũ, nisi quatenus exprimatur in nouo, l.præcipimus C.de appellat.

Decimotertio, ex coitu fornicatio contrahebatur affinitas vsque ad quartum gradum, D.Tho.lo.ci.sed hodie per sac.Conc.Trid.lo.ci.c.4.de refor.non excedit primũ gradum; adest Bulla Pii V.incipiens: Ad Rom.Pontificem, sub datum Romę.1566.quarto Kalendas Decembris.

Decimoquarto, quia superius mentionem fecimus de testib.circa probandũ gradũ impedimentũ in causa matrimoniali, non erit inutile scire, an isti testes possint esse cõsanguinei, vel affines ipsorum contrahentiũ, & hoc poterit deseruire ẽt pro examinatione dispẽsationũ matrimoniorũ, & clericorũ ordinandorum ad sacros ordines, circa ætatem, & alia requisita, prout dixi in versi.dimissoriæ, §.2.& in ver. ordo, §. 2. & relictis disputationibus videtur quod sic, per c.super eo, il.2.de testi.vide Aret.ibidem, col.5.cõs.13.col.7.& seq.& col.24.& seq.& Fely.ibidẽ, col.14. facit l.de ætate, ff. de minor. Rebuf.in prac.benef.& for.litt.tonf.versic.9.& hoc clare tenet Innocen. in dicto capitulo super eo, de test.imò quod etiam pater possit testificari, Vincent. Franc decis.119. numero 10. & hoc clare tenet Innocen. in capitulo super eo, de

test.

teſt.imò quod pater,& conſanguinei,& Bal.in Marg.Inn.in ver.mater,& Caputaq. deciſ.314.p.1.vide ſuperius in ver.ætas. licet Speculator dicat,patruū non poſſe teſtificari ſuper conſanguinitate nepotis,Caputaq.deciſ.279.idem Nauar. conſil. 8. de temp.ord.

Decimoquinto,in multis locis adeſt abuſus,quod matrimonium conſummetur, antequam factę ſint publicæ denunciationes in eccleſia,ſeu poſt,& antequam contractū ſit per verba de præſenti,iuxta formam Sac.Concili. ideo animaduertere poterunt locorum Ordinarii,tollere hunc abuſum omnino,& qui commiſerint,ſeu in poſterum committent tale, puniri debent pœna ſtupri, ita cenſuit ſac. Congregat declarat.58.& alia,quæ eſt 27.cenſuit,quod poſſint puniri pœna arbitraria, & alia quæ eſt 75.idem cenſuit, ideo, ita deberi practicari, vt factis ſponſalibus,quam primum vnico contextu faciāt contrahi per verba de præſenti, & accedat ſacerdotalis benedictio,Hoſt.in Sum.ti.de offi.ordin.§.ſunt autem quædam,cum ſuis allegatis.

Decimoſexto, licet verum ſit, cauſas matrimoniales ſpectare adiudicem eccleſiaſticū, prout Conc. Triden. Seſſ. eadem, Cano. vltimo, & hoc patet. Primò, quando tractatur de diuortio ex aliqua cauſa, Couar. de ſponſal. 2. parte capitulo ſeptimo,§.6. numer.8.Secundo,quia iudex Eccleſiaſticus poteſt eſſe Iudex competens ad cognoſcendum de adult.Foll.in fragm.198.Tertio de dote,quando eſt connexa cum matrimonio,Gl.in capitulo,ſi annum.in ver.dependentibus,de iud.libro 6. & ibi Gomeſ. numero 20.& gl.in reg.iur.eo.lib.capitulo 1.2.& 3.de donat.in vir. & vxor. Syluest. in ver.dos,§.14.ver.7.Innoc.in cap.1.num.3.vt lite non conteſt.Quarto, quando vir nollet exibere vxori affectum maritalem, Abb.in cap.chariſſimus,numero 3.de cōuer.coniug.tamen iudex ſecularis poteſt compellere,parte ad ſeruādā matrimonia, quando de matrimonio,& de ſponſalib.non dubitatur.gloſ.& Abb in c.nō eſt Vinc. de Franc.deciſ.36.ſimiliter poteſt compellere ex officio patrem ad maritandum filiā, ſi eſt nubilis,Boer.deciſ.13.nu.4.& 5.

Decimoſeptimo,an Epiſcopus poſſet diſpenſare,vt temporibus prohibitis ad cęlebrandas nuptias ſponſus traducat domum ſponſam,& contrahat per verba de præſenti cum benedictione annuli,etiam cum conſummatione,ſiue copula,vide Nauar. capitulo 22.numero 71.in fi.Caiet.in Sum.in ver.nuptiæ,& in ver. matrimonium, §. ſeptimum caput,& eſt communis omnium modernorum quod ſic;Ratio eſt: quia tam cap.Capellanus,de feriis,quam Sac.Conc.Trid. prohibuit ſolennem ſacerdotalē benedictionē,quæ fit in Miſſa,& in traductione ſolenni ſponſæ in domo ſpōſi.

Octauo;filii nati pendente iudicio,ſuper ſeparatione matrimonii,an dicantur legitimi,vide Vinc.de Franc.deciſ.130.

Nono, Epiſcopus poteſt procedere per viam inquiſitionis contra vtentes matrimonio clandeſtine.Nauar.conſ.7 de offi.ordin.

Decimo,ſi aliquis prius contraxerit ſponſalia cum aliqua,& poſtea Matrimonium cū altera,parochus non deberet adeſſe celebrationi ſecundi matrimonii,niſi prius declaretur per Epiſcopum prima ſponſalia eſſe diſſoluta,Nauar.conſ.8.de ſponſ.

Vndecimo,ſi matrimonium contrahatur coram parocho,& teſtibus; non adhibitis aliis ſolennitatibus, nempe tribus denunciationibus,& licentia Epiſcopi,tenet matrimonium, ſed tam parochus ipſe,quam teſtes poſſunt caſtigari. Nauar. conſil. 3. de ſecund.nupt.

Maritus.

PRIMO,Maritus,qui ante matrimonium promiſerat facere renunciare vxorem, non tenetur,poſtaquam eam duxerit in domum ſuam,Boer.deciſ.3.numero 16. ſecus ſi hoc iurauerat adimplere,quia obſtaret exceptio iuramenti,capitulo 3.de pac. & capitulo ſecundo,de iure iuran.& Dyn.in cap.non eſt obligatorium, de reg. iur. libro

libro 6. Quid si pactum fuerit iuramento vallatum, vel quid si filia iurasset patri de non petendo hæreditatem, sed esse contentam dote, an teneatur seruare dictum pactum & quid de heredibus ipsius filiæ iurantis, an teneantur stare dicto pacto, & iuramento, ex ui pacti, an ex ui iuramenti, Vide text. Glossam & Gem. in. in ca. quamuis, de pac. lib. 6.

Secundo, si nullam habuerit dotem, maritus an, & quando teneatur alere vxorem durante litigio, vel extra domum, si inde aufugerit causa seuitiæ viri: & aliqua quam plurima de hac materia, vide Guid. Pap. q. 439. & Innoc. in c. per vestras, de do nat. inter vir. & vx. & vbi etiam tenet, quod nulla habita dote, maritus teneatur alere vxorem, Bal. in Marg. Innocentius in ver. maritus q. 1 Nau. in cons. 50. nu. 3. videtur dicere quod maritur cui fuit promissa dos, & non soluta, quod non tenetur ducere vxorem donec ei illa soluatur, imò & acceptatû, potest expellere, per ca. per vestras, de donat. in int. vir. & vxor. & ibi Panor. num. 4.

Tertio an & quando vxor teneatur sequi virum, vide Syluest. in ver. vxor, & quando possit eam verberare, vide ibidem, & Nauar. capitulo decimoquarto, numero decimonono, notab. 2. & 3. quando maritus præsumatur mortuus, vxore volente transire ad secunda vota, vide c. in præsentia, & ibi Scribentes, de sponsal. c. cû per bellicam, 34. q. 1. Tabien. in ver. impedimentum, 10. Nauar. c. 22. nu. 55. Iern. in vsu feud. in capitulo quo tempore miles, numero 6.

Metropolitica, Ecclesia.

ECCLESIA Metropolitana non dicitur Cathedralis, vel Matrix respectu totius prouinciæ, sed solum respectu suæ diœcesis, cuius respectu singulæ dicuntur Cathedrales, Abb. in Clem. 1. nu. 8. de sent. ex com.

Missa.

SVMMARIVM.

1 *Vbi, quando, & de quo sancto debeat celebrari.*
2 *Quæ vitanda in missa.*
3 *Missarum numerus quomodo sit restringendus.*
4 *Vna missa pro multis, an sufficiat, ac si pro singulis, & quæ pitantia, & eleemosina sit pro ea taxanda, vel recipienda*
5 *Quæ pœna celebrantis extra loca determinata à Sacris Canonib. & a sac. Conc. Triden. & de alijs defectibus.*
6 *Vbi sit audienda missa.*
7 *An pluries liceat celebrari eadem die.*
8 *Quæ pœna celebrantis non ieiuni.*
9 *An possit celebrari quotidie, vel ad id teneatur, vel obligetur.*

AD PRIMVM, Prima Conclusio, Missa non potest celebrari, nisi in Ecclesia cõsecrata ab Episcopo, capitulo 1. & c. sicut, de consecrar. distinct. 2. vel in ecclesia ędificata de consensu Episcopi licet non consecrat. cap. nemo, ibidem, qui consensus sufficit, quod sit tacitus, & non expressus, Sylua. tract. de benef. 1. parte q 6. num. vlt. modo adsit altare portatile, nec alibi, etiam cum eodem Altari portatili, sine licentia Summi Pontif. Anchar. in capitulo quoniam, numero 2. de priuileg. lib. 6. vbi dicit hanc

hanc non posse dare Episcopum, Concil. Triden. Sess. 22. c. quanta cura, Nauar. capi. 25. numero 82. Gom. tract. de breui. vbi dicit Sum. Pontif. hoc non facile concedere nisi magnis personis, & qui celebrat in loco interdicto, vltra irregularitatem, quam incurrit, cap. is, qui §. is vero, de sent. excommunic. libro 6. Nauar. loco cit. nume. 83. capitulo vlt. de excess. prælat. & gl. in cap. postulasti, in §. quæsiuistis, in ver celebrare, potest etiam priuari beneficiis, d. §. is vero; Secunda Conclusio; In Ecclesia, siue capella diruta, antiqua, etiam discooperta sub diu, modo sit clausula, & cum Altari portatili, & non adsit periculum aliquod eo vel maxime, quando illuc accederet aliqua processio, vel festo suo die magnus populorum concursus, Nauar. loco citato. Tertia Conclusio; Debet celebrari in illo Altari, vbi celebrari petitur, alias non satisfit intentioni petentis, Nauar. loco citato numero 134. & Horis Canon capitulo 5. numero 3. & Tabien. in ver. Missa, numero 53. Quarta Conclusio, licet de iure antiquo Episcopus potuerit dare licentiam, celebrandi extra Ecclesiam cum suis requisitis, per capitulũ concedimus, de consecrat. distinct. prima, & de capitulo quoniam, & ibi Anchar. & Nauar. loco citato, hodie tamen secus, per Conc. Trid. loco citato nisi sit Oratorium, ad diuinum cultum tãtum dedicatum, ab ipsis Ordinariis designandum, & visitandum. Quinta Conclusio; potest Episcopus, & debet dare licentiam alicui dominæ Marchionissæ, vel cuicunque nobili, vt possit facere Missam celebrare in Oratorio, propter ætatis, & valetudinis incommoda, vel in aula sui Palatii, in loco honesto, & oportuno, ad vsum sacrę missę extruendo, quod occlusum, & obseptũ sit vt decet, ita Sac. Congreg. Declarat. 130. & alia, quæ est 88. stante aliqua necessitate, modo sit in Oratorio, aut Altari, tãtum ad diuinum cultum dedicato, & alia, quę est 92. dicit, quod dicta licentia, tam in Oratorio, quam in Ecclesia de nouo ædificata, debet dari cum Clausula, sine præiudicio Ecclesiæ parochialis, & præiudicium intelligitur circa sacramentorum administrationem, & alia, quæ ad ius parochiale attinent, in aliis vero non ita Sac. Congreg. Declarat 98. & ista Conclusio, siue licentia non expirat morte concedentis, Nauar. in capitulo placuit, numero 164 de pœn. distinct. 6. Rota in antiquis Decis. 180. de Rescript. & 182 vel 87. eodem, & Sac. Congreg Declarat. 169. in meis, censuit, quod licentia celebrandi Missam in Oratorio alicuius Laici, non debet reuocari sine causa; Sexta Conclusio, qui est obligatus dicere Missam in aliquo certo loco, non satisfacit, alibi eas celebrando; Nauar. de hor. Canon. capitulo 5. numero 12. & an anima habeat maiorem valorem Misse, si celebretur, vbi sepultum est corpus eius, quam alibi, vide Inno. in c. fraternitatem, de sepult. vbi videtur dicere quod sic & ibi Abb. n. 4. & ita audiui sensisse Greg. XIII. Sũ. Pontif. Nauar. consf. 8. nu. 10. de testam.

AD SECVNDVM, Prima Conclusio, excepta nocte Natiuitatis Domini, qua vnica tantum missa potest dici de media nocte, in c. nocte sancta, de consecrat. distinctione prima, reliquæ vero in aurora, vsque ad meridiem, Ioan. And. in capitulo primo, de celebrat Miss. Sot. 4. Sent. distinctione 13. quæstione 2. articulo 2. in fine, Nauar. capitulo 25. numero 85. & circa ho. am, vidi nonnullos decipi, & a nullo Doctore sigillatim poni, ideo dicam particulariter, quod in mẽse Ianuarii, Februarii, Nouembris, & Decembris vsque ad decimam nonam, in mense Martii, & Octobris vsque ad 17. in mense Maii Iunii, & Iulii vsque ad 16. horam, secundum calculationem Meridiani Italiæ, confectam per Fratrem Cornelium Genuensem ordinis Seruorũ anno 1590. licet ista hora ante, vel post possit aliquantulum alterari, Nauar. loco cit. & hoc ratione necessitatis communicandi infirmum morti proximum; D. Anton. 3. parte titulo 13. capitulo 6. §. 4. sic etiam in aduentu Episcopi, Glo. in capitulo fi. de priuileg. libro 6. in fine, imò si missa potest celebrari hora nona, & hora nona tempore hyemis est fere circa horam decimam sextam, sit, quod his horis poterit celebrari, & hoc more Romano, siue Italico, secus vero more Hispanico, & Gallico, vbi computatur

tatur

tatur horologium a media nocte ad meridiem: Vide Nauar. c. 3. de Hor. Canon. & facultatem celebrandi Missas uespertino tempore, reuocauit Pius V. Bul. sua 4. quę incipit: Sanctissimus. Secunda conclusio; debet celebrari eodem die, quo petitur, alioqn suffragium protelaretur in detrimentum animarum, iuxta ea, quæ dicit Sylua. lo. cit. 1. p. q. 5. num. 95. Ang. in uer. exequutor, §. 24. Syuest. in uer. testamentum, il 2.9. Armi. in uer. exequutor, §. 6. Sot. 4. 5. d. 4 5. q. 2. art. 3. vbi habetur de magno executoris peccato, legata pia exequi retardantis. Tertia Conclusio, si contigerit anniuersarium die dominico, vel alia celebri solennitate, non dêt mutari in sequentem diem, ut fit, in festo omnium Sanctorum, sed fiat die præcedenti, vt citius occuratur pœnis defunctorum, quas in purgatio sustinent, Sylua. lo. cit.

AD TERTIVM, Prima Conclusio; Missa regulariter semper debet conuenire cum officio, patet doctrin. vulgatis, & ī Rub. Missalis nouæ impressionis, seu reformationis, Ang. in uer. Missa, nu. 33. Secunda Conclusio, Debet celebrari de illo sancto, de quo petitur celebranda, ut de defunctis, & de uiuis petitur; Viguerius in institut. Theolo. de Sacram. Euchar. c. 16. §. 3. uer. 18. littera A. in fine, Tabien. loco cit. & Angel. num. 34. Tertia Cōclusio, si fundatur aliqua Capella, vt in ea quotidie celebretur Missa de Domina Nostra, an hoc onus possit admitti; affirmatiue respondetur, per c. significatum, de præb. & ibi Abb. num. 4. sed non teneretur Capellanus ibi quotidię celebrare, Armil. in uer. Missa, nu. 28 Nau. c. 25. nu. 13. Sylua. lo. cit. q. 6. nu. 13. bene uerū est, quod deberet Episcopus mutare hoc onus, ut celebretur secundum ordinem Rubricæ Missalis, dedecet enim die Natiuitatis Domini, vel die Palmarum, vel die Resurrectionis celebrare de Domina nostra, c. quod quidam, de celebrat. Miss. &c. creatura, & ibid. Abb. ubi supra, numero tertio, & in cap. consuluisti, numero 1. de celebr. Miss. Roman. consilio 339. Armil. vbi sup. numero 32. & sic habes in Sum. quia Missa debet celebrari eodem loco, tempore, & sancto, prout petitur, aliàs non satisfieret intentioni petentis, excepta sexta feria Maioris Hebdomadę, & in Sabbatho Sancto, de cons. d. 1.

AD SECVNDVM, principale. Sit Prima Conclusio, non potest hodie celebrari certus Missarum numerus, nec cum certo candelarum, uel Euangeliorum numero Conci. Trident. lo. cit. § quorundam, nec cum magna orationum multitudine, vltra septem. Sot. 4. Sent. dist. 13. q. 2. ar. 4. col. 8. nec pro uindicta, Cano. dictum, 1. q. 1. Abb. in d. c. quod quidam, de celebrat. Miss. hinc fit, non posse celebrari Missas, quæ vulgo de gratia dicuntur, cum sint superstitiosè inuentæ, nec conueniant vniuersali ritui Ecclesiæ, non enim videtur satis conuenire, vt extra suos dies celebretur Missa Resurrectionis, Natiuitatis, seu Passionis Domini; hinc etiam fit, Missas, 3. & 41. non prohiberi, nec septimum, & tertium pro defunctis, quia reperiuntur fundatæ auctoritatib. sacre scripturæ, non oriuntur ex superstitioso cultu Genes. 23. Abraam fecit exequias Sarę uxori suę multis diebus; Genes. cap. 50. Filij Israel septuaginta diebus planxeruntmortem Iacob, & similiter fecit Aegyptus, & Deutero, cap. 3. Hebręi. planxerunt mortem Moysis triginta dies, capit. quia alij, 13. q. 2. Ambros. pro Theodosio in epist. consolatoria ad Faustinum, Tertullian. lib de Corona militis, Chrysost. homil. 41. Aug. lib. de cura pro mort. uide Francis. Sonnium. tract. de doct. Christ. in expositione Symboli Apostolorum, & sic patet, quod nec Missæ quæ vulgo dicūtur Diui Gregorij prohibentur, & huius sententię fuit Magister meus in publica lectura; Bene uerum est, quod non deberent dici tot missę, pro illis Sanctis, & tot pro aliis, sed iuxta seriē rubricarum, uide Couar. in c. ult. num. primo, de testam. cap. quia alii, 13. q. 2. Ecclesi. cap. 52. Secunda Conclusio; Lumina non possunt esse ex seuo, uel oleo, quia esset contra ritum uniuersalem Ecclesiæ, glos. in cap. fin. de celebrat. miss. & est ad figuram ignis, qui ardebat in altari Dei optimi max. Leuit. c. 6. Astens. lib. 4. titu. 14. art. 1. q. 4. idem celebrare sine igne, Panorm. in c. sane, & in c. litteras, num. 1. de celebra. miss.

Tertia

Tertia conclusio, locorum Ordinariis non debent admittere aliquem ad celebrãdũ in sua Diœcesi, qui est vagus, vel ignotus, Conc. Trid. lo. ci. §. neminem, c. tuæ. de cler. pereg. licet posset dispensare, vt clebret, si aliàs sibi constet, illum fuisse rite ordinatũ c. si. eodem ti. Syl. 4. p. quæstone septima. numer 17. versi. 96. Quarta Conclusio, pro Missis nouis nihil detur, nec permittatur quæri importunas, atque illiberales eleemosinas, quę potius exactiones, quam postulationes dici possunt, c. ad Apostolicam, de symon. Conc. Trid. lo. ci. §. atque vt multa.

AD TERTIVM, principale Sanctissime (more suo,) Sac. Conc. Trid. Sess. 25. c. 4. de reform. statuit taliter, & sit Prima Conclusio; Si Missarum celebrãdarum numerus, ex variis relictis, Defunctorum, sit tam magnus, vt pro illis singulis dieb. a testorib. præscriptis nequeat satisfieri vel eleemosina huiusmodi pro illis celebrandis sit adeo tenuis, vt non facile inueniatur, qui velit huic se muneri subijcere; Epi in diœcesana Synodo, & Abbates, & Generales ordinũ, in suis Capitulis Generalib. pro sua conscientia, re diligenter perspecta, statuant, quicquid ad Dei honorem, & ecclesiarum vtilitatem magis viderint expedire, ita, vt semper cõmemoratio fiat illorum, qui legata ad pios vsus reliquerunt; quib. verbis datur facultas Episcopis, vt vel augeant eleemosinas, vel Missarum numerum diminuant, quod etiam habetur in Concil. Prouinc. Neap. c. 24. de celebrat. Miss. Secunda Conclusio, Ad quam taxã possunt reduci Missæ, tam diebus ferialibus, quam festiuis, non potest dari certa Regula; bene uerũ est, quod in Conc. Prouinc Surrentino, vbi præsidebat Archiepiscopus satis doctus, & pius cũ trib. Suffraganeis, & multis Abbatib. cui & ipse interfui, fuit conclusum, vt pro Missa diei festi soluerentur duodecim Ducati Aurei, & diei ferialis sex singulis annis vide Sot. 4 sent. d. 1. q. 2 articulo 1. & Flor. Theol. eod. lib. tract. de valore Missæ ar. 2. conclus. 2. isti dicunt, quod pro vnaquaque Missa potest taxari valor vnius Argentei, siue Carleni, siue Iulij, siue Reali. Sot. lib. 9. q. 3. ar. 1. Tertia Cõclusio; Quando in Ecclesia esset magnus Missarum numerus, & presbyteri, seu sacerdotes illius non sufficerent pro illis celebrandis, sunt aliunde adiutores vocandi, Sot. lo. ci. col. 2. Nauar. c. 25. nu. 134. notab. 22. Quarta Conclusio; Si Missarum numerus est continuus vel onus perpetuum, & non potest huic oneri particulariter satisfieri, ob carentiam Sacerdotum, tunc practicari potest doctrina Sac. Concilij, vt sup. si vero veniret in dies hæc Missarum multitudo, tunc aliunde vocandi sunt auxiliatores, sed si non adest copia celebrãtium, quia est oppidum vel terra, in qua sunt pauci Sacerdotes, Sac. Congre. Declara. 4. ita censuit, Episcopus ob multitudinem populi, potest compellere rectorem, ad sibi adiungendum alios Sacerdotes pro Missis, atq; aliis diuinis Officiis celebrandis, cum moderamine multitudinis Missarum, Si vero esset impossibile adiungendi alios Sacerdotes, tunc recurrendum est ad remedium, cuius meminit Illustrissimus Carolus Boromeus Archiepiscopus Mediolanensis in actibus eiusdem Ecclesię, vbi instituit, vt in qualibet Sacristia constituatur vna cassa, siue arca cũ duabus clauibus, & ibi reponantur elemosinæ, quæ veniunt in dies, & omnes celebrantes faciant collectas in Missis pro illis, quorum intuitu dantur, & qualibet secunda feria officium Defunctorum, & Missa cantata pro eisdem generaliter celebretur & quod singulis mensibus arca illa aperiatur, & eleemosinæ inter seruientes diuidantur, & sic etiam constituit Reuerendissimus Archiepiscopus Surrentinus in suo Archiepiscopatu, & hoc comprobatur auctoritate, & rationibus Doctorum, qui asserunt, quod id quod non potest fieri per Missarum celebrationem, saltem fiat pro orationes & diuina officia, Tabien. lo. ci. Angel. & Armil. & alii citati Quinta Conclusio an quis posset Missas, quas tenetur celebrare, per alium facere illas celebrari, vel possit aliquid sibi retinere pro vestimentis, quæ accommodat celebrantibus, vide Nau. c. 25. nu. 91. Notab. 24. Sot. lib. 9. de iust. & iure, lo. cit. Viguer loco cit. de Sacram. Euchar. c. 16. §. 3. littera, A. in fi. D. Anto. 2. p. tit. 2. c. 4. §. 5. & non satis tutus manet in conscientia

scientia ille, qui tenetur aliquid per se facere, si facit id per aliū, per ea q̄ dicit Nau.c. 17.nu 44.D.Anto.lo.ci.Abb.consi.99.n.3.in 2.volu.& regula, qui p aliū, &c. est fictio iuris, nā Eps residens per Vicariū in sua Diœcesi non dicitur vere residere; ex his patet Sexta Conclusio, quod Missa debet celebrari eodē die, eodē loco, & de quo petitur, & per eandē personā, nisi excuset probabilis consuetudo, vel impedimētum, & hac diminuendi missarū numerū facultate Prælati debent parce vti, & cū moderamine, de quo Nau.consi.9.n.10.de celebrat.mis.& nos hic tetigimus, vt videlicet per alia opera bona suppleatur ante missam, in missa, & post missam.

AD QVARTVM relictis disputationib., sit Prima cōclusio; Missa celebrata pro multis, non ꝓdest singulis, ac si pro singulis celebrata fuisset, ista est cōis apud Doctores cita.Nauar.c.25.nu.92.Notab.25.Scotus Quolib 20.& Abb.in d.c.fraternitatis nu.4. Roman.consil.339.gl.in cap.tempus.in ver.baptizantis, 13.q.2.& ibi Archid Scotus Quod 2.ar.14.Secunda Conclusio, non potest Sacerdos accipere, nisi vnam eleemosinam, siue pitantiam, pro celebranda vna Missa, licet sit exigua eleemosina, seu Pitantia: dat rationem, quia paupertas non excusat, & clericus pauper pōt facere aliquod aliud artificiolū, c.clericus victū, 91.d.& ista est prima opinio, Nauar.lo.ci.& Diaz Prac.crim.Cano.c.50.Secunda opinio est So.4 Sent.d.13.q.2.ar.1.& lib.9. de iust.& iure, lo.ci.& Flor.Theol.in 4.sent.tract.de valore Missæ, ar.2.Cōclus.2. dicunt ꝙ posset accipere duas pitantias, siue eleemosinas, q̄ essent insufficientes, vt quia vnus dat dimidiam partem vnius argentei, siue Carleni, & alter dat aliam dimidiam.

Tertia opinio est Melchior is Cani, lib.12.c.14.f 885.vbi dicit, quod omnis opinio in hoc necesse est, consentiat, sacerdotem siue pro paucis, siue pro multis celebraret, cibum vitę necessarium expetere suo iure posse, ego censerem cum 1.opinio. cuius ēt fuit Magister meus quamuis non omitterem duas alias opiniones, & maxime, quando Sacerdos protestaretur, dicens eleemosynam illam non sufficere, & quod orabat Deū pro illa persona quæ dat eleemosinā, & sic hodie videmus cōiter dari Carlenū vnum pro qualibet Missa, & hoc primo intelligi debet de sacerdote, qui non haberet aliunde victū, nā si haberet beneficium sufficiens, non excusaretur, propter hoc in Monasteriis pinguib.tertio seruanda est locorū consuetudo approbata.

Tertia Conclusio; Taxanda eleemosina pro Missis celebrandis, patet ex dicti superius, §.3.Concl.2.& Sac. Congre.Declar.235.censuit in hæc verba: Pro mercede Capellani sufficiunt 50.aurei, & Nauar.consi.8.de celebrat.miss.dicit non satisfacere plurib. celebrando vnam missam, etiam de licentia superioris, ēt si pro vna missa, & pro alio collecta diceretur, nisi elemosinæ essent adeo tenues, &c.

AD QVINTVM, si extra locum sacrum, si nō ieiuni, si in die sępius, si sine aqua, igne vel in pane fermentato, vel in calice ligneo, vitreo, lapideo, vel stanneo, contra aliqs alicuius diœcesis ordinationes, si in altari non consecrato, vel fracto, sine vestib. sacris, si cum aliqua superstitione, si euomuerit ob ebrietatem, si ob negligentiam Sanguinis, vel corpꝰ Christi in terrā ceciderit, si aliqua sortilegia in ipsa commiserit, & alia.Diaz in prac.Crim.Canon.à c.29.vsque ad 39.Nauar.c.25.nu.81.notab.16.& infra, Pau.Grill.2.c.11.14.& 15.

AD SEXTVM, Prima Conclusio; de consilio, quisque tenetur audire Missam diebus saltem Dominicis, & maioribus festis in parochia sua Concil.Trid.Sess.22.c. quanta cura, §.moueant, Nauar.c.21.nu.5.& 6.2.Declar.Sac.Congr.6.dicit non posse Episcopum cogere populū multis, & pęnis, etiam casu notabilis negligentiæ, aut contumacię ire ad audiendam Missam in parochiam suam, & idem declarat.112. vbi asserit, esse admonendos, & non cogendos populos, vt frequentent parochias suas circa audiendam Missam.

AD SEPTIMVM, vide Naur.c.25.nume. 87.Notab.20.& alios Doctor. qui asserunt posse Sacerdotem pluries eadem die celebrare, cum adsit causa, & cū suis requisitis, tamen

tamen hoc erat de iure antiquo, quando erat penuria Sacerdotum, sed hodie non liceret, plusquam semel celebrare, Soto.4.Sent.d.13.q.2.artic.2.colum.5.& ita cēsuit Magister meus in publica lectura, & qui secus faceret, posset puniri, Diaz lo.ci.c.30. & audiui quendam ob hoc condemnatum fuisse ad remigandum, & Nau.in cons.2. de celebrat. miss. dicit licere, vbi est magna sacerdotum penuria.

AD OCTAVVM, Diaz lo.ci.c.29.dicit esse arbitrariam pœnam, attenta personę, & excessus qualitate, tamen Boer. decis.4.nu.2.dicit esse pęnam depositionis, per c.si constiterit, de accusat.

AD NONVM, respondetur negatiue, Boer.in tracta.de auctor.magni Cons. p Franc nu.35.Nec obstat c.significatum, de prębend.quia ibi loquitur de eadem missa celebranda quotidie, & non de persona celebrante singulis diebus, per c.quotid ie, de cōsecrat.d.2.bene uerum est, quod semel in hebdomada potest quiescere, iuxta cōm unem consuetudinem, & per ea, quę superius diximus, §.1.ver.ad tertium, cor... 3.Nauar.cons.6.de præbend.& cons.9.nu.8.de celebr.miss.

Miraculum.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit miraculum.*
2 *Quæ requirantur ad verum miraculum.*
3 *Quando debeat, vel possit publicari.*
4 *Quare fiant miracula.*
5 *Quid de prędicantibus falsa miracula.*
6 *Quomodo probentur.*
7 *Quando differant inter prodigium, & virtutem.*
8 *Quomodo differant inter gratias.*

AD PRIMVM, vide D.Th.1.q.105.ar.7.& Lexicon Theologicum in ver.miraculum, & Panor.in c.cum arte, nu.7.de celebrat.missar.

Ad secundum, requiritur primum, vt sit aliquod arduum, & difficile, vt saturatio quinque mille hominum, cum quinq; panib.& duob.piscibus.Ioan.c.6.vbi ait, vnde ememus panes vt mãducēt hi; & Marci 8.quis pōt hos saturare in solitudine, vbi arduum, & difficile demonstratur 2m, vt insolitum, vt sistere Solem, & Lunam Iosue 10.& 4.Reg.c.20.& Isa c.38.vbi est magna difficultas, an cōstit erint oēs cęli, vide p hac materia Sot.4.Sent.d.48.q.2.ar.2.Tertiū, vt præter cōsuetudinem, ordinē, & vires naturæ Ioan.c.9.de cęco nato, vbi facit lutum, quod non solum non est illuminatiuum, sed obcæcatiuum.Quartum, vt raro, D.Aug.trac.24.in Ioan.vbi ait quotidiana viluerunt; gl.in c.legitimus, in ver.paucitate, 93.d.Quintū, vt fiat ad bonū finem D.Aug.li.de vtilit.credē.ad Honoratū c.16.D.Th.lo.ci.ar.7.ad 2m, & 2.2.ar.1.& 2.vi de Addit.Ant.Franc.in Pan.in d.c.cum Marthæ, nu.7.lit.B.patet in languido Ioan. c.5.vade, & amplius noli peccare, & de paralitico, siue Hydropyco, Luc.c.13.Remittuntur tibi peccata tua.Sextū quod fiat stātim, illico, protinus, repēte, nā si fieret successiue, nō diceretur vere miraculū.D.Th.lo.ci.ar.8.Beda, & Hier.super Luc.c.4.de Socru Simon imperauit febri, & statim, & ita de Lazaro statim, ita de filio viduæ statim, & alia quam plurima; Nec ostat illud Mar.c.8.de cæco illuminato paulatim, & successiue, quia ēt paruula temporis mora fuit sanatus.

Ad tertium, non potest miraculum publicari, teneri, haberi, seu, venerari, sine aucto-

auctoritate,& approbatione Romanæ Ecclesiæ,c.1.de reliq.& uenerat.sanct.& requiritur etiam approbatio Ordinarii,Conc.Trid.Sess.25.c.de inuoc. & uenerat.sanct.in prin.Ratio potest esse,quia miracula possunt fieri per malos homines,& dęmones,c.te neamus,1 q.1.gl.in d.c.1.in uer.miracula,D.Th.vbi supra.Mat.c.7.& c.24. Hier.c.23. Deut.c.13.D.Aug.lib.10.c.16.de ciuit.Dei,& Homi.9.in Apocal.& tract.110 in Ioan. Alex.de Ales,2.p.q.43.mem.10.propè fi.D.Th.super ca.1.2.Cor.lect.3.in cat.aur.super Luc.c.1.referens Atha.in vita S.Hilar.super Mat.c.7.& ibi Chrysost.super c.8.Luc.Sanctus Maxi.in homil.1.Dom.Ad uentus D.Th.super c.6.ad Eph.3.propè fi. Beda in c.3. Io.super illa uerba,dilexerunt homines magis tenebras,quam lucem;Alicuius ibidem, & ibi gl.interlinea.D.Th.2.2.q.161.art.3.& 1.par.q.61.ar.2.ad secundum, D.Aug.lib. 8.super Gen.ad literã,Mall.malef.q.61.art.10.ad octauũ.Sy.lib.1.c.vlt.p.3.de Srig.Cõp. Theol.lib.2.c.1.Soto 4.Sentent.dist.43.q.2.ar.3.D.Tho.in Addit.3.p.q.77.art.vlt. & super c.15.1.Cor.lect.8.quib.in locis habes,an miracula possint fieri a Dęmonib.vel a malis hominib.uel a viris sanctis,etiam nondũ canonizatis ab Ecclesia Catholica, & cognoscuntur Primo ex fine.Secundo ex modo,tertio ex tẽpore,quarto ex locis,D.Hier. in Matt c.8.super illa verba,venisti ante tempus,& c.gl.ord. super Luc.c.8. & ibi Crys. & Nicepho.in histor.eccl.li..Inn.in c.1.de reliq.& venerat.sanct.Viguer.in Inst.Theolog.tract.de virtute Dei,c.10 & an hodie sint necessaria,uel utilia miracula,vide Greg. in hom.i.Ascens.Ioan.Gerso.Cancel.Paris.2.q.& sic quando succedunt in aliqua diœcesi,sint cauti Reuerendissimi Ordinarii,ne miracula promulgent, nisi prius id per testes legitimos fuerit sufficienter probatum,& processus, siue aliquid huiusmodi mittatur ad summum Ro.pontif.gl.cit.& c.uenerab.de test.& ibi gl.Nau.c.18.nu.5.notab.5. & si ab ipso sum.Pontif expectetur determinatio.vide Bul.Leo.X.quæ est 15.& incipit.Superne,ubi etiam inspirationes diuinę,non possunt publicari,sine Sed.Apost.licẽtia,& Ordinariorum approbatione.

Ad Quartum,miracula fiunt primo ad confirmationem sanctæ prędicationis,Marci vlt. & hæc potest facere etiam homo peccator,D.Th.Secundo, ad propagationem fidei D. Greg.in Homil.Ascens.Tertio ad ostendendam sanctitatem alicuius viri, vt de B. Stephano Actor.6.dicitur Faciebat prodigia,quia plenus gratia;Quarto,ad ostendendam sanctitatem loci,vt Gen.28.& Exod.3. Quinto ad conseruationem fidei,& ad fouendã charitatem fidelium,quæ alioquin refrigesceret.Matt.c.24.1.Cor.c.14.qui prophetãnt hominib.loquũtur ad ædificationem,& exhortationem,D.Th.1 Cor.c.12.lect.2.& sic ad augendam plebis Christianæ deuotionem.Sexto,ad gloriam Dei Actuum c 4 Io.c. 9.Psal.113.Septimo ad confirmandam veritatem sacrarum imaginum, prout in septima Synodo generali,quæ est secunda Nicęna, sub Constantino & Irene Imperatorib. vbi agitur de imagine crucifixi percussa pugione emittẽti magnam sanguinis effusionẽ ex Athanasio,& ex imaginib.SS.Cosmę,et sic videmus diuersis in locis sacris hisce nostris temporibus fieri miracula circa corporum infirmitates, et ista possunt peti a Deo. Flo.Theol.4.Sent.tract.de Suffrag.ar.2.difficul 2.conclus.2.D.Tho.in 2. ad Tessal. c.3. lec.2.circa vlt.

Ad Quintum,prædicantes falsa miracula sunt excommunicati,Papali excommunicatione,Nauar.capit.vigesimoseptimo,numero 113.excom.m.30.licet ipse,et Caiet.et Auctor Sum.Concil.Later.in fi.§.ambiguum,dubitent,hanc censuram,sicut alias factas in dic. Conc.fuisse v su receptas.

Ad Sextum,vide Gem.in. capitulo primo,numero tertio,de consef.libro sexto, Bald.in l. solam,col.fi.eodem de testa.Addit.Zach.in Abb.in capitulo cum Marthę numero septimo,de celebrat.miss.in litera B.et Sym. de Cath instit. titulo vigesimooctauo, numero.19.

Ad Septimum,vide D.Th.2.Cor.c.12.lect.4.in uer.signa Apostolatus.

Ad Octauum,miracula vera fiunt propter illa quæ dicta sunt in 4.§. gratiæ verò possunt

Q fieri

fieri magis cõitet,& gratia sanitatum commemoratur seorsum, d. Mo. 229. 178.art. 1. ad 4.& sic interdum fiunt quædam mira, seu stupenda, in quibusdam ecclesijs, siue imaginibus sacris, quæ videntur miracula, & reuera non sunt talia, sed potius gratiæ, vel dona, D.Tho lo.cit.lect.2.& ex his poteris colligere, quod non sunt vera miracula, quã do quis progressu temporis sanaretur, vel quid modicum infirmitatis, nam vera miracula, vel nihil, vel totum operantur, vt de Paralit.Io.5.vbi D.Aug. totum hominem sanum fecit in Sabbatho Deut.32.Dei perfecta sunt opera,& Gen.c.1.Vidit cuncta quæ fecerat,& erant valde bona;& insuper quod ea quæ fiunt a malis hominibus vel à dæmonibus prædicantibus falsam doctrinam, non sunt verè miracula, & sic erunt illa, quæ faciet Antichristus, & si quæ sunt, quæ circumferuntur a nostris pseudoprofectis recentioribus hæreticis falsa dogmata prædicantibus.

Hic nota, de nonnullis miraculis, siue ignotis prodigiis, signis,& portentis quæ solent apparere in aere, vt refert Plin.lib.2.c.59.nat.hist.Ioseph.de bello Iudaico. Machab. lib.2. c.5.& 11.& de aliis similibus phantasmatibus & spectris, quæ interdum solent apparere noctis tempore, circa sepulchra mortuorum, an fieri possint naturaliter, vel per malignos spiritus; vide Ammon. in Prædicam. & Suessan.libro primo, Meteorol. Com. 43.& 84.cætera fusius vide in Doctoribus citatis.

Moniales.

SVMMARIVM.

1 *Monialis, quot annorum debeat esse, quando vult suscipere habitum monachalem.*
2 *Quot annorum in professione emittenda.*
3 *Vbi, & quoties examinanda, seu exploranda eius uoluntas.*
4 *Clausura, & septa monasterij ad quem pertineant.*
5 *An possint habere proprium moniales.*
6 *Quot recipi posent in quolibet monasterio.*
7 *Quę uita, circa Sacramenta, & alia.*
8 *Quo ad ingressum monasteriorum, quomodo liceant.*
9 *Abbatissa, quot annorum esse debeat & quomodo eligi debeat.*
10 *An puellæ posint intromitti, & recipi in monasterium, & quæ conditiones requirantur.*
11 *Quanto tempore ibi permanere possunt.*
12 *An mulieres suspectę possent ibi conseruari.*
13 *An in quolibet monasterio debeat fieri liber monialium.*
14 *An aliqua posset fieri monialis, uel professionem emittere in monasterijs exemptis Regularium, absque licentia Ordinarij.*
15 *De dote, quid constituendum.*
16 *An moniales professę exire posint a Clausura, & quando.*
17 *Monasterium earum an posit transferri, & quando.*
18 *Quę dos debeat moniali, quando non relinquitur a patre dos determinata, uel non fuit data sufficienter.*
19 *Vbi monasterium monialium construenda, & quomodo earum necessitatibus prouidendum.*
20 *Qua ętate, & quo tempore moniales uirgines habeant, seu benedici, consecrari, et uelari.*

An

21 *An possint uariare in electione Abbatissę publicato scrutinio.*
22 *An sint cogendę ad habitum suscipiendum, uel professionem emittendam, et an impediendę.*
23 *An possint ingredi monasterium strictius.*

AD PRIMVM, requiritur ætas duodecim annorum, Concil. Trid. Sess. 25. cap. 17. de Regular. & prius debet explorari sua voluntas ab Episcopo, siue ab alio, prout ibi & Pius V. Bulla sua disponit, ne occasione huius explorationis Episcopus, vel eius Vicarius, possit Monasterium ingredi, sed ante Elatra Monasterii id efficiat. & Concil. Mediol. prouinc. 5. trac. de Monial. fol. 130. §. cum dicit, quod in ecclesia monasterii exteriori, vel in alia proxima, pręsentib. duabus matronis ętate grauibus, honestisque, debet puella examinari, & illæ duæ matronæ non debent esse cōsanguineæ, uel coniunctę puellæ, ita Sac. Congre. Declar. 456. & 458. & 272. & hoc idem, antequam dicta puella, iam induta habitu Monachiali, solenniter profitetur, agendum est, vt patet in eadem Sess, &c. & ita censuit Sac. Congr. Declarat. 167.

AD SECVNDVM, non debet ad professionem admitti puella Monialis, ante decimū sextum annum expletum, nec, nisi per annum post susceptum habitum, in probatione steterit, ea. Sess. c. 15. & Conc. 6. Constantinop. c. 40. ex can. 18. Basilij magni, ita auctor Sum. Concil. & si aliqua ante dictum tempus professionem emiserit, eius professio ab Ordinario debet nulla declarari, Declarat. Sac. Congre. 355. & 368. dicit elapso tempore nouitiatus ad professionem admittendæ sunt, si habiles inueniuntur, si secus, a Monasterio eiiciantur, & debet eis præfigi terminus ab Ordinario quindecim, aut viginti dierum ad deliberandū, an vellit profiteri, quod si nolint, remittēdę sunt ad domus consanguineorum, vel affinium, & hoc Declarat. 285. vide Panor. in c. quia ingredientibus nu. 4. de test. & in c. vt clerici, nu. 1. de Regular.

Hic est primum dubium, quid si vno die ante annum probationis aliqua professa sit, an teneat ista professio. Secundum quod si probare vellet vi aut metu ingressam esse Religionem, & professionem emisisse, quomodo, & quando probare debeat. Tertio, quid debeat fieri de dote promissa vel de bonis asportatis ad monasterium ab ipsa puella, si inde exierit, nolens profiteri, & in Religione perseuerare, quartum an sint cogendæ profiteri, si sunt tacitè professę.

AD PRIMVM, respondetur, quod requiritur annus integer, & expletus, adeo, quod si deficit vna dies, nulla est professio, etiam si in anno bissextili non adderetur dies vna non valet professio, quæ debet fieri in vltimo instanti anni, quod clarè dicit d. Sac. Concil. loco cit. cap. 20. ubi requirit annum expletum, glos. in cap. fin. in versic. per annum, de regular. Syluest. in ver. Religio, 3. numero 19. uer. 3. faciunt quæ dicam in ver. professio, dicto 7.

AD SECVNDVM, respondetur, quod si metus, vel vis suspicaretur, vel dubitaretur ante susceptionem habitus, uel professionem emissam, vel post vtrumque, si primum Ordinarius ex ea diligentissimè quærere debeat, an Deo religiose inseruire, atque inter Moniales, apud quas est, professionem emittere, an Deo nubere, velit, & hoc debet fieri necessariis interrogationibus, & quicquid respondet, debet describi a publico Notario, præsentibus testibus idoneis, ita censuit Sac. Congregatio Declarat. 272. quod si habitum suscipere, & professionem emittere libere asseruerit, ad utrumque admitti potest, si secus ad domum consanguineorum, uel affinium remittatur, prout supra, si secundum, practicetur, capitulo decimonono, Sess. vigesimaquinta, vbi dicitur, quod infra quinquennium tantum, &c. & uide in uer. professio, pro quo etiam facit Declarat. Sac. Congregatio. 410. & ne miretur quis, si in capitulo decimonono, solum videatur loqui de religiosis masculis, quia respondetur, primo idem esse propter identitatem ratio-

nis,prout in capitulo decimoquinto, eadem Seff. Secundo quia masculinum concipit fœminum,gloss.in cap.si quis suadente,in uer.si quis,decimoquinto,quæst.4.Gom.in cap.2.num.66.de Rescrip.lib.6.& in q.9.de infir.resign.& Foller.prac.Crim.1.par.2.p. num.18.de metu,uide in uer.metus,& in uer.professio,num.14.uide Abb.in ca.3.nu. 3.in fi.de statu monach.

AD TERTIVM, tam dos,quam omnia,quæ sua erant, discedere a monasteriis uolenti bus,nec habitum suscipere, nec professionem emittere,puellis sunt restituenda,sub pœna excommunicationis,ea.Seff.cap.16.de Regular.argum.cap.si beneficium,de Regular.lib.6.cap.1.17.q.2.sed durante anno probationis,uictus, & uestitus potest a parentibus, seu propinquis, aut curatoribus de paternis bonis ministrari, faciunt quæ notat Vinc.Franch.decis.14.in ult.facit,quod dicit idem decis.52.num.1.& 2 quod si matrimonium sit declaratum nullum,donationes factæ inter sponsos restituantur, nulla facta distinctione scientiæ, uel ignorantiæ, & ualet argumentum a matrimonio carnali ad spirituale,ut patet doctrinis,& iuribus uulgatis.

AD QVARTVM,Sac.Congregat.Declar.250.censuit,moniales, quæ eius ordinis sunt qui requirunt professionem, si tacitam professionem emisserint, licet palam,& expresse id factum non fuerit,tamen cogendæ sunt ut profiteantur,facit cap.1.de Regular.libr. 6.& Clem.2 eo.tit.

AD TERTIVM principale iam patet ex dictis ad primum in ultimo.

AD QVARTVM, maximis sub pœnis præcepit sancta Synodus, ea. Seff.cap.5.Episcopis,ut Monasteriis sibi subiectis adhibeant clausuram optimam, & circa monasteria exempta,tanquam sedis Apostolicæ delegati, & si aliquis exemptum Sancti monialiũ monasterium ingredi ausus fuerit absque licentia, (quia tunc clausura censetur uiolata)potest per ordinarium censuris ecclesiasticis puniri,& declarari,prout in dicto cap. Abb.in capit. primo,numero primo,de statu monach.& monialibus, è monasterio exeuntibus etiam cum causa probabili requiritur in eo consensus superioris Regularis, & Episcopi eius loci,Sac.Congreg.Declarat.400.meis,Vide Bul.Pii V.quę est octaua incipit,Circa pastoralis.

AD QVINTVM, cautum erat de iure Decreti, Religiosos non posse habere proprium, cap.non dicatis,12.q.1.ubi D.Aug.in ser.5 de com.uit.cler.& in epistol.106.ad Monachos,dicit non dicatis habere proprium aliquod,sed sint uobis omnia communia,Augu.tract.6.in Ioan.& habetur Can.quo iure,8.dist.Ambrol.47.dist.c. sicut hi,Chryso. super Luc.c.6.ubi dicit,a Deo percepimus omnia,quod meum dicimus autem,& tuum, mendacii sunt uerba,& Poeta.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus ,
Prelia cessarent,et pax sine lite foret .

Postmodum de iure Decr.in c.cum ad monasterium, ult. de statu mon.dr,nec Abbatem, nec Papam posse dispensare in hac proprietate.Accessit ius nouissimum Sac.Conc.ea. Seff.c.2.ubi nemini Regularium licere tenere, uel possidere bonis immobilia,uel mobilia cuiuscunque qualitatis,tanquam propria,aut nomine Conuentus,sed statim ea superiori tradere,& incorporare decernit.Hic sunt multa dubia,& Primũ an liceat superiorib.monialium concedere licentiam eis, ut possint habere aliquod propriũ pro suis necessariis,ut puta,infirmitatib.uestitu, uictu, & huiusmodi.Scdo an mobilia saltem.

AD PRIMVM,Conc.loco cit.quo ad immobilia,seu stabilia respondet negatiuę,accedit Declarat.Sac.Congreg. 154.ubi censet, monialibus non licere possidere proprium,& quod eis legatum,relictum,donatum,datumve fuerit, uel etiam earum labore,uel industria partum, tradi debet Abbatissæ, quæ ex eo primum monialis ipsius,cuius causa id quęsitum est,necessitati prouidebit,reliquum cõferri debeat ad usum monialium, reliquarum Conuentus.

AD

AD SECVNDVM, Concil. ibidem concedit, vt superiores possint permittere Moniales habere vsum mobilium, cum hoc, ut eorum supellex statui paupertatis, quam professæ sunt, conueniat; Sed quid sit vsus iste mobilium, dico breuiter, præter pannamentorum includi etiam pecuniarium vsum, quas lucrantur suis exercitiis, ad hoc vt possint emere vestes, libros, & alia huiusmodi, & hanc licentiam posse dare Ordinariũ, uel superiorem eorum affirmat Gom. tract. de Breui. numero 18. & dat rationem, nam propter hoc non videntur habere proprium, cum ex debita obedientia semper debent esse paratæ illa dimittere ad libitum suarum superiorum, ita Ioan. Andr. & Abb. in capitulo secundo, & in d. c. Cum ad Monasterium, de statu monach. & in capit. ex ceteri, colum. 2. de Rescript. & in Consil. 88. il primo, & in capit. Ioannes, numero 6. de Regul. Sed hodie est dubium, an possint permittere ijdem superiores, vt moniales habeant annuos census, siue redditus, & videtur quod sic, quia sunt pecuniæ, & vsus mobilium, sed contrarium est tenendum, quia annui reditus, inter immobilia a iure censentur, clement. 1. § cunque annui reditus, de uerbor. signific. & ibi gl. in d. versic. imo nec vsum eorum, quia sunt immobilia, seu stabilia, fallit in annuis reditibus, qui cum persona extinguuntur, quia isti non computantur inter immobilia, Gom. quæst. 1. colum. tertia, de trien. possess. Abb. in consil. 13. colum. 4. lib. 2. sed nec istos possent habere. Declarat. Sac. Congreg. 390. & sic respondet in facto, Aliud dubium, an possit concedere vsum pecuniarum quæ sunt in bonis, Respondetur negatiue, quia numerandæ sunt inter immobilia, Cal. in capit. cum causa, de re iudic. iuxta finem, Tiraq. de vtroque retrac. in gl. 7. §. 1. fol. 108. numero 113. Foller. pract. crim. 1. par. 2. par. num. 13. fol. 65. & sic solum habetur ex his omnibus, quod superiores tantummodo possunt concedere vsum mobilium, sed non dominum, sed utantur, actu 1. dum indigent aliquibus rebus necessariis, Flor. Theol. tracta. de domin. art. 1 2. & 3. fol. 113. Hinc fit quod mobilia non possunt donare, nec consumare, sed iis tantummodo vti, Soto lib. 4. quęst. 1. art. 1. pag. 2. etiã si sit monialis feudataria, nam feudum, durante eius uita, manet quo ad commoditatem apud Monasterium, Capyc. decis. 10. num. 17. & infra, hoc intellige, iuxta dicta in uer. alienatio, §. 3. cons. 7. & 8. Nau. in c. cui portio, 52. q. 2. siue de regular. com. 1. ver. 13. principale, nu. 13. & in c. non dicatis, com. 2. c. 1. nu. 2 ver. per regulam. Calde. consilio 2. de Regul.

AD SEXTVM, Sac. Conc. ibidem c. 3. statuit, quod is tantum numerus monialium constituatur, & conseruetur in posterum, vel qui ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosinis commode possent sustentari, vide in ca. periculoso, §. fine, de statu Regul. libro 6. & ibi Anchar. numero 3. versi. quinto nota. Idem confirmat sac. congreg. declarat. 216. & Pius V. in Bulla sua 9. folio 13. & in eod. loco Addit. Sac. Concil. nulla talia loca, tam virorum, quam mulierum erigentur sine Episcopi, in cuius Diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta, quod coadiuuatur iure communi & intelligitur de omni Ecclesia, & loco sacro, capitulo nemo, de consecr. distinc. 1. Syluest. in ver. Ecclesia, secundo, Sylua. tract. de benef. 1. par. quæst. 6. in princip. & per totum. Nauar. in cap. statuimus, 44. ver. 3. 19. q. 3. & circa numerum monialium etiam in monasteriis exemptis iurisdictio ordinaria est, idem num. 57. & in c. nulla, 18. q. 2. nu. 7. ver. 2. q. in c. statuimus, nu. 45. ver. 3. idem de eleemos. G. XIII. Bulla sua, & Nau. lo. cit. vbi habes numerum certum posse, & debere ab Ordinariis etiam in exemptis cum suis superioribus præfigi, vltra quem sub pœna peccati mortalis, non possunt alia recipi.

AD SEPTIMVM, sub præcepto peccati mortalis obligantur cõfiteri peccata sua singulis mensib. & prima dominica cuiuslibet mensis sumere sacrosanctũ Eucharistiæ Sacramentũ, hoc habetur in Cle. 1. §. fan., de statu mon. & gl in ver. mensib. idẽ So. 4. Sent. distinc. 18. q. 1. art. 3. col. 5. & Oldradus cõs. 222. Caiet. in q. 1. in addit. 3. par. D. Thom. tũ Conc. Ses. p̃dicta, c. 10. dicit, vt admoneãt Sãctimoniales, saltẽ semel singulis mensib. cõfessionẽ peccatorũ facere, & sacrosanctã Eucharistiã suscipere, & verbũ admonere non

Q 3 dicit

dicit obligationem sub reatu peccati, Sess. vigesimaquarta, §. præterea, de reformat. maxim. ad d. Clement. respondetur, quod quantum ad hoc, est reformata per ius nouissimum; Hic sunt multa notanda. Primo circa vestes Secundo circa locutiones Tertio, circa commatres. Quarto, circa tonsuram capillorum; De Primo dicitur, quod non possunt portare vestes diuersi coloris, Can. vlt. 20. q. 1. arg. c. pen. de vita & honest. Cler. nam si prohibentur hæc Clericis sæcularibus, quanto magis Monialibus, quæ arctiori vita astringuntur, c. fi. 21. q. 4. gl. in Clem. 2. in ver. partita, de vita & honest. cler. & cum loquatur de vestib. extenditur etiam ad caligas, & sandalia, similiter & de tonsura capillorum, argum. de toto ad partem, & è contra. Circa Secundum, Monialis non potest nec debet loqui sola cum aliquo, sed associata cum duabus uel tribus, cap. in decima, 10. q. 1. facit cap. Monasteria, de vita & honest. Cler. vbi Clericus frequentans Monasteria Monalium, sine manifesta, & rationabili causa, potest arceri ab Episcopo, & nisi destiterit, potest suspendi, similiter de Laicis, quia possunt ab eo excommunicari, Nauar. ca. 25. num. 110. Notab. 32. & frequentia intelligitur ex duabus vicibus, Glos. in d. c. in ver. frequentare, Abb. in cap. monasteria, num. 5. de vita honest. cler. & refert Host. aliter sentiẽtem, Gom. in c. mulieres, numero primo, de iudic. lib. 6. similiter, & de litterarum inscriptione, quæ intelligitur prohibita sub prohibitione locutionis, prout dictum est in versicul. excõicatio, circa frequentiam locutionum clerici cum Monalibus, non est restringendum ad dictum prædictę glossæ, quia frequentare non intelligitur, etiam si tribus annis duodecies alloqueretur Abb. & Host. in d. c. Nau. in c. statuimus, com. 4. de Reg. num. 61. ver. quibus addo, & frequentia intelligitur sine causa rationabili, & manifesta. idem cons. 10. de statu monac. Hic dubitatus, an Episcopus possit ponere in ædictis, ne etiam mulieres, non solum viri alloquantur, vel scribant ad moniales, vel quibuscunque existentibus in monasteriis, & Nauar. lo. cit. ver. 3. dicit, ita esse edictum Romę quod etiam in aliis locis deberet obseruari, prout Beneuenti & Surrenti seruari vidimus, & rationabiliter, quia mulieres interdum solent esse internunciæ ad maleficium. De Tertio non possunt sibi facere commatres per Sacramentum baptismi, vel Confirmationis, uel huiusmodi, c. peruenerit, il 1. 18. q. 2. adest ratio, q̃a compatres, & cõmatres assumuntur in partem solicitudinis infantis, quam impartiri non potest monialis, cum non sit patrona sui ipsius, sed sub obedientia superioris, quod idem censendum est de regularibus masculis, c. peruenit, 12. q. 2. Nau. lo. cita. numero 65. ver. 2. de Quarto, vide Abb. & glo. in Clem. Attendentes, num. 2. de statu monac. & Abb. in capit. si quis ex clericis, numero 3. de vita, & honest. cleric. & in c. vxoratus, nu. 4 de Conuer. coniug. Circa tonsuram capillorum Monialium, quare fuerit inuenta rationabiliter, vide D. Hier. epist. quadragesimaoctaua, ad Sabinianum & Cardinal. Baronium in anno rationibus Martirologii die 20. Septemb. in uer. ad turpitudinem, dum agit de Sancta. Fausta.

AD OCTAVVM, Conc. Trid. Sess. ead. c. 5. disponit, ingredi autem intra septa Monasterii, nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine licentia Episcopi, uel superioris in scriptis ottenta, sub pœna excommunicationis latę sententię, quę est Episcopalis, cum non fiat reseruatio, & Concil. 1. Matisconense, Can. 1. & Pius V. excom municat omnes mulieres, etiam Ducissas, ingredientes septa Monasteriorum, etiam Monialium virtute facultatum Apostolicarum, quas reuocat. & est Bulla 22. fol. 930. Nauar. c. 27. nume. 150. notab... & est reseruata Papæ, & Greg. XIII. Bulla 75. cum reseruatione excom municat omnes prælatos, intrantes claustra Monialium, in casibus non necessariis; idem confirmat in alia Bulla, quæ est 36. fol. 1239. ubi excommunicat omnes ingredientes vigore licentiarum Papæ, vel Ordinariorum, nisi in causis necessariis, & vrgentibus. Sed hic dubitatur Primo, an qui ingrediat absq. licentia, ẽt vt ibi male aliquid faceret, esset excõicatus Papali excõicatione, videtur ꝙ non, quia Bulla solum loquitur de ingredientibus vigore facultatum Papę, vel Ordinarii, tanto minus, quo I ingrederetur, vt nihil male ageret, quia solum esset excommunicatus excommunicatione,

catione Sac. Concil. & sic vidi practicari a doctis, & piis viris, vide Tiraq. de retrac. cont inent. § secundo, glos. vnica, numero trigesimo, licet Nauar. lo. cit. versi. quarto, videatur dicere, quod plus peccat, qui non virtute facultatem, sine licentiarum quam sine illis ingredietur, sed ego vidi Neapoli absolui ingredientes, & cum maleficio, sed posset esse quod illi Cōfessarii absoluerunt illos cum facultate Episcopali per c. liceat, Concil Trident. Sess. vigesimaquarta, non omisso quod quidam Modernus scribens quosdam casus ventilatos in Archiepiscopum Bononiensi, teneat Episcopos non posse absoluere ingredientes Monasteria, sine licentia, per d. c. liceat, & vidi litteras Illust. Cardinalis Montiselparis, quibus idem affirmabat esse de mente Congregationis, Sed ego censerem oppositum, cum potestas Episcoporum, quæ aliàs est fauorabilis, & ideo ampliāda, uideatur satis restringi, c. odia, de reg. iur. lib. 6.

Secundo, an sit causa necessaria ingrediendi, ut quia mater, aut soror, aut consanguinei ingredi vellent visere filiam, aut sororem, graui morbo laborantem, Sac. congreg. dec. 489. respondit negatiue, & quod Episcopus non posset dare hanc licentiam, etiam si sit in periculo mortis, nec minus, quando filia, aut aliæ uellent suscipere habitum, uel emittere professionem, nec uiduis, quæ uellent in Monasterio manere in habitu laicali, licet promittant inde nunquam egredi; Ratio est, quia in nullo casu prædictorum est causa necessaria, de qua Conc.

Tertio, ista causa necessaria, uel casus urgens, de quibus Bulla Pa. Greg. a quonam debeat arbitrari, Respondetur ab Episcopo, & superiore, ita Sac. Conc. lo. cit.

Quarto, an vt procuratores possint ingredi septa Monasterii, possit dare licentiam Episcopus, Sacr. congreg. Declar. 115. respondet, quod non, nisi causa euidentis vtilitatis, dum modo eorum ætas, & morum grauitas ea sit, quæ ipsos commedat; Dubitatur Primo, an Episcopus possit ingredi Monasteria sibi subdita, sine licentia obtenta a superiore ipsorum monasteriorum, & Nau. in d. c. statuimus, nu. 40. dicit, quod nō, imo nec sua monasteria potest ingredi, nisi in casib. necessitatis, & comitatus senioribus. & religiosis personis, Nau. per Bul. Greg. XIII. nu. 61. lo. cit. & consi. 9. de statu monac. Sed circa ingressum Episcopi in monasterium exemptum cum licentia superioris illius, ego censerem secus, quādo ingrederetur ob causam necessariam circa clausuram, quia ad ipsum pertineret, prout dictum est superius, §. 4. per c. Bonif. Sess. 25. Conc. Trid. Secundo dubitatur, si quis ingrederetur cum licentia Episcopi, & ibi haberet rem cum aliqua Moniali an esset excommunicatus, Respondetur ex Nauar. consi. 34. de sent. excom. quod non, de iure communi, sed quia hoc uidetur obstare dictæ Bullæ, potest dici quod Nauar. loquitur de ingrediente cum licentia Episcopi in casu necessitatis, licet ibi malum patre, Bulla uero loquitur de ingrediente cum licentia Episcopi, sed non in necessitate. Tertio dubitatur, an per illa verba Concilii (cuiuscunque ætatis) prohibeatur ingressus infantulorum, discretione carentium? Respondetur ex Nauar. in d. c. statuimus, nu. 57. quod nō secus vero de amentib. pauperibus, quia isti possent esse causa peccandi, illi autem non; Quarto dubitatur, licentiam loquendi cum Monialibus exemptis, uel ingrediendi eorum Monasteria, quis debet dare? respondetur ex Nau. lo. cit. nu. 60. uer. 3. quod a superioribus ipsorum, & non ab Episcopo, nisi sint sibi, vel Papæ immediate subiectæ, tamē ego uidi obseruari contrarium Neapoli, vbi etiam Medici veniebant pro licentiis ad Archiepm Neapolitanum, causa ingrediendi Monasteria exempta pro medicatione.

AD NONVM, uide in ver. Abbatissa.

AD DECIMVM, Sac. Congreg. Declar. 86. dicit puellæ educationis gratia licet sacro uestitu indutæ non sint, nō prohibentur in monasteriis monialium retineri, & alibi dicit de puellis, quæ non educationis causa, sed pp inopiam, tenuesque facultates domi suæ tuto ali nequeant, qđ possunt collocari in monasteriis, modo a propinquis eis victus suppeditetur, & hoc Declar. 156. sed cum istis conditionib. debent ibi manere, loquendo de oīb. Primo sine ancillis. Secūdo vt si semel egrederentur, non amplius possint il-

luc reuerti. Tertio tenentur ad clausuram obseruandam, quemadmodum ipsę moniales. Quarto, quod recipiantur cum licentia in scriptis superiorum. Quinto, & de consensu Abbatissę. Sexto, quod, quod si ob ęgritudinem curandam, de licentia tamen superioris, vt supra, de consensu Abbatissæ, & Monialium exierit a Monasterio, rursum in eo admitti debent, cum licentia superioris, & de cõsensu Abbatissę, & Monialium. Septimo, quod utantur eo vestimento, quod virginali modestiæ, & pudori conueniat, & easdem conditiones debent obseruare viduæ, quæ ibi manent, licet illæ viduæ de cętero nõ sint recipiendæ in monasteriis, nisi moniales fieri voluerit, & Sac. Cõgregat. Declarat. 156. & 214. & 475. & 122. & 57. censuit.

Octauo, quod non sint super numerum præfixum.

Nono, quod quolibet semestri eis anticipata soluatur portio quòd alimentis.

Decimo, quod sit locus separatus a loco ubi deguntaliæ moniales professę, & nouitiæ pro dormitione, & laboretio, ita Sac. Congreg.

AD VNDECIMVM, ead. Sac. Cong. Decla. 468. censuit, quod puellæ educationis causa in Monasteriis Monialium permitti debent vsque ad decimum quintum annum suæ ætatis, & alia, quæ est 475. Hic posset esse dubium, qua ætate puellę causa educationis possint recipi in monasteriis, Ad hoc respondetur, me non inuenisse circa hoc declarationem aliquam, sed memini Reuerendiss. Archiepiscopũ Surrentinum, virum pietate insignem, dixisse mihi, non debere recipi, nisi ad minus septem, aut octo annos expleuerint, & fundatur ratione, quia non deceret in monasteriis, teneri infantulas, quasi in cunis, uel cum obstetricibus, & potest à simili deduci, per ea, quæ dicit Sac. Sonc. de cler. recip. in femin. cap. fi. Sess. 23. qui debent esse 12. annor. vel in ætate requisita ad sponsalia, quæ est 7. annorum expletorum, Couar. de sponsal. 1. par. ca. 2. num. 2. c. licet, de sponsal. Et Sacra Congreg. censuit, non recipi puellas minores septẽnio, & minores vigesimo quinto, prout uidi in licentiis, quæ propter talem causam ab ipsa sacra Congregationes, dari consueuerunt & inter cęteras, unam sub datum Romę, octauo Nouembris, 1599. Secretario Reuerendissimo Domino Bernardino Episcopo Auersano.

AD DVODECIMVM, Sac. Congre. censuit in hæc verba, Mulieres, quæ sunt in discordia cum marito, & eius sæuitiam timent, si extra culpam sunt, quamdiu iustam causam timendi habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tolerari, in posterum verò huiusmodi mulieres non debent recipi, declar. 159. Si uero mulier aliqua venerit in suspitionem marito, quod timet, ne ab eo aliqua vis ei inferatur, debet permitti, vt possit ingredi Monasterium Monialium, si modo constitutiones Monasterii non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, numquam postea in idem Monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ Moniales, & stare sine ancillis, & cæt. ita Sac. Congre. Declarat. 132. & hoc fouetur iure communi, prout habetur in c. de benedicto. 32. q. 1. Syluest. tract. benefic. 4. par. quæst. 7. numero 18. vers. 104. & Nauar. consi. 5. de diuort. dicit Episcopum hoc posse; & licet Apostilla ibi dicat, Sacram Congre. dedisse quandam formulam circa hoc, & ideo succedente casu, recurrendum esse ad eam, tamen ego vidi formulam, & est, ut Primo conueniat constitutioni monasterii; Secundo, de consensu Abbatissę, & Monialium; Tertio, sine ancillis; Quarto, ut seruet clausuram, ideo censeo succedente casu repentino, posse Episcopum hoc facere, quia in casibus repentinis periculosis, non potest ita facile haberi recursus, & ita vidi practicari in multi Ciuitatib. Hoc potest consolidari, argumento eorum, quæ dicit Sac. Conc. Trid. Sess. 23. c. 1. de reform. ubi agit de absentatione Prælatorum a suis Ecclesiis, cum licentia, pro ut ibi in scriptis, nisi urgens necessitas, uel repentina causa adesset.

AD DECIMVMTERTIVM, Sac. Congre. Declar. 410. in §. singula, dicit; Singula Monasteria habeant librum profitentium tacitè, vel expressè, & coadiuuatur iure cõmuni, quia professio debet fieri scriptis, capitulo fina. 20. quæst. prima, & glos. in capitulo nullus,

lus, in uer. expresse, de elec. li. 6. & nunq d scriptura sit de necessitate professionis? Francus ibi dicit, quod non, sed vt scriptura propria obuiet ei, qui contrauenerit, gl. in utroque loco, & sic vidi practicari à Reuerendissimo Archiepiscopo Surrentino:

AD DECIMVMQVARTVM, Primo patet ex superius dictis ad primum, in fine, vbi diximus Sac. Côc. Sess. cit. c. 17. disposuisse, bis esse explorandã voluntatem puellæ, & antequam suscipiat habitum, & emittat professionem, & hoc ab Episcopo, vel eius Vicario, & cæt. & non distinguit de puella ingrediête monasterium subditum Episcopo, vel exemptum à sua iurisdictione, & cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ergo ad Episcopum pertinet; & accedit dilucidatio Sac. Congregationis. 261. ubi censuit in hac verba, Primum Moniales subiectæ iurisdictionis Regularium exemptorum, si sine licentia Ordinarii egressę fuerint è Monasteriis, debent ipsæ, & eorum superiores de quorum licentia de Monasteriis egressę fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia ab eorum Ordinario puniri, non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, &c. Secundum, si superiores earundem Monialium alicui Monialium habitum dederint, tanquam ab Ordinario examinata fuerit, contra decreta Sac. Conc. Trid. faciunt. Tertium, idem si prædictæ, Moniales professionem emiserint, antequam iterum ab Ordinario examinentur, contra eiusdem Conc. decreta faciunt. Quartum, quod casus si euenerit, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum, quę habitum tantum susceperint, antequam in Religione profiteantur. Quintum, ab illis verò virginib. sacris, à quibus non modo habitus est susceptus, sed iam facta est professio, etsi examinatę non fuerint, tamen ab eis nihil sciscitari debent ordinarius, sed eas permittere in suo statu manere, Sextum, & prout à Conc. Trid. statuitur, in Abbatissas, & Prælatas animaduertere potest, debetque idem Ordinarius, & debent etiam moniales, & eorum superiores monerî ne vllis virginibus sacrum habitum ac multo minus patiantur in religione profiteri, nisi prius earũ volũtas pspecta, & explorata sit ab eodẽ Ordinario, quo facto, cõtra faciẽtes poterit idẽ Ordinarius coercere, non solũ pœnis à Conc. Trid. statutis, & pscriptis, sed et Ecclesiasticis cẽsuris, & aliis iuris remediis, nõ obst. quibuscunq; priuilegiis, &c.

AD DECIMVMQVINTVM, in c. quoniam, de symonia, inhibetur penitus ne pro monachatione aliquid recipiatur, sub quibusdam pœnis, ut ibi, & in Extrauag. Vrbani IIII sub tit. de Symonia, quæ incipit. Sanè, sub Papali excommunicatione, & reseruatione inhibetur ipso facto incurrenda, ne tam à maribus, quam, à mulieribus volentibus ingredi Religionem, Ecclesias, Monasteria, &c. in earundem personarum receptione, aut ante uel post illa, quoscunq; pastus, prandia, seu cęnas, pecunias, iocalia, aut alias res, etiam ad vsum Ecclesiasticum, seu quemuis vsum pium alium deputata, uel deputanda, directè, uel indirectè petere, uel exigere, quoquomodo præsumant; & inferius. Illa dumtaxat, quę, personę ipsæ ingredientes purè, & spõtè, plana libertate, omni pactione cessante, dare, uel offerre Ecclesiis, &c. cum gratiarum actione recaptari; & in Concil. Laterant. sub Innocent. III. cap. sexagesimoquarto, sed Sanctus Anton. tertia par. tit. 24. capitulo 70. Syluest. in uerbo, excommunicatio, septimo, numero 81. Casu 44. & Nau. capitulo 27. numero, 106. & gloss. in d. Extrauag. referunt, Felynum audiuisse à fide dignis, quod Vrbanus non intendebat comprehendere Moniales, quæ consueuerunt aliquid recipere, vigore consuetudinis, & Clemen VII. concessit, vt Moniales, nullam Symoniam incurrerent, propter pacta, & conuentiones, quas in dotibus Monialium in commodum earum victum contraherent, ita Nauar. loco citato, & habetur in Compendio priuilegiorum, in uer. Moniales, numero vlt. vide Caiet. in Sum. in uer. excom. capitu. septuogesimotertio, & Syluestr. in uer. Symonia, numero decimoquinto, uer. octauum, in fi. & consuetudo totius fere mundi hodie introduxit, non recipi moniales in monasteriis, nisi prius sufficiente dote assignata; tamen quicquid sit, de iure Sac. Congreg. in Dilucidatione 216. circa hoc negocium, in hac verba censuit; De dotib. cũ de eis nihil certum statuendum sit, prout qualitas personarum, & temporum postulabit,

labit, est faciendum, nec quod datur Moniali ingrediente Monasterium, debet nomine dotis nominari, sed dicendum est, quod id attribuitur pro alimentis ingressę in Monasterium, & quod non possit determinari certa quantitas dotis; vltra dicta patet, nam variantur tempora, uariantur & pretia rerum, quibus vtuntur, tam in vestitu, quam victu dictæ Moniales, Abb. & Felyn. in cap. Cum causa, de testibus, & memini temporibus elapsis pro dote Monialis, in quibusdam locis ad maximum dari centum nummos aureos, nunc uerò alibi dantur quingentum, alibi mille, alibi bis centum, & sic de singulis, argum. cap. non debet, de consang. & affinit. & l. exigendi, C. de procurato. Gomes. q. 5. de trien. poss. & q. 5. de idiom. & sic debet attendi locus, tempus, & modus, pro ut dixi in uer. emptio, sumptus uerò faciendi ab ipsis Monialibus, in professione, & uelo sumendo, ab Ordinario debent taxari, & definiri de rebus necessariis; Sac. Cong. Declarat. 458. sed quid dicendum est, cum aliqua puella iam sit intromissa in Monasteriũ Monachationis, & postea non habet modum dotis, debet necne ex eo eiici. Sacr. Congregat. Declar. 58. censuit, quod non, sed in futurum nullæ talis conditionis debent admitti, & sic locorum Ordinarii antequam eas intromittant, debent fieri facere cautum Monasterium de dote sufficienti, uera, & secura, & ita practicabat Reuerendiss. Archiepiscopus Surrentinus, & fit ubique, uide Sot. libro 9. quęst. 6. art. vlt. ad quartum, de iustit. & iure.

AD DECIMVMSEXTVM, egredi tam tacitè, quã expresse professas Moniales à Claustris Monasterii prohibitum erat de iure communi, in capitulo periculoso, de statu regul. libr. 6. nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quod non posset cum aliis, absque graui periculo, seu scandalo commorari, sed quia hoc salutare decretum abierat iam in desuetudinem, de qua iure optimo conquerebatur Io. Nic. Gimont. de grat. expect. c. 1. à num. 14. & infra, Conc. Trid. Sess. prędicta, ca. 5. Decretum Bonifac. VIII. de quo sup. innouat, & reducit in uiridem obseruantiam, & Pius V. in Bulla sua quæ est centesima, fo. 1070. ubi Papali excõmunicatione ita decernit: Nõ licet Monialib. exire claustra monasterii, nisi ob infirmitatẽ Lepræ, uel Epidimię cum licentia suorum Superiorum, & Ordinarii locorum, sub pœna excommunicationis, & priuationis omnium dignitatum, officiorum, administrationum, & habilitationis in futurum ad prædicta, tam concedentes licentias, quam comitantes, quam receptatores, quam ipsæ, & earum superiores, præcipit, hanc Bullam singulis mensibus publicari, & Nauar. c. 27. nu. 150. Notab. 65. addit, licere etiam ratione magni incendij egredi a monasteriis cum licentia superioris, & meminit Bullæ Pii V. prædictæ, & Greg. XIII. idem statuit sub grauissimis pœnis, & censuris Bulla sua 36. fol. 1237. Decreuit & idem Pius V. in alia Bulla 8. folio 930. ut deinceps non recipiantur Conuersæ, quæ non nolent emittere professionem, & sub perpetua clausura permanere, quę modo professę nõ sunt, nec profiteri uolunt, dimissio habitu domum suam remittantur, & Greg. XIII. Bulla 13. fol. 1205. ubi dicit inter cætera; Declaramus etiam, nullis Monialibus, etiam tertiariis, licere habere ostium, per quod ex monasterio introire possint ad Ecclesiam exteriorem ipsarum Monialium, ad quam laici solent adire, ad audienda sacra, neque licere his egredi à Ianua Monasterii, quæ est pro Clausura ipsius Monasterii, etiam ac claudendã aliam exteriorem ianuam, per quam patere solet aditus fœcularibus, ueniendibus ad rotam, uel ad Clatra; De Abbatissis, & aliis officialib. Monialibus, uide in uer. Abbatissa. Dubitatur Primo, si quæ Monialis exiret à monasterio de facto, & sic illi exeunti occurrat aliquis qui comitatur illam, persuadens ei regressum, uel comitans, per desertum, uel uiam non tutam, ut saluet eius honorem, uel uitam, an iste esset excommunicatus? Respondetur quod non, quia non comitatur eam exeuntem, sed ut saluet eam, argum. c. pasce, de consecrat. dist. 4 Nauar. loco cit. num. 51. §. in quibus.

Secundo dubitat. an causa excundi a Monasterio causa lepræ, uel incendii magni, extẽdatur ad quemlibet morbum, etiam non contagiosum, de quo medici docti, & pii iudicant,

cant, aliquam morituram, nisi exeat monasterium in aliquem locum salubriorem Nauar. in d.c. statuimus, nu. 49. vers. quæstionis, ita dicit concessisse Greg. XIII. modo accedat consilium vtriusque medici, & superiorum licentia, quotiescunque contigerit aliqua infirmitas periculosa; Similiter Monialis electa in Abbatissam in alio Monasterio, potest exire ab illo suo, & ire ad illud, uel ob timorem belli ab infidelibus. Nauar. loco cit. nu. 48. ver. 4. nota, tamen in vtroque casu vidi practicari oppositum, & habitus fuit recursus ad Sac. Congreg. Sed vide in Additionibus magnis.

Tertio dubitatur, an possint aliquæ conuersæ exire à Monasteriis elemosynarum causa? Respondetur quod sic, vbi Monasteria consueuerunt ex eleemosynis alii, similiter, stante necessitate monasterii, Moniales possent tenere dictas Conuersas in domibus contiguis monasteriis, ex quibus possent exire, & ingredi dictas domos, ut utilitas poscet, Pius V. & Greg XIII. in Bullis cit. Nau. lo. cit.

Quarto, dubitatur, quid si aliquis concomitaret nouitias, non professas, tacitè, vel expresse, an esse excommunicatus, Respondetur quod non, nec ipsi comitantes, nec ipsę exeuntes, etiam si ob malum finem exirent, & concomitarentur, Nauar. loco cit. num. 47. uersic. circa.

AD DECIMVM SEPTIMVM, Sac. Concil. loco cit. ca. 5. §. & quia, præcipit Monasteria Sancti monialium, existentia extra Mœnia Vrbis, vel Oppidi, transferri ad noua, vel antiqua Monasteria intra Vrbes, vel Oppida, si ita videbitur expedire, & Sac. Congreg. Declarat. 123. dicit, istam translationem faciendam esse ad aliud Monasterium eiusdem ordinis, & hoc quando immineret scandalum, uel propter supereminentem aeris pestilentis causam, Declarat. 124. quæ Monasterii translatio debet fieri simul cum introitibus, & redditibus quos illud habebat. Sacr. Congregatio, Declarat. 504. Cardinali Ferrerio.

AD DECIMVM OCTAVVM, respondetur, quod Monialis debet dotari de paragio de bonis patris, secundum consuetudinem monasterii, qd ingressa est, quod ei sufficere debet, quod cęteræ Moniales habent, Afflict. decisio. 384. & Vincent. de Franch. decisio. 44. numero 2.

AD DECIMVM NONVM, vide Agathense, cap. 19. & refertur in capitul. monasteria, 18. quæst. secunda, ubi procul, à monasteriis monachorum iubentur ędificari, & in Concil. Mogunt. Can. 20.

AD VIGESIMVM, vide c. de votis, c. placuit, c. Virgines, cum similib. 20. q. 1. & dist. 77. & an Episcopus possit in hoc dispensare? uide Sylua. tract. de benefic. quarta parte, qō. 3. num. 16. uersic. 82.

AD VIGESIMVM PRIMVM, respondetur, quod sic, accedendo electioni maioris partis, modo illa uariatio fiat incōtinenti, idest antequam diuertant ad extraneos actus, Anchar. in capit. indemnitatibus, numero sexto, notab. 10. & 11. de electio. libro sexto, & text. ibi, cap. publicato, de elect. & distingue cum Dyno, in cap. quod semel, numero duodecimo, de regul. iur. libro sexto, & ibi Addit. litera P. uide Hostiens. in Sum. tit. de elect. §. utrum mutari possit, num. 21. uide in uer. electio. §. 5. idem Gemin. in c. indemnitatibus, §. sane, notab. 5. & tex. ibi.

AD VIGESISECVNDVM, respondetur ex Concil. Trident. Sess. 25. capit. 18. de Regul. sed an liceat blandis uerbis, uide Panormit. in capit. ad uestram, numero tertio, de Regular. Nauar. c. ap. 27. numero 150. Notab. 55. & in uersic. metus, & hoc habet locum etiam in eo qui cogit puellam ingredi monasterium, etiam ut ibi in habitu sæculari usque ad ætatem nubendi educitur; Nauar. consilio sexto, de Regul. cætera uide in additionibus magnis.

AD VIGESIMVM TERTIVM, vide Abb. in capitulo ea quæ, numero septimo, de statu monach.

Monachi

Monachi seu Regulares.

SVMMARIVM.

1 *An possint ædificare Monasteria propria auctoritate.*
2 *An aliquando requiratur licentia Papæ.*
3 *Quando possint constringi ab Ordinario, vel subiaceant eiusdem censuris & pœnis.*
4 *Quo ordine procedant.*
5 *De eorum institutione.*
6 *Qui ab habitum assumendi.*
7 *Quando possint absolui ab Episcopo.*
8 *Quando possint renuntiare, & se obligare.*
9 *Religiosi an possint transire ad partes infidelium absque licentia superiorum, vide* Ioan. *XXII.Bul.3.fol.35.*
10 *An Ordinarius possit ordinare aliqua circa Regulares, respondetur præter ea de quibus in ver.excommunicatio, de causa materiali, ver.4. quod potest ordinare, ne exeant soli a Monasterijs sed bini, uel terni, ca. quod Dei timorem, de statu monach. Nauar. Cons. 4. de Regul. nu. 25. & 39.*

AD PRIMVM, prohibetur omnibus Regularibus accipere locum, vel domum de nouo, (quatuor, & cæter.) mendicantium ordinibus exceptis, sub excommunicatione latæ sententiæ, ca. vnico, §. confirmatos, & §. sane, de relig. dom. lib. 6. & in capitulo vnico, de excess. prælat. eodem lib. prohibetur omnibus Regularibus acquirere, seu recipere noua loca, vel domus absque speciali licentia Papæ, & Clemen. Cupientes, de pœn. excommunicatur pro hac eadem causa, prout d. capit. vnico, de excess. prælator. nouissime Concil. Trident. Sess. 25. capit. 3 de refor. Regul. disponit in hæc verba. Nec de cętero similia, loca, tam mulierum, quam uirorum erigantur sine Episcopi, in cuius diœcesi erigenda sunt licentia prius obtenta, uide Conc. Agathen. c. 18. & est in c. de monachis, 18. q. 2. & Conc Calcedon. cano. 4.

AD SECVNDVM, Sac. Congreg. Declar. 141. censuit in hæc uerba: Monachi non possunt ædificare Monasterium in parochia, in qua id nō hñt sine cognitione, & licētia Papę, & practicatur sic, quod Episcopus dat assensū monachis ędificandi Ecclesias, & monasteria reseruata beneplacito, assensu, & confirmatione Sedis Apostolicæ impetranda infra tantum temporis curriculum, & sic practicantur hodie illi textus, qui uidentur imponere censuras in contrafacientes.

AD TERTIVM, uide in versic. excommunicatio in causa materiali, §. Episcopi possint excommunicare Regulares, sic etiam quando ipsi Regulares alloquerentur Moniales subditas Episcopo absque licentia ipsius, nam tunc posset eos carcerare, & punire, prout lo. cit. vers. 2. & 7. uide Boer. dec cis. 211. & Guid. Pap. q. 159. & Con. Trid. Sess. 7. c. 14. & Sess. 21. c. 8. & Sess. 24. c. 14. de reform.

AD QVARTVM, uideto Boer. in tract. de auctor. m. c. par. Franc. a num. 86. & infra, & uide inferius in uer. processiones, §. 2. uer. 4.

AD QVINTVM, uideto eund. Boer. tract. de uit. & stat. etem. & Sylua. in uer. Religio, 1. per totum.

AD SEXTVM, uide Conc. 6. Constantinop. actio. 16. Can. 43. ac Bullam Sixti V. de qua in uer. clericus. §. 6.

AD SEPTIMVM, uideto text. glos. & Abb. in capitulo Monachi, num. 1. & 2. de senten. excommunic.

AD

AD OCTAVM, respondetur, regulares non posse renunciare, siue bonis, siue contracti bus, siue beneficiis, siue aliis rebus, nec se obligare, nisi intra duos menses proximos, ante professi onem sine licentia Episcopi, seu eius Vicarii, ita Sac. Concil. Trident. Sess. 25. canone 16. de reformat. Regul. ex quo oritur dubium, quid si obligatio, seu renuucia tio fiat ante, vel post duos menses, an sit irrita, & nulla, & videtur quod sic.

Primo, quia Conc. dat formam, quam non licet alterare prout dictum est superius, tin ver. Abb. §. 1. conclu. 10. & in ver. professio.

Secundo quia imminet periculum fraudis, prout dictum est superius in versic. Clericus, §. 6. & in versic. renunciatio, §. 3. facit c. vnum, de oblig. ad ratiocin. debere intelligi morali, & non mathematico more, arg. a. text. & glos. in cap continebatur, in versic. proxima, & in c. attestationes, in ver. circa, de desponsat. impub. & Concilium vtitur aduerbo, (intra,) & Sac. congregat. censuit, non ualere, si fiat post susceptum habitum probationis, ut refert Apostillator in cons. 81. N. ni. de regul. & ipse tenet non ualere, si fiat ante susceptum habitum ab ingressura Religionem.

Moderamen.

QVIA sæpe sæpius de moderamine inculpatæ tutelæ fit mentio, circa defensionem personæ, & desetuit pro capitu. illo, Si quis suadente, 14. q. 4. adeo ad hoc, ut sciatur, volui hic inserere, quæ requirantur ad moderamen, & Primo vide Boer. decis. 168. a nu. 4. & infra, ubi ait tria requiri, Primo modum, ut verba verbis baculum baculo ensem ense, &c. Secundo tempus, ut statim, & non ex interuallo, Tertio causa, vt sit in iuria talis, Gram. decis 38.

Secundo si in rixa interdum excedatur aliquantulum, non ideo uidetur, quod non possit dici etiam moderamen, iuxta ea, quæ dicit glos. in ca. significasti, in uer. moderamine, de homic. & Foller. Prac. Crim. 4. par. nu. 22. & in Fragmentis, c. de vi. nu. 57. & 58. & Syluest. in uer. excommunicatio, §. sciendum est, 4 N. uar. c. 27. num. 82. Notab. 15. Gõ. in c. 2. nu. 54. de constit. lib. 6. & gl. in c. olim, de restit. spol. in fine. & hoc nota pro practica quotidiana, nam vidi clericos duos rixantes, quorum alter gladio vulnerauit alterũ in rixa, cum pauca sanguinis effusiõe & fuit iudicatus casus Episcopalis a uiris doctis, & piis, & adest ratio, prout Foller. lo. cit. nam in rixa non considerari potest moderamẽ, per regulam, quia primi motus non sunt in potestate nostra, & occupat ira animum, ne possit discernere uetum, de hoc uide Anch. in c. dilecto, de sent. excom lib. 6. ubi latissime de hac d sensione disserit, uide Afflic. in constit. Pacis cultum, in fine. ubi ad moderamen att requiri æqualitatem virium, & interdum ætatis, & i nstrumenti, nam plus ua let pugnus fortis, quam ensis debilis, & iuuenis quam senis, baculi, quam ensis.

Monopolium.

PRIMO monopolium, seu conuenticula sunt illicita, & prohibita, l. unica, C. de mono po. Abb. in super quibusdam, num. 8. de verb. signific.

Secundo monopolia in Vrbe fieri prohibuit Pius III Bulla sua 15.

Metus.

PRIMO, metus reuerenti alis verborum minarum, uerberum, & huiusmodi, est causa sufficiens ad rescissionem actus, Abb. in c causam matrimonii, de offic. deleg. Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quarum rer. actio. non datur, Afflict. dec. 69. & Vinc. de Frãc. decis. 119. nu. 5. Bal. in marg. Innocent. in ver. preces, & Innocent. in cap. petitio, de iureiur. & Abb. in c. cum uirum, nu. 8. de Regul. & quid de persuasione dolosa. vide Dyn. in c.

in c.scienti, nu.8.de reg.iu.li.6. vbi dicit persuasionem plus esse, quam violẽtam coactionem, & sic inducit rescissionem contractus, & habilitationem à iuramento, vt patet vulgatis iuribus.

Secundo, quando iste metus possit allegari à Regularibus ad rescisionem professionis, vide Nauar.in c.non dicatis, num.71.& infrà,& in c.statuimus, 19.q.1.

Tertio, de quo metu debeat intelligi, respondetur, non de omni, sed quando metus est causa, principalis, sine qua non fuisset contractum, nec emissum votum, vel professio, secus vero, quando esset metus reuerentialis solus, gl.in c.præsens, in uer.patrem, 20.q.3.Nau. lo.cira numero 57.uer.addo tertio, sed si comminationibus patris quis suscepit habitum Religionis, sufficit, Innoc.in c.relatum, nu.3.de his quæ vi metusue cau.fiunt, & metus grauis,& non leuis, irritat vtrumque matrimonium spirituale, & carnale. Couar. de sponsf.2.par.c.3.§.6.num.7. & Caputaq.decis. 221.p.2.dicit quando præcesserunt verbera, vel minæ, tunc sufficere metum reuerentialem. Butr. in c.1. de desponf.impub.Soto. lib.7.q.2.art.1.Nauar.lo.cit.num.71.notab.20.

Quarto, metu mortis negans Christum Dominum nostrum inter Turcas, vel alios infideles, an sit suspectus de hæresi, uel excommunicatus. Penga, Scol.22. & 42.in Direct.inquisit.dicit quod non, vide superius, in uerbo, Casus in quibus §.renegati,& §.apostata, & Afflic.in Constit.Apostatantes, nu.9.

Medici.

PRimo, Mediti vocati ad infirmos, debent ante omnia inducere ipsos ad confessionem sub præcepto peccati, valet consuetudo in contrarium, c.cum infirmitas,& ibi Abb. n. 1.& 7.Bulla Pij V.quæ est 3.fol.923.cętera de Medicis, vide Nauar.cap. 25.a nume.60. & infra.

Secundo, Medicus Principis uocatur illustris, ita Bar.in l.1.C.de comit. & Archiat.lib. in Iason in rub.de procur.

Nefandum crimen.

CLERICVS committens nefandum crimẽ, pœnas quas pati debeat, vide Diaz Prac. Crim.Can.c.80.& alias impositas à Pio V. in Bulla relata à Nauar. in c. 27.nu.249. & quomodo intelligatur illud verbum.(exercentes,) vide ibidem, & de pœna ipso facto incurrenda in foro interiori circa beneficiatos, videto, quæ dixi in ver. Priuatio, §. in hac materia, vide Afflic.in Constitutione, Legum asperitas, num.10.cum seq. tit.de adulter.vide Abb.in c.in Archiepiscopatu, de rapt.num.1.vide Prag.Regni, quę est Ferdinandi,& incipit; Hac lege nostra perpetuo, Boer.Decis.316.Corn.consil.77.lib.2. lit. C.vide Foller.in d.Prag.nu.24.vide Fabium de Mont.in sua Praxi arbitraria, 4.par. de crim.Sodomit.fol.199.& quid faciat indicium ad torturam, an sola dispositio patientis vide Foller.vbi sup.nu.57.& Boss.in tract.crim.c.de indic.ad tortur.nu.160.fol.108.& in huiusmodi crimine proceditur ex processu informatiuo, Fab.de Mont.num.503.adest alio Pragmatica in Regno, incipiens; Con grandissima ragione, edita per Card. Granuellanum.

Notarius.

PRIMO, quomodo probetur quem fuisse Notarium,& alia quædam de Notariis, vide Innoc.in cap.ueniens, de verb.signif.cætera de peccatis,& defectibus Notariorum, vide Syluest.in uerbo Tabellio, & Nau.cap.25.à num.52.

Secundo, Notarius an possit corrigere errorem suum in pertinentibus ad partes, vel ad substantiam contractus, respondetur quod sic, incontinenti, non ex interuallo; Bart.in si faciat vel quandoque est, ff.de reg.iu.Felyn.in c.litteris, uer.2.num.2.de fide instrum.

Nuntij.

Nuntij.

PRIMO, Nuntii Apostolici an possint cognoscere de causis personarum, etiam Ecclesiasticarum, Episcopis subiectarum? Respondetur, quod non, nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, & quod dixi de Nuntijs, idem de Legatis, etiam a latere, & Gubernationibus Ecclesiasticis debet intelligi, Sac. Concil. Trident. Sess. 24. c. 20. §. Legati quoque, de refor. & quomodo possint procedere contra Clericos bannitos, vel cũ bannitis conuersantes, vide Bullam Sixti V. quæ accumulatiue de hac materia edita est.

Secundo, nuntijs, seu Iuratis Curiarum creditur quando referunt se citasse de commiss. Iudicis de stylo Rot. secus de iure. Felyn. in cap. 1. num. 13. versi. 4. Conclus. de iudic. Caput aqu. decisio. 245. par. 2. & decis. 266.

Tertio, Nuntii Apostolici, & alij non possunt a principibus, ad quos mittuntur procurare fauores, aut vti illis ab obtinendas dignitates. Pius IIII. Bul. 124. quę incipit, Et si Romanum.

Oblati.

PRimo oblati, Conuersi, & Monachi, qui dicantur, & discrimen inter eos, vide Panor. in cap. non est, num. 2. de Regular. & oblati perpetuo alicui Ecclesiæ sunt exempti, sicut & conuersi, quia sunt assumpti ad sortem Domini, c. qui sunt, 12. q. 1. Innoc. in cap. Recepimus, num. 3. de priuileg. & oblati dicuntur, qui se, & sua bona, nihilo sibi retento, monasterio obtulerunt, licet habitum Regularem, vt conuersi non recipiant, Nau. cons. 49. de regular.

Secundo, isti uocantur etiam Conuersi. sed an admittantur ad electionem Prelatorum, vel an voueant continentiam, vide Gemin. in cap. ex eo, §. in Ecclesiis vers. quid de conuersis, de elect. lib. 6. quod non.

Ordo.

SVMMARIVM.

1 *In ordinibus Ecclesiasticis requiritur primo ętas.*
2 *Idoneitas scientiarum personę, & natalium.*
3 *Series, siue gradus successorius.*
4 *Tempus, & vbi.*
5 *An ordinatus non seruatis interstitijs, sine dispensatione, sit suspensus vel irregularis.*
6 *An surdus omnino possit promoueri ad presbyterium.*
7 *An requiratur tactus in ipsa ordinatione, idest ut ordinatus in quolibet ordine opus sit, vt tangat vasa, libros, et alia instrumenta, quę tangẽda porriguntur in quolibet ordine.*

CIRCA PRIMVM, in prima tonsura, & aliis tribus minoribus requiritur ætas septem annorum completorum, ea. in singulis, 77. distinct. Syluest. in ver. ætas, nume. 2. in Acolytatu ætas duodecim annorum completorum, d. cap. in singulis, in Subdiaconatu ætas vigintiduorum annorum, in Diaconatu viginti trium, & Presbyteratu viginti quinque, quos sufficit fuisse inchoatos, Nauar. c. 25. nu. 116. Syluest. lo. cit. nume. 4. gl. in Clem. vnica, in ver. in decimaoctaua, de ætat. & qualit. & si quis promoueretur ante istas ætates, esset suspensus ipso iure ab executione ordinis, & si interim exercet, esset ir regu-

regularis, patet per omnes Scribentes, & vide sup. in ver. dimissoriæ, ad quartum, Rebuf. tit. de cler. ad sac. ord. mi. prom. glos. 2. num. 1. & 2 c. fi. de tem. ordinat. lib. 6.

AD SECVNDVM, in prima tonsura requiruntur quatuor. Primum, ut sciat rudimenta fidei. i. Doctrinam Christianam, & ea, quæ sunt necessaria ad salutem. Secundum legere, & scribere. Tertium coniectura probabilis, ne faciat hoc initiandus causa vitandi iudicii secularis. Quartum, quod sit confirmatus, & de hoc Episcopi debent habere fidem Authenticam, vel a compatrinis, vel a parocho, Conc. Trid. Sess. 23. c. 4. de reform. sed non requiritur, vt sit legitimus, Nau. c. 25. nu. 108. licet Rebuf. in for. lit primæ, tons. nu. 11. dicat, quod debet esse legitimus, & Chatechesis Neapolitana, lib. 1. cap. 7. num. 1. & Vinc. de Fran. decis. 189. nu. 12. & qui non haberet ista requisita, esset irregularis, Nauar. c. 27. nu. 205. Vide Anch. in c. nullus, nu. 2. de ætat. & qual. lib. 6. vbi dicit Episcopũ non posse dispensare cum penitus illiterato ad primam tonsuram. & hanc primam tonsuram potest Episcopus conferre subditis suis, etiam si esset extra suam iurisdictionem etiam sine consensu Episcopi territorii, cum sit Iurisdictionis voluntariæ, Rebuf. loco cit. num. 12. & Couar. lib. 3. c. 20. num. 9. licet habeat difficultatem, per c. 5. de reformat. Conc. Trid. Sess. 6.

AD TERTIVM, ad minores ordines promouendi ista debent obseruare, Primo afferre Episcopo suo testimonium sui parochi de bonitate morum, & testimonium magistri scholæ, in qua erudiuntur, quatenus vacent literis Grammaticalibus ibique sunt assidui, ead. Sess. c. 5.

Secundo isti minores ordines non debeant dari omnes simul, nisi aliud videbitur Episcopo magis expedire, sed per temporum interstitia, ead. Sess. cap. 2. & qui eos reciperet, vel omnes simul, vel duos, vel tres absque Episcopi dispensatione, esset suspensus ab exequutione, & si exerceret, esset irregularis, ratio est, quia promoueretur ante tempus, ut patet superius, in ver. dimissoriæ, §. 4 Sixtus V. in sua Bulla circa ordines, tamen quia Gregor. XIIII. reuocauit eam, & reduxit illam ad terminos iuris communis, & nec per sa. Conc. Trid. nec per ius commune quis est suspensus, si ordinetur non seruatis interstitiis, nec si ministet efficeretur irregularis, Nauar. cons. 4. de tempo. ordin. & ideo cessat dicta doctrina, quod notare debent locorum Ordinarii, ne sint minium indulgentes in conferendis his ordinib. simul, sed imitari Sanctos Patres, qui experiebantur Clericos.

Primo dando primum gradum, & postea dabant alium, & memini Reuerend. Archiepiscopum Compzanum dixisse mihi, Papam Greg. XIII. noluisse secum dispensare, nisi ad duos minores ordines vna die, ad reliquos in sequenti, quamuis ille tunc promotus esset ad Archiepiscopatum. Tertium, præterea Conc. requirit quatuor requisita in ordinib. Primum, vt seruiant Ecclesiæ, Secundum reuerentiam erga superiores, & presbyteros. Hostiens. in Sum. tit. de tempor. ordin. §. & qualiter, nu. 32. Tertium, crebriorẽ cõmunionem, quam ante Quartum bonorum morum exemplum, quæ omnia reperiuntur in sac. scriptura, Math. cap. 5. & Pau. ad Tit. cap. 2. & in cap. non oportet, il primo, 93. distinct. & cap. 1. 77. distinct. & in cap. tales, 23. distinct. recordentur etiã, quod Christus Dominus noster non simul vsus fuit istis quatuor ordinib. minorib. sed distinctis sed distinctis temporibus, ut habetur ex magistro Sent. in 4. distinct. 24. videant Bullã Sixti V. de hac materia, quæ satis urget.

Primum dubium, an quis posset sumere primam tonsuram, & quatuor minores, animo non ascendendi ad altiores gradus, respondetur affirmatiue, Nauar. ca. 25. num. 108. ad Conc. respondetur, quod intelligitur, quando id fieret fraude vitandi iudicii secularis, secus si uolet quis seruire Deo, contentus illo statu minorum ordinum.

Secundum dubium, an quis præsumendus sit hoc facere in fraudum, uel causa humilitatis, vt D. Franciscus de Assisio, & alter de Paula, respondetur, quod cum versetur in dubio, optimum est, cons. Nauar. in trac. de Hor. Canon. cap. 7. num. 16. vt ad primam tonsuram,

& ad minores ordines non admittantur aliqui, nisi ipsi, vel si ipsi non sunt adulti, eorũ parentes iurauerint, se velle ad maiores ordines ascendere: nam multi sunt, qui vt deludant vtrumque forum, solum accipiunt minores ordines, vel primã tonsuram, ut laxiorem ducant vitam, vide Couar. pract. quæst. cap. 31. per quinque colum. & capit. 32. sed ad hoc prouidit Sac. Conc. Sess. 23. capitu. 6. de refor. & dictum est, in versic. Clericus, & vide Chatechis. Rom. de Sacram. ordin. Et an possint compelli per Episcopum Clerici ad sumendos alios ordines, uide in 3. p. in uer. Ordo, & Hostiens. in Sum. tit. de ætate & qualit. §. ordo, uers. circa hoc quæritur. Quarto requiritur idoneitas literarum, vt saltem intelligant linguam Latinam, Conc. cod. lo. in princip. cap. 2. & hoc non potest esse, nisi fecerint dictata seu Latinas compositiones per omnes Regulas Grammaticales, & audierint aliquot lectiones humanitatis, quia tunc intelligitur lingua Latina aliquantulum, & notandum est uerbum (saltem) ostendens, quod plus requireretur, & qui linguam Latinam ignorant, sunt irregulares, & Nauar. c. 27. num. 205. notab. primo in fine; & si quis promouit se esset ad vltimum gradum ordinum minorum, non potest nisi post annum accipere Subdiaconatum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud expostcat, quo fit, vt si quis promoueretur ante dictum tempus sine Episcopi sui dispensatione, esset suspensus ab exequutione, prout dixi sup. uide eadem Sess. cap. 2. in vlt. contrarium est uerius. Nauar. cons. 4. de temp. ord. prout supra, quia licet Sixtus V. aliter sensisset, tamen Greg. XIIII. reuocauit. Et quænam dicatur utilitas siuè necessitas Ecclesiæ, uide in 3. par. in uer. utilitas, siuè necessitas Ecclesiæ, & Host. in Sum. tit. de ætate & qualit. §. ordo uers. circa hoc quæritur.

Tertium dubium, an prima tonsura, minoresque ordines possint conferri clerico coniugato, uide Anchar. in c. cum nullus, nu. 3. de ætate & qualit. lib. 6. & glos. in c. coniugatus, in uers. ad sacros, de conuers. coniugat. vbi uidetur, quod non, nec beneficia retinere, c. diuersis fallacijs, de cleric. coniug.

Ad ordines sacros promouendi, primo vltra ætatem, vt supra, requiritur examen sufficiẽs circa literas; patet hoc dicta Sess. c. 12. in uers. dignos dumtaxat, & c. 14. dicit, diligenti examine præcedente, & c. 13. ibidem, vult ut instructi sint literis, & his quæ pertinent ad exercendum ordinem, vt sciant quænam pertineant ad illum ordinem, quem volunt suscipere, & ista idoneitas literarum est adeo necessaria, & de iure diuino, quod Papa non potest dispensare in eo, ut dicit Felin. in c. si quando, col. penult. vers. sed dices, de Rescript. Gom. in c. a. 1. nu. 115. de Constitut. lib. 6. Nauar. cap. 27. num. 205. notab. 2. dicit Papam raro, aut nunq̃ in hoc defectu dispensare directe, nec minus potest Episcopus, Sylua. tracta. de benef. 4. par. quæst. 7. nu. 8 uers. 28. cap. fin de tem. ordin. lib. 6. c. illiteratos, 99. distinc. Diaz. Pract. Crim. Can. cap. 18. Soto. 4. Sent. distinct. 25. q. 1. art. 4. Conclus. 3. Astens. lib. 1. tit. 13. & ad summum in presbyterio, requiritur & sufficit, vt sciat cantare, legere, construere, & intelligere verba illius idiomatis in quo est missaturus; glos. in Clem. 1. de concess. præbend. Gem. in cap. pauper, de præb. libro 6. Nauar. in c. 1. §. caueat, nu. 19. de pœn. dist. 6. sed Conc. Trid. Sess. 23. c. 14. de refor. plus requirit, nempe circa sacramenta ministranda, & ad alios docendum. Et ratio est quia in promouendo ultra ętatem requiruntur scientia, & mores, scientia ad docendũ, ætas ad gubernandum, mores ad instituendum, Gemin. in cap. licet Canon, Notab. 3. de elect. lib. 6.

AD QVARTVM, requiritur bonũ testimoniũ, & sic sumitur informatio a Parocho, cũ cõmissione sui Ordinarii, factis publicationib. in Ecclesia Parochiali, quę trãsmittitur ad Epm, ut in eadẽ Sess. c. 5. & ista informatio capitur, Primo de natalib. si est legitim°. Scdo de ætate, Tertio de morbis, vt si habeat aliquem defectum Canon. de quo vide in tit. de corp. vit. Quarto de tit. si habet beneficium, seu pensionem, seu patrimonium, siue emolumenta, seu redditus in ecclesia receptiua, prout dixi superius in uersiculo dimissoriæ. Quinto debet eis imponi, ut inseruiant Ecclesijs, quibus ascribentur, & licet Sacra Congrega. Declaratio. 139. censuit, neminem

Tridentinum, Nauar.consil.4.de tempor.ordina.sed ego dicerem quod peccat saltem Nauar.consi.6.eodem tit.nec vrget bulla Sixti V.quia fuit reuocata, sed potest poni alia pœna uel suspensio ab Episcopo.

AD SEXTVM, respondetur quod sic, licet peccet, Nauar.consil.6.de corp.vitiat.

AD SEPTIMVM, respondetur quod non, & ista est magis communis. Sot.4.Sent. dist. 24.quæst.1.art.secundo, Nauar.consi.3.de sacra.non iter.

Oeconomus.

PRIMO, quando prouideri debet in Parochiali uacante, uide in uer.Parochia, §.1. Et quis dicatur Oeconomus, dic quod ille, cui res Ecclesiæ gubernanda mandatur, *l.* Iubemus, C.de sacrosf.Ecclesf.Glos.in cap.auaritiæ, in uer.Oeconomus, de elect.lib.*6*.

Secundo, quando in beneficio iuris patronatus; uide in uer. ius patronatus, §.quinto, c.cũ uos, de offic.ordinar.

Tertio, ubi, & quando Episcopus ponc Oeconomum, uide in uerb. beneficium, §.*3*.consil.5.

Quarto, quando possit eum ponere Capitulum; vide Rebuf.tit.de deuolut.num.80.

Quinto, quanto tempore duret Oeconomia; vide gl.in c.nemo, de electiõn.lib.*6*.in uers. durante, Nauar.cap.25.num 1*26*.vbi habet, quod solum per sex menses, sed Rebuf.loc.cit.num.77.dicit, quod etiam ultra poterit durare, si de beneficio non fuerit prouisum, ut quia adhuc vacat sedes Episcopalis, uel non sopitur lis, uel quid simile.

Sexto, an iste Oeconomus faciat fructus suos; Glos.cit.dicit quod sic, Sac.Conc.Tridentinum, locis cita.ponit hoc in arbitrium Ordinarii, sed cum hodie omnes fructus tempore uacationis beneficii sint Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, vt dictum est in uersic. Beneficium, §.7.tantum fructuum vacantis beneficii tribuitur Oeconomo, quantum arbitrabitur Reuerendissimus Nuncius Apostolicus pro seruitio, ita quod videtur satis arctata potestas Episcoporum, tradita à Sac.Canonibus, & a Sac.Concil.Tridentino, Sess.24.cap.18.de reform.& aliis in locis, & audiui, & vidi solum assignari singulos aureos, pro singulis mensibus, & emolumenta currentia interim.

Septimo, Oeconomi, seu ministri Ecclesiarum non possunt alienare res Ecclesiæ sine cõsensu Episcopi, ita Conc.Aurelian.tertium, Cano.18.

Octauo, quando parochus, siue rector, siue quispiam obligatus ad residentiam abesset causa inimicitiarum, uide in uer.priuatio, §.4.dub.primo.

Nono, quando parochus abesset causa infirmitatis, uide in ver.residentia.§.*9*.

Decimo, quoties vacet aliquod officium, siue dignitas, potest Episcopus in ea, sicut in prædictis omnibus, ponere Oeconomum, sed dubium est, an iste Oeconomus debeat habere eundem locum in ordine, quem habebat, in cuius locum ille fuit constitutus Oeconomus, respondetur quod sic per Regulam subrogatus, ita tenet Addit.ad q.*90*. Cap. Tolos.

Vndecimo, Oeconomo, seu Vicario dato Ecclesiæ parochiali vacanti, quæ portio fructuũ est assignanda? Respondetur, quod non omnes fructus, sed congrua merces, nec Episcopus potest ei omnes fructus assignare, nisi quando essent necessarii, ut puta, quia exigui & tenues; Nau.cons.5.de offic.ordin.Conc.Trid.Sess.24.cap.18.de refor.

Organum.

SVMMARIVM.

1 *An res sit laudabilis.*

R 2   2 *Quod*

2 *Quo tempore incepit eius vsus in Ecclesia Dei.*
3 *Quid in eo canendum.*
4 *Quid significet.*

AD PRIMVM, organa in Ecclesia Dei satis sunt ornamento, & adiumento, quia Dauid, & Prophetę sæpè sępius meminerunt de huiusmodi instrumento. Pręterea quia prodest, vbi sunt pauci canentes in Choro.

AD SECVNDVM, Non est res adeo antiqua in Ecclesia Dei, ita Caiet. 2. 2. q. 91. art. c. ad 4. Nau. de Hor. Canon. c. 16. nu. 46. dicit, quod tēpore Diui Thomę Aquinatis, huiusmodi vsus nondum fuerat introductus in Ecclesia.

AD TERTIVM, fac. Concil. Tridentinum, Sessio. 22. c. quanta cura, § ab Ecclesiis, ita decernit Ab Ecclesiis verò musicas eas, vbi siue organo, siue cantu lasciuum, aut impurum aliquid miscetur, locorum Ordinarii arceant, & Nau. loc cit. nu. 42. & 43. dicit, nō debere cantari, Credo, & Gloria in organo dieb. festis, sed voce, & quo ad Symbolum Nicęnum, ita obseruabat Illustrissimus Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolanensis, & Iosephus Donzellus Archiepiscopus Surrentinus, & hoc non sine ratione, qa ita simplices possunt addiscere articulos fidei, cum frequentius eos audiant decantari, ita Conc. Tolet. 3. Can. 2. & Conc. Agathen. c. 9.

AD QVARTVM, Iacobus Valent. in exposit. Psalmi 3. col. 3. litera D. dicit, Organum significare corpus Ecclesię mysticum, quia sicut Organa habent diuersas voces, quæ tñ omnes sunt ordinatę sub vna quadam proportione, & melodia, sic omnes fideles, qui sunt diuersa membra, subordinantur sub vno capite Christi, iuxta, illud Pauli, Caput nostrum Christus est & nos sumus inuicem membra de membro; D. Pau. primæ Corinth. cap. 14.

Oratorium.

ORATORIVM quid sit, & discrimen inter ipsum, & Ecclesiam, an possit fundari absque consensu Episcopi, an habeat immunitatem Ecclesiasticam, vt in eo possit celebrari, vide Anchar. in c. auctoritate, nu. 2. de priuileg. lib. 6. vide ver. Missa, §. 2. consi. 4.

Papa.

PRIMO, Papa incipit Summum Pontificium a die benedictionis, seu coronationis, nam prius dicitur electus, glos. in procem. Clem. in ver. Pontificatus, & ibi Abb. nu. 9. Secundo Papa non potest recusari, nec recusari. Host. in ca. querelam, de elect. vt refert Abb. & ibi Fel. in cap. inquisitionis, nu. 14. de accusat. nec licet ab eo appellare ad futurum Concilium, sub pœna excommunicationis Bullæ Cęnę Domini, sed posset ab eo appellari ad præsens Conc. si tunc temporis celebraretur; ita quidam Doctor Modernus in publica lectura Neapoli.

Parochia.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requiruntur ad hoc, vt aliqua Ecclesia sit Parochialis.*
2 *Quomodo ei prouideatur, & quo ordine.*
3 *Ad quid teneatur Parochus.*
4 *Quot limites ipsius.*
5 *Quid circa oblationes.*
6 *Quomodo vniantur, & multiplicentur.*

7 *Quando dandi sint Parocho Coadiutores, vel Socij.*
8 *Quod iuramentum pręstare debeat Parochus suo Episcopo.*
6 *Quę requirantur in erectione nouę Ecclesię Parochialis.*
10 *An Parochiani possint instare contra suum Parochum.*

AD PRIMVM, Parochia est Ecclesia, ad quam conuenit populus ad recipienda Sacramenta, & ad audienda sacra diebus festis, debentur ei decime, & oblationes, ibi sunt sepulturæ, & ibi audire debent parochiani verbum Dei, & rudimenta fidei, & hæc omnia probantur in Clem. vnica, de bap. & eius effec. c. omnis utriusque sex. penit. & re miss. c. capellanus, de feriis, Conc. Trid. Sess. 24. c. 1. de refor. matri. c. unico, de Sac. vnct. & Conc. Trid. Sess. 24. c. 13. in fine, & c. 4. & c. 7. de refor. c. vt dominicis, de finis & in toto. tit. de decim. & in tit. de sepul. quib. habes, quę nam sunt iura parochialia & quænam sunt ea, quæ constituant Ecclesiam parochialem, vide Inn. in rubr. de paroch. & Abb. ibi num. 2. hinc fit, quod Ecclesia non dicitur parochialis ex eo solum, quod ibi reperitur fons baptismalis, Clem. vnica, de baptis. Gom. q. 2. in reg. de idiom. Staph. de lit. grat. fol. 79. num. 4. Nec si est fons baptismalis, & sepultura, sed tria saltem simul conueniát oportet, ad hoc vt Ecclesia dici possit parochialis. Primo fons baptismalis, Secundo sepultura, Tertio cura fori pęnitentialis, & quod vnum tantummodo habeat Sacerdotem, c. sicut in vnquaque, 21. q. 2. Card. in Clem. 1. §. fi. de relig. dom. Gom. in d. q. & quod ad probandam Ecclesiam esse parochialem requiritur tempus non minus quadraginta annorum & è contra, Gom. de grat. expectat. num. 68. & in his habet solum locum c. licet Canon. & c. commissa, de elect. lib. 6. Conc. Trid. Sess. 7. c. 12. de reform. Diaz in Pract. Crim. Can. c. 48. Sylua. tract. de benef. 3. par. q. 42. num. 3. & infra, Nauar. c. 25. num. 118. not. 8. & 9. vide Oldrad. consi. 203. incipiens, factum tale, & Felin. in c. nostra, in 10. correlario, de Rescript. vide Abb. in cap. in nostra, numer. 16. de sepult. & in cap. extirpandæ. §. qui verò, nu. 10. & 11. de præbend.

AD SECVNDVM, cum parochialis Ecclesiæ vacatio contigerit, statim in ea Ordinarius habita notitia uacationis, Vicarium, seu Oeconomum cũ congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituat, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec de Rectore prouisum fuerit, Conc. Tri. Sess. 24. c. 18. de refor. Porro, Ordinarius ponet edictum publicum ad ualuas Ecclesię Cathedralis, seu Parochialie uacantis, intra triduũ quo uocantur omnes, qui uolent examinari, transacto constituo tempore, omnes, qui uenerunt ad concursum, examinentur coram Ordinario, & examinatoribus Synodalibus, non paucioribus quam tribus, & qui examinatorum iudicio magis idoneus reperietur, Ecclesiæ præficiatur, Conc. lo. cit. Hoc est primum dubium.

Primum, quanto tempore edictum debeat manere affixum ad Ecclesiæ ualuas? Respondetur quod Conc. videtur innuere, quod per spatium decem dierum; vel Secundo potest dici, quod hoc est arbitrarium Iudicis, & a simili dicit Bartol. in Extrauag. Ad reprimendum. in uer. publicè, & edictum ipsum prius debet legi publicè, & postea affigi, vide Marant. 6. par. memb. 1. nu. 96.

Secundum dubium; an sit necessarium hoc edictum, & concursus ad examen, & videtur quod non, quia Conc. loc. cit. dicit, si Episcopo, aut Synodo Prouinciali pro regionis more videbitur, magis expedire, per edictum, etiam publicum vocentur, & cæt. ergo videtur hoc non necessario fieri, tñ Pius V. Bulla sua, 32. fol. 972. & Sac. Congre. Declar. 71. censuit, collationem Parochialis factam sine examine per concursum, esse nullam, & irritam & pręfatas parochiales eo modo collatas vacare, earumq; collatio ad Sedem Apostolicam spectare; Adde, si collatio pertineat ad Ordinarium, infra sex menses, si ad Papam infra quatuor, si iuris sit patronatus, infra duos à die confecti examinis, fieri debere ita in dicta Bulla, quæ incipit, In conferendis.

Tertium dubium; an hoc edictum, seu hic concursus, poterit differri vltrà decem alios dies

& videtur quod non, quia Conc. ita disponit: tamen Pius V. Bulla citata & Concil. Cusent. Prouinc. Sess. 3. fol. 75. & Mediol. fol. 9. col. 1. disponunt, quod decẽ dies, vltra alios decem dies, poterit prorogari, sed non vltrà. Facit quod notat Gem. in c. cupiẽtes, §. quod si per viginti, N. 1. de ele. lib. 6. de dilatione. Sed posset quæri an posito edicto ac elapso 1. & 2. decendio, si quis est legitime impedius, & non potest concurrere, possit protestari ut prorogetur plus. Respondetur ex Glos. & Gemin. in ca. Cupientes, § quod si per viginti, uers. nota istam glossam, de elect. quod sic, à simili text. nisi mora fuerit lõga, quia uacatio dicitur Ecclesię periculosa, prout dicitur inferius, uer. nonum dubium, quod idem affirmat ibi §. insuper, uers. & etiam Doctores, quod nota pro practica.

Quartum dubium; an hoc locum habeat in parochialibus reseruatis Sedi Apostolicę: respondetur affirmatiuè, per d. Bullam; Idem si esset affecta, vel reseruata generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti, seu priuilegii, in fauorem S. Ro. Ecclesiæ Cardi. seu Abbatum, vel Capitulorum, etiam per obitum, seu resignationem in Curia, seu quocunq; alio modo vacauerit, Conc. loc. cit. Declar. Sac. Cong. 266. etiam si ad Patriarcham pertineat collatio, & parochialis vacaret in Diœcesi Episcopi, qui est prouinciæ ipsius Patriarchæ, Declarat. 274. Sylua. lo. cit. 3. p. q. 33. nu. 3. arg. c. regenda, 10. q. 1. c. perlectis, ver. ad Episcopum, 25. distinct. Decis. Rote 4. de concess. preb. in nouis. c. Omnes Basilicæ, 16. q. 1.

Quintum dubium, vtrum sit ponendum edictum, & debeat fieri concursus ad parochialẽ resignatam in Curia? videtur quod sic, quia Concil. non distinguit; tamen oppositum est uerius, ita censuit Sac. Cong. Declarat. 89. vbi dicit, verba Concilii, quod vacantię omnes, etiam per resignationem examine per concursum facto, ab ordinario debent conferri ei, quem iudicauerit aptiorem, non habet locum in resignationib. factis in manibus Papæ in fauorem; Ratio decisionis est, quã affert Clem. vnica, de rer. permut. modo adsit idoneitas, & sufficientia personæ, in cuius fauorem facta est resignatio, c. si pauper clericus, de preb. lib. 6. Staph. de lit. grat. in 6. form. expectat. nu. 2. & in for. 9. à nu. 13. secus vero non.

Sextum dubium; an hoc habeat locum in resigatione facta coram Ordinario? ad hoc respondetur primò, quod nullæ resignationes beneficiorum possunt hodie admitti coram Ordinario per Bullam Pii V. nisi cum quibusdã conditionibus, prout inferius in uers. resignatio. Secundo, quod etiam si admitterẽtur non possunt admitti nisi simpliciter, & non in fauorem certæ personæ, prout dicam lo. cit. tamen quicquid sit dico, quod si resignatio facta esset simpliciter, idem erit obseruandum, s. cum edicto & examine per concursum, si in fauorem certæ personæ, tunc dicendum, prout dixi in resignatione facta in manib. Sum. Pont. & ita censuit Sac. Congre. Declar. 394. in hæc verba, Scribantur litteræ ad Episcopum Auriensem, in resignatione facta in fauorẽ certæ personæ, non esse necessarium examen per concursum, sed satis esse, resignatarium ab examinatoribus in Synodo depntatis, simul cum Ordinario probati idoneum, & hoc confirmatur per rationem dictæ Clem. & c. si beneficia, de præb. lib. 6. nec debet fieri concursus in prouisionib. factis in forma dignum, decla. 326. nec in prouisione facta alicui familiari Papæ, qui de concessione eiusdem examinatus, & approbatus fuit Romæ, decla. 281.

Septimum dubium; vtrum, quando Parochialis esset iuris patronatus, debet fieri edictum, & examen per concursum, prout supra? respõdetur negatiuè, Conc. lo. cit. §. si verò, ubi disponit Episcopum debere instituere sine edicto, & concursu eum, quem digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, & ita censuit sac. Cong. Declar. 288. in hęc verba, examen per concursum non debet fieri in vacatione parochialium, quæ sunt iurispatronatus Laicorum, sed sufficit, quod deputatus a patronis examinetur ab examinatoribus Synodalibus, & institutio debet fieri infra bimestre, a die præsentationis confecto examine, Bulla cit.

Octauum dubium, an hoc habeat locum in Ecclesia parochiali, quæ actu non habet parochianos?

chianos? respondetur, prout in ver. beneficium, §.4..circa vltimum.

Nonum dubium; si plures fuerint examinati per concursum, tamen fuit ad missus vnus & alter reiectus, qui prendit prouisum fuisse minus idoneum, & appellaret, quærit primo, an ista appellatio debeat admitti. Secundo, an suspendatur exequutio per hanc appellationem? Resdondetur Primò, quod Concilium videtur admittere appellationem, & deuolutionem, sed non suspensionem execcutionis. Respondetur secundo, Bulla in ci, tatam admittere appellationem illius, qui fuit reiectus, vel ad metropolitanum, uel ad antiquiorem Episcopum, si primus collator, uel erat metropolitanus, vel exemptus, vel ad Papam, sed interim prouisio debitæ mandetur executioni, & pendente appellatione prouisus ab Ecclesia non remoueatur. Sed an hoc habeat locum in collationibus omnium beneficiorum, verbi gratia, duo litigant de quodam beneficio, fertur sententia pro uno, alio appellante possit iudex, non obstante appellatione, ponere in possessionem appellatum, idest illum, qui habuit sententiam in fauorem, & videtur quod sic. ad hoc nè beneficium diu nacet possessore. vide Cap. Tolos. 400. & ibi Addit. faciunt cap. ne pro defectu, de elect. & ea diximus in uer Oeconomus §. 10. & in uer. beneficium §. 3. Conc. 5. Ratio est, quia nacatio est periculosa Ecclesiis, cap. qui possit, de elect. lib. 6. Gemin. in cap. ut circa, notab. 2. eod. tit. & lib. & quia appellatio non debet differre rem periturã, tempore quia multa possent medio tempore perire Ecclesiis, si nõ adest ad ministrator. Præterea, quia poterit apparere appellatio non legitima & sic rata remanebit sententia, uel prouisio, ita firmat Gemin. in c. auaritiæ, uers. quid si confirmatio, eod. tit. & lib. & uers. sed quid si est appellatũ, disputat, an teneat ista possessio, & tenet ex multis quod sic, maximè si fuit positus in possessione anteqnàm in hiberetur à Iudice ad quem, quod corroborat, ex multis Doctoribus. facit c. quam sit, eod. tit. lib. c. Cupientes, eod. ubi uocat periculosas istas uacationes, idem confirmat in ca. fina. uers. sed dicit Lapus de elect. lib. 6.

Decimum dubium, qua praxi uti debeat Ordinariusin hoc concursu? respondetur ex Conc. loc. cit. §. transacto, instante die præfixa conueniunt examinatores coram Ordinario, & ipsi examinandi vna cum Notario solum in loco secreto, & ibi examinantur factis interrogationibus sedulo super Sacramentorum administratione, & ex maiori parte super practica, propositis etiã aliquot casib. conscientiæ, his sic actis, omnia scribantur quæ acta sunt seriatim, & examinatis exclusis, fit scrutinium inter examinatores, & Ordinarium, vtrum sint omnes æqualiter idonei, uel unus magis, quia si primũ, Episcopus eliget, quem uoluerit, & hic potest cadere gratificatio, si secundum, illum eliget, qui est magis idoneus, sed ubi esset tanta præsbyterorum penuria, qui non pollerẽt tanta idoneitate, in tali re, id aget, quod commodius, & melius agi poterit Episcopus, Ita Sac. Congreg. Declar. 488. in meis episcopo Pistonensi Quod ratione potest comprobari, nam Gemin. in c. ubi periculum, §. cæterum, uers. quæro quia, de elect. lib. 6. dicit, quis dicatur idoneus. Solutio, dic, quod idoneus dicitur, secundum quod humana natura concedit possibilitatem, quia secundum celsitudinem dignitatis, nullus inueniretur, c. non nos, 40. distinct. nam plus in uno quam in altero loco requiritur sufficientia siue idoneitas, postmodum proceditur ad capiendam informationem, vbi talis praxis est seruanda, quando collatio pertinet vel ad Ordinarium, uel ad alium, puta ad summũ Pontif. ob seruationem, uel deuolutionem, uel ad alium, facto examine, capitur informatio, pro qua, uel mittitur vnus ex examinatoribus, uel committitur alicui presbytero probatæ vitæ, & prudenti, quæ capi debeat de ætate, quæ debet esse viginti quinque annorum cap. 12. Sess. 24. in principio. Nauar. cap. 25. nu. 116. quæ ætas, etiam requiritur in Commenda curata, Gom. in q. 5. col. 3. de idiom. Gemin. in c. nemo in 1. notab. de elect. libro sexto, & ibi glos. in uers. Sacerdotio. Secundò de morib. & doctrina, (sed de hac in examine.) Quarto, de prudentia, ita Innoc. in c. Dudum, num. 2. de elect. & c. his peractis, Ordinarius faciat collationem, Si uero ad Papam, uel ad alios collatio, seu institutio pertineat,

tineat, Ordinarius ei mittat, uel copiā examinis facti per concursū, & informationē clausam, & sigillatam, uel solam approbationem, fidem, seu testimonium tam examinis, quam informationis munitam subscriptione, & sigillo ipsius Ordinarii, & examinatorum, capitulo post cessionem, & ibi glossa in uersic. litteras, de probat. & ita vidi practica, & practicari multis vicibus. Si verò institutio ab alio, q̄ ab eo Epo erit facienda, tunc Episcopus solum ex dignis eligat digniorem, vel eum, qui sibi fuit oblatus a patrono, quem patronus ei præsentet, qui instituere debet iam approbatum, & examinatū ab Ordinario, ita Conc. lo. cit. §. cum uerò institutio, &c.

Vndecimū dubium; apprimè caueant ipsi concurrentes, ne quicquid prorsus huius occasione, nec ante, nec post, dent examinatoribus, nec ipsi accipiant, alioquin Symoniæ vitium utrique incurrunt, a quo non ab soluuntur, nisi dimissis beneficiis, quæ antehabebant, & sunt inhabiles ad futura; ita Concil. ibi, §. caueant, cum quibus, an. & quando possit Episcopus dispensare, vide gloss. in capitulo de Simoniach. in versic. remanet ei & in capitu. ex insinuatione, in versicu. elegerunt; de sym. Ioan. de Sylua tract. de benef. tertia par. q. 31. numero quarto, Nauar. cap. vigesimoquinto, numero 112. & cap. 23. numero 110. Syluest. in uersicul. symonia, §. decimotertio, Rebuf. in practi. benefic. in titulo quot modis beneficia acquirantur, numero nono, tamen si acciperent quid modicum, vt puta valoris trium Carlenorum, siue Iuliorum, non inciderent in labem Symoniæ, quo ad forum conscientiæ, modo hoc non accipiant, vt faueant examinando, sed gratiosè, cum fuerit alias idoneus; Nauar. consilio quinquagesimotertio, de Symonia.

Duodecimum dubium, an concursus debeat fieri in Ecclesia receptiua vbi sunt plures sacerdotes, tamen vnus est eorū caput, puta Archipresbyter, vbi est cura animarum? Respondetur, quod sic, vide superius in uersic. beneficium §. quarto, versic. dico quarto principaliter, dub. primo, qui alibi vocatur Archipresbyter, siue Parochus, vel Plebanus uel Rector, vel Curatus, Nauar. in capitulo primo, in glos. numero nonagesimoquarto, & infra de pœnit. distin. sexta. Hoc valet in terminis, de quibus hic dicitur, & practicaui, & practicatur ubi cura animarū residet penes ipsum Archipresbyterum, vel quocunque nomine censeatur, secus verò, ubi sunt plures, vt Collegium & ibi est vnus Rector, vt caput, & Canonici vel Hebdomadarij, vt membra, nam tunc non requiritur edictum vel examen, prout in parochijs, & ita seruatur Beneuenti & Neapoli, in capitu. statutum, & ibi glossa in uersicu. collegiatus. Gemin. in versic. quæro an semper de elect. libro sexto, ubi text. uult, quod assumptus ad ecclesiam collegiatā, vt Rector, uel caput, licet illa Collegiata cum habeat animarum, & licet habeat parochialem annexam, non subest, capitulo licet Canon, eodem titulo & libro, tamen vide ibidem Gemin. uersicu. & hæc faciunt, ubi in fauorabilibus ueniunt isti appellatione parochialium, & exemplificat in Archipresbyteris Ferrariæ, & Mutinæ, tempore Interdicti.

AD TERTIVM, parochi officium est, Primo prædicare; Secundo exponere ea, quæ in Missa leguntur.

Tertio, declarare decretum matrimonij, idque obseruare. Quarto, pueros rudimenta fidei, & obedientiam docere.

Quinto, vim, & vsum Sacramentorum exarare, populo; Sexto, sacra eloquia, & salutis monita explanare; Septimo, ieiunia, dies festos, & alia populo commendare; Octauo, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, Sacramenta administrare, & bono exemplo pascere; Nono, pauperum & aliarum miserabilium personarum curam paternam gerere.

Decimo, Missas frequenter celebrare; Vndecimo, in suis parochiis residere;

Duodecimo, hospitalitatem seruare; Decimotertio libros habere; videlicet, Primum librū baptizatorum; Secundum, Confirmatorum, Tertium Matrimoniorum contractorum; Quartum, numerum animarum suæ parochiæ omnium. Quintum, ubi

vbi scribat omnes ordines,instructiones,& edicta facienda in dies ab Ordinario circa ea,quæ pertinet ad officium suum,& vbi scribantur omnes pueri,& puellæ ad doctrinam Christianam conuenientium.Librum etiam,in quo scribantur omnes,qui in suis moriuntur parochiis,nomina,cognomina.& dies,ista omnia habes in Concil.Trid.variis locis,quæ breuitatis causa omittuntur,& per se quisque videre poterit,& in Conciliis Mediolanensibus,fol.202.& fol.23.& in Concil.Beneuen.de Sepult.c.3.& præcipue debet inuigilare,utrum Paschæ tempore omnes confiteantur peccata sua,& communicent,prout in c.omnis vtriusque sexus,de pœnit.& remiss.& si qui destiterint,facta octaua,renuncient Ordinario, & si in parochia vigeret aliquis concubinatus , & peccatum vsurarum,& huiusmodi,circa infirmos,vt confiteantur peccata sua antequā medicinam suscipiant,in c.cum infirmitas,eo.tit.Bulla Pij V.quæ est 3.fol.924.& multa alia,quæ breuitatis causa omittuntur,& qui extra parochiam tēpore paschatis confessi fuerint peccata sua, vel communicauerint,petat ab eis schedulā siue tessaram, vel aliam probationem.Nau.in c.pen.§.sacerdos,nu.86.de pœnit.dist.6.& ita obseruatur in bonis Cathedralibus.

AD QVARTVM,Sac.Conc.Trid.Sess.14.c.9.de refor.ait,iure optimo fuisse distinctas parochias,vt quisque suarum ouium curam haberet,ordo Ecclesiasticus non confundatur,nam omnia,quæ a Deo sunt,ordinata sunt,D.Pau.& Dionys.Ariop.de Eccle.& cœlesti hierat.ad hoc facit cap.1.13.q.1.c.pastoralis,de his,quæ fiunt a pral.& hoc conuenit etymologiæ vocabuli,quia parochia Grece,Latine,partionem curæ significat,Abb. in dic.Rub.num.1.Sylua.tract.de Benef.3.p.q.42.num.3.Gemin.in c.licet Canon, de elect.in 6.Roman.in cons.356.& hac ratione Conc.Trid.Sess.24.cap.13.§.in iis,præcepit,quod vbi Ecclesia parochialis certos non habet fines, sed promiscuè petentibus Sacramenta administrantur,vt distincto populo,vnicuique suum perpetuum peculiarem que parochum assignēt Episcopi,vide Abb.in repet.dicti.§.quis vero nu.10.c.1,80.dist. & cap.7.99 dist.n.

AD QVINTVM,Oblationes,quæ fiunt in parochia,sunt Parochi,& quæ fiunt capellę, vel picturę sitę intra limites parochiæ Sacerdoti Rectori,seu parocho illius parochiæ cōpetunt,vide Syluest.in ver.decim a,num.5.§.2.ver.3.& Angel.in ver.Ecclesias,§.9. Ab. in dominis,nu.3.de excess.prælat.& in c.pastoralis,nu.2.de his quæ fiunt a pral.& rubric.de paroc.nu.1.& in c.quoniam,nu.2.de deci.& in c.1.nu.4.de statu monach.

AD SEXTVM,tac.Conc.Trid.Sess.21.cap.4.de reform.§.in iis vero,disponit,quod vbi ob locorum distantiam,siue difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta,& diuina officia audienda accedere non possunt,nouas parochias,etiam inuitis rectoribus,constituere possint episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati,idem decretum erat primum in c.ad audientiam,de eccles.ædific.Abb.in cap.2. numero 7 de decim.De portione vero assignanda presbyteris præficiendis Ecclesię nouiter erectę,disponit sac.Conc.loco citato,§.illis autem,quod,aut sumatur ex fructibus ecclesiæ Matricis,aut compellatur populus ad eam subministrandum, Idem in Sess.24. de refor.c.13.Abb.in c nouum genus,nu.7.de decim.& hoc est de iure diuino,& naturali,D.Tho.2.2,q.87.a.numero 1.in corpore,& ad quartum,Cou.libro primo,capitulo 17.numero 2.& 4.versic.quarta ratio,var.resol.Turrecrem.in capitulo omnis Christianus,de consecrat.distinct.prima,Sylua.loco citato,1.par.quæst.quinta num.168.Secūdo,de vnione parochiarum,uide in ver.vnio,§.1.& de earum separatione,in ver.uisitatio,§.6.dub.9.

AD SEPTIMVM,Sac.Conc.Trid.Sess.21.c.6.de refor.dicit,quod Epi.tanquam Sedis Apostolicæ delegati Rectoribus parochialiū imperitis,&minus aptis,dare debeāt coadiutores,vel Vicarios pro tpe,& assignare ei partem fructuū pro sufficiēti victu,vel aliter prouidere,& hoc pōt Eps.ēt in parochiis exemptis pp identitatis rōnem,Parochus ēt teneret ꝓīq; hēe sociū, Syl.lo.ci.n.168.& 174.& qn pp populū numerosum Sa.Cō.

Trident.lo.cit.§.4.de reform.& quãdo propter senium, vel valetudinem, vel aliam causam, vide Dyn.in c.1.nu.47.de reg.iur.lib.6.

AD OCTAVVM, Primo iurabit quod præstabit obedientiam ipsi Episcopo, & sanctæ fidei Ecclesiæ. Secundo, quod seruabit mandata ipsius; Tertio, quod seruiat Ecclesię, cui pręfigitur in spiritualibus, & tempotalibus.

Quarto, quod personaliter residebit; Quinto, de non se transferendo ad aliam Ecclesiam, sine ipsius Episcopi licentia, facit extrauagans execrabilis. Sexto, de conseruando iura, & libertates ipsius Ecclesiæ.

Septimo, de non alienando bona Ecclesiæ, imo alienata si quæ sint, recuperando, & alia quædam, non tam necessaria, quam ista prædicta, habes in Rebuf.in prac.benef. in for. coll.& prouis.Ordi.a num.2.vsque ad 11.quando teneatur ad fidei professionem, vide Conc.Tri.Sess.24.c.14.refor.& in ver.fidei professio Hostiens.in Sum.tit. de maior. & obed.§.sub qua forma, nu.5.

Octauo, prouisi de beneficiis curatis a Papa, seu de Vicariis perpetuis, tenentur ad iuratoriam fideiussionem de residendo, Pius IIII. Bul.87.quę incipit: Inter multiplices, cętera vide in Additionibus magnis.

AD NONVM, Vide Rebuf.in tit.de erect.in Curatam, & Parochialem vbi habes omnia requisita.

AD DECIMVM, vide Panorm.in c.super, nu.1.de statu monach.

Parochus.

PRIMO, potest audire confessionem sui parochiani, etiam extra suam parochiam, & extra suam Diœcesim, Sum.Sacram.q.151.Syluest.in versic.confessor, 1.num.12. Armilla in ver.Confessio, nu.34.Gom.in c.2.§.statuto, nu.58.de Constit.lib.6.Capyc.decę 203.nu.15.Anch.in c.ea quæ, nu.2.de reg.iu.lib.6.

Secundo, an parochus possit abesse a sua parochia sine licentia Episcopi per duos menses, vide in ver.priuatio, §.4.dub.2.vbi habetur quod sic.

Tertio, an possint esse duo Curati, seu parochi insolidum in vna parochia, vide Reb.prac. tit.de non prom.in an.nu.69.vbi dicit, quod non, nisi essent duæ parochiæ in vna, & partita Cura, auctoritate Papę.

Quarto, an Parochi, & Rectores teneantur habitare in domo parochiarum ipsarum vel prope, vel intra limites Parochiæ? respondetur a Sac.Cong.in facto pro Ciuitate Bononiæ, Declarat.515.in meis, in hæc verba: Congreg.Concilii censuit, rectores parochialium debere residere in domo ipsarum parochialium, quod si parochiales domos nõ habent, tunc in alia domo, quæ sit intra limites parochiæ, aut saltem ita vicina parochiali Ecclesiæ, vt inde commode possint per seipsos ei inseruire.

Quinto, parochiani seu populus, an teneatur custodire, & defendere suum parochum, respondetur, quod sic, ita Sac.Congre.Declar.141.in meis, in hæc verba, populo, qui potuit obuiare morti eius parochi, perpetratæ in Ecclesia, quæ propter id facinus polluta est; debet antequam reconcilietur, per Episcopum iniungi pœnitentia condigna.

Sexto, an parochus de licentia sui Ordinarii possit abesse a sua parochia longo tempore ex iusta causa, puta vt sit Vicarius generalis alicuius Episcopi. Nauar.consil.15. de cler. non resid.dicit quod sic, tamen Apostilla ibi dicit, quod Sac.Congreg.censuit, Ordinarium hanc licentiam non posse dare, & quod ipse viderit, Curatum petere licentiam a Papa circa hoc negotium, & ego vidi Canonicos Beneuentanos oportuisse habere licẽtiam a Sac.congr.vt possent esse Vicarii, vel officiales alicuius Episcopi.

Septimo, quæ pęna parochi cuius culpa, seu negligentia parochianus sine pœnitentia moritur, respondetur quod arbitraria. Nau.consl.3.de paroch.

Præg-

Pragmatica, seu lex.

SVMMARIVM.

1 An obliget in conscientia.
2 An personas ecclesiasticas circa pretia rerum, et alia.
3 An obliget etiam in statu Ecclesiastico.
4 An laici possint facere statutum, prohibens, ne clerici gaudeant priuilegio ipsius.

AD PRIMVM Leges, & pragmaticas omnes pœnales, pontificias, Cęsareas, Regias, & Municipales iustas, obligare in conscientia, patet per D.Th.p.2.q.96.art.4.in corpore, Tabie.in ver.lex, nu.24.§.23.num.48. Syluest.in ver.Lex, §.8.Boer.dec.1.num.73.& infra.c.quo iure, 8.distinct. Abb. Felyn.& Dec.in c.1.de Constit.nu.8.Iaf.in l.nemo potest, in 2.lect.num.106.ff.de leg.1.Innoc.& Abb.in c.quia plerique, de immun.eccl.Couar.in c.cum esses, nu.6.de testa.Castr.lib.2.c.17.de ius.hæret.punit. Tiraq. de vtro.retrac.in præfat.nu.73. Et non solum leges Ciuiles, & Canones obligant in for. cōscientię, & animę, sed etiam Statuta, ut vult Glos.in cap.quæ in Ecclesiarum, in ver.cōstituerunt, de constitut. Bal.in dic.c.1.col.Iason.in l.si post diuisionem, nu.6.de Iur.& fac.gno.& Anchar.in reg.possess.de reg.Iur.lib.6.hinc deducuntur multa.

Primum, hoc valere in pretio rerum, nam si quis sciret probabiliter pragmaticam futurã taxanetm pretia rerum, si antequam publicaretur venderet frumentum, vel quid simile carius, quam taxatum sit in pragmatica, non teneretur ad restitutionem, D.Tho.2.2.q.77..att.3.Couar.in reg.peccatum, 2.par.§.4.num.8.facit c.fine culpa, & ibi Dyn.num.j. de reg.iur.lib.6.

Secundnm, si vero sciret certo, vt quia ipse esset vnus ex Consiliariis Magistratus, vbi sanciuntur pragmaticæ, & suspenderet ipsius promulgationem, donec frumentum vel aliquid simile suum venderetur, vel si quis sciens promulgatam esse alibi, in alio loco, venderet vltra pretium præfixum in pragmatica, teneretur restituere, non aliis, sed danti, Similiter, si esset practicus in Magistratu, vbi fit pragmatica, & sciens ipsam factam, ante promulgationem venderet, teneretur ad restitutionem, Roman.Sing.286.Fel.in cap.2.de Constit.Soto lib.4.q.1.art.4.de iust.& iure, Foller.in addit.ad Maran.4.p.dist.4.nu m e.61.& Ratio est, quia paria sunt, promulgatio legis, & notitia eiusdem, ideo enim fit promulgatio, vt perueniat ad notitiam hominum, nec vrget c.1.& ibi gl.in ver.publicæ, de postul.prælat.vbi dicitur, post promulgationem, Nec Authentica, ut factæ nouæ Constit.in Rubro, & nigro, col.5.& c.fi.ne cler.vel mon.c.nouerit, de sent.excom.Syluest.in ver.lex, nu.6.§.6.ver.3.vbi habetur, leges obligare post promulgationē ad duos menses, quia illud intelligitur in foro fori, secus vero in conscientia, quia sufficit, scire fuisse promulgatum in palatio Principis, nam ex tunc incipit obligare, Soto lo.cit.c.1.& glos.cit.Syluest.lo.cit.§.7.Gom.in q.2.col.12.in proœm.reg.Cancel. & hoc valet, etiam si Rex sanciens pragmaticam, haberet plura Regna, & prouincias, & velit illam obligare in aliis Regnis, & prouinciis, & tamen illam promulgauit in vno Regno, siue in vna Prouincia, & scitur ab aliis, nam antequam promulgaretur, obligaret etiam in aliis Regnis, & Prouinciis, Ratio est, quoniam Lex, ut promulgata censeatur, non exigit, ut in omnium notitiam perueniat, sed tunc promulgatur, dum solenniter in Curia Principis, uel in Prouincia primo præconio, vel alia legitima via edicitur, in c.1.de postul.prælat.& Soto.ubi supra, & solum illi excusantur in conscientia, qui uere ignorauerunt, in foro uero exteriori quonam pacto censentur, vide Panor.in c.cognoscentes, de Constitut.& in c.fin.qui matri.accus.pos.Syluev.lo.cit.§.7.Nauar.c 23.nu.43.& inf. Gom.in ca.ut animarum, nu.45.de Constitut.lib.6.& in c.clericus lib.5.§.fina.versicu. ulterius.

Te-

vel quid simile a Regno, quod fit propter conseruandã & expurgandam regionem a maleficiis, vt affluat Regnum, & vt coloni habeant boues ad colendos agros, ista obligat in conscientia etiam personas Ecclesiasticas, etiam quo ad pœnas ibi impositas, ista habentur ex supradictis, & ex Soto loco cit. art. 6. in prima Conclusione, in fi. Couar. prac. q. c. 33. nu. 7. vbi dicit, Clericos non posse arma porta, quæ lege laicorum sint interdicta text. optimus, in c. 1. §. si clericus, de pace. tenen. & eius viol. Fel. in ca. Ecclesia S. Mariæ, de Const. col. 4. ver. quartum, & col. 42. ver. primo limitatur, Mar. in disput. 8. de iure congr. num. 123. ver. 6. dicit ex Felyn. quod quando Lex ciuilis non facit notabiliter præiudicium personis Ecclesiasticis, debet seruari etiam inter Clericos, idem ibidem num. 25. ver 8. facit quod nec Lex eximit ipsos Princeps sancientes, quo ad vim directiuam, l. digna vox, C. de leg. D. Pau. ad Rom. c. 13. vbi dicit Omnis anima sublimioribus potestatib subdita sit, ad Hebr. c. 13. Deuter. c. 17. facit quod Lex humana pendet a lege æterna, Prouerb. cap. 8. per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. D. Tho. p. 2 q. 96. art. 4. in corp. facit, quod Lex humana sancita, si recta est, a lege naturę deriuatur Soto ibidem, q. 5. art. 2 sed personæ Ecclesiasticę sub sunt legi naturæ, ut patet omnibus, & Nauar. lo. cit. facit, quod lex constituitur in communi, sed quod est communi, sed quod est commune, omnes tangit, Soto lo. cit. art. 1 facit, quod Lex humana pręcipit actus virtutis, ibidem, art. facit quod licet aliquando leges humanæ in conscientia de se non ligent, quia tantum bono humano a[...]tur, obligant tamen quandoque ratione scandali, sed scandalizantur, laici videntes leges humanas parui fieri ab Ecclesiasticis, Facit quod obligatio legum auctore Deo, est Soto libro 4. q. 6. art. 1. de iust. & iure, Faciunt quæ dicit Socin. in repet. l. moribus, colum. 9 uersic. circa tertium, ff. de vulg. & pupilla. quod Lex ciuilis, quando non est nutritiua peccati, ligat, & seruanda est, etiam in foro conscientiæ; Gom. in cap. 2. de Constitut. libro 6. num. 15. glos. in cap. quę in Ecclesiarum, in versic. Constituerunt, de Constit. & hoc ampliatur, valere etiam in Statuto, Archid. in ca. possessor, num. 14. de reg. iur. lib. 6. Gom. ibidem, & gl. in c. ui animatum, in uer. sententiis, de Constitut. lib. 6. & Ratio est, quia ubicunque imponitur pęna, ibi adest culpa, Soto lo. cit. art. 4. in 1. q. 6. art. 5. de iust. & iure. Facit quod notat Couar. de sponsal. c. 7. nu. 9. uer. 4 & Capyc. decis. 66. num. 1. vbi dicit, clericos ligari Pragmatica loquente, de comprom. fc̃is inter coniunctos vsque ad quartum gradum Facit quod notat Nouel. loco cit. §. 8. & 9. num. 44. & 45. & Plato in Dialo. 9. de leg. & ibi Ficinus in argum. 1. Facit quod dicit Bal. in Marg. Innoc. in versic. leges ciuiles, ubi dicit, quod si Lex ciuilis non est contraria Canoni, est seruanda in foro Ecclesiast. seu Canonico, licet Nauar. cons. 3. de Constitut. uideatur sentire oppositum, circa abstractionem equorum a Regno, tu tamen elige tutiorem, siue magis tutam partem.

AD SECVNDVM, videtur quod non, quia cum non sint spiritualium Iudices, non est eorum facultatis decernere, vt præceptum suũ obliget sub reatu mortali, aut ueniali. Facit d. c. Eccles. S. Marię. Ad hoc respondetur ex Soto in 4. Sent. dist. 20. q. 1. art. 4. col. pen. q̃d quãuis hoc Principes sęculares non possint, tñ possunt constituere opus in genere virtutis, transgressio cuius ex natura, & quãtitate, & qualitate rei pēsatę, sit ne mortalis, aut venialis, dat circũstãtiã peccati, & peccatur cõtra Leges ciuiles, nõ quatenus hoĩes subsunt illis, quo ad aĩam, sed quatenus illa rerũ transgressio, est contra virtutẽ moralẽ.

Ex his sequitur respõsio, ad Tertiũ, nã licet psonæ Ecclesiasticæ nõ obseruãdo leges Laicales, iustas, peccẽt mortaliter, vel venialiter s̃m circũstãtias, & qualitates rei, seu negotii, & licet ẽt pęnas impositas per illas leges incurrant, tñ ad illas in foro exteriori nõ tenentur corã Iudice Laico, sed corã suo Iudice cõpetenti, c. significasti, & c. si diligenti, de fo. comp. Hoc probatur, primo, in liquidatione instrumenti, habentes exequutionẽ, vigore statuti, nã Clericus potest vti Statuto contra Laicũ, sed non è contra, tñ quãuis Clericus nõ possit accusari, ad pęnã instrumẽti liquidati corã Laico, põt accusari corã Iudice cõpetẽti, ꝓ eadẽ pęna, Bar. in d. l. cũctos populos, col. 6. ver. sed hic vlterius q̃rit. Mar. in disp.

de

de iure congr.num.14.& Foller.in addit.ad Maran.6.p. actu 8.nu. 15.dicit,quod si Clericus liquidauit instrumentum contra Laicum,& male liquidauerit, quod debet condemnati secundum formam Ritus Mag.Curiæ Vicar.Neapol.quæ incipit:Item si quis debitores,seu si hoc intelligitur a Iudice laico,non bene dicit,cum obstet.d.ca. Eccle.S. Mar.de Constit.& Abb.in c.fi.nu.3.de vita,& hon.Cler.& Maran.ibid.actu 2. nu.27. vbi dicit,quod clerici gaudent Statutis Laicorum pro se,non autem contra se, Tiraq. de vtroq; retrac.tit.1.gl.8.nu.33.& Nouel.de iure protho.§.8.& 9.nu.39.Couar.prac.q. nu. 2.ver.Clericus uero,ubi dicit,quod quando Clericus uenirer condemnandus pœna propter aliquod crimen,vel non excipiendo coram Iudice Laico,quod ad illam pœnam non potest condemnari,nisi a Iudice Ecclesiastico,Idem Foller.in prac.crim.in tit. audien.excusat.num.38.& Guid.Pa.q.450.nu.1.& Foller.ibid.fol.39.& 49.Facit idem Afflic.in Const.Si quis in posterum,not.q.7.nu.8.vbi ex Io.And.& But. in Rub.de Consue.dicit Statutū Laicorū non attendi in foro Ecclesiast.facit c.Sanctæ Mariæ,quod cū regulariter testis deponens falsum coram Iudice efficiatur reus illius,cuius aures offendit,vt Bald.in l.nullum,ver.& non solum Iudex,C.de test.tamen Clericus,licet euadat hanc pœnam in iudicio Laicali,non tamen in Iudicio Ecclesiastico,Diaz in prac. crim. can.cap.87.Bossius,in tit.de falsis,nu.100.Couar.lo.cit.cap.18.col.pen.& vlt.Afflict.de cis.130.& Mara.ibid.actu 12.nu.3.Tiraq.de retractu conuent.§.14.gl.6.nume.10.facit quod norat ibidē Diaz lo.cit.c.136.vbi ait,quod quando Iudex Ecclesiasticus vellet punire Clericum delinquentem,& non habet penam impositam pro dicto crimine in sac. canon.nec constitutionibus synodalibus,potest recurrere ad iura ciuilia Imperatorum, & Regum,vide Addit.Alex.de Neuo,in Abb.in c.2.de noui oper.nuntiat.8.littera B.facit quod notat Couar.lo.cit.cap.33.in fine,vbi asserit,pęnam incursam a clericis propter asportationem armorum contra interdictū legis sæcularis,posse exigi a Iudice Ecclesiastico,& ibidem,posse auferri a Iudice Laico ipsa arma clerico, ea asportanti contra eius præceptum,absque metu excommunicationis.Hinc fit,quod si animalia personarum Ecclesiasticarum damnificent in prædio alicuius, non propter hoc teneri illos ad pœnam impositam per pragmaticas,& constitutiones Laicorum,sed tantum ad damnum illatum,& ad pœnam arbitrariam coram suo Iudice competenti.Facit quod statuta Laicorum quatenus sunt præceptiua,vel arctatiua, non ligant personas Ecclesiasticas,sed quatenus sunt priuilegiatiua,vel concessiua sic,quia in fauore voluntariū,Gem. in c.fin.uer.quæro pone,de offic.deleg.lib.6.

AD TERTIVM, facta pragmatica per Regnum,an liget in vtroque foro tam Laicos, quam Ecclesiasticos,in statu Ecclesiastico, vel in statu aliorum principum,vt puta Beneuenti,& in Francia liget pragmatica Regis commorantes in Statu Auinionis, & vr quod non,cap.vt animarum,de constitut.lib.6.& l.fi.de iurisdict.om.iud.& in c. nouit, de offic.leg.& facit ratio,quia extra territorium ius dicenti non paretur impune. Dicet quis,si Papa facit Bullas pœnales,an obligent in conscientia in terris Imperii, Regum, & aliorum Principum temporalium,& per iura superius allegata,& videtur,quod nō, tamen respondetur,non esse parem rationem, quoniam sicut Episcopus potest in sua Diœcesi facere Statuta pœnalia,obligantia in conscientia,etiam laicos,p.c.vt animarum ita Summus Pontifex in toto orbe,quia totum orbem habet pro diœcesi.ca. cuncta per mundum,1.& 2.9.q.3.Gom.in c.1.nu.34.de constitut.lib.6. præterea, quia facit vnum concistorium cū Deo,idem ibid.nu.38.sicut Vicarius cum suo Episcopo,Clem.Et si gñralis,de Resc.c.2.de Consuet.lib.6.& est Vicarius Dei,Archid.in c.fundamenta,de elec. lib.6.appellatur Imperator,Ioa.Andr.in c.per venerabilem,qui fil.sint leg.dicitur Rex, text.in ca.cum inter vniuersas,in fi.de elect.Gom.in q.2.de infir.resign.& omnes mortales sunt subditi Papæ.Innoc.in c.1.de Constitu.Gom.q.3.& ibid.& omnes laici ratione animæ subiiciuntur Canonib.& pręceptis Papæ,c.nouit,de iudic.Doc.in c.1. & in c.nā concupiscentia,de constitut.Imperator vero non sic,quia recipit potestatem a populo,

Papa

Papa vero a Deo, ergo Imperator, & alii Domini temporales solum possunt ligare subditos suos, Papa autē omnes, Gom. in c. vt animarum, in §. statuto, nu. 4. de Constitu. lib. 6. Bos. in tit. de foro comp. nu. 164. & 169. vbi clarissime de hac materia disserit, quem video, etiam Nouel. de iure protom. in princ. Constitut. nu. 67. vbi Imperatorem non posse aliquid constituere in terris Ecclesiæ, asserit, nam intentio mea non est transcribere de carta in papyrum, sed sufficit citasse Doctores, vide gl. in c. 2. de regul. iur. lib. 6. in ver. possessor, Nauar. in c. si feneraueris, nu. 106. 14. q. 3.

AD QVARTVM, uide Tiraq. de vtroq. retractu tit. 1. §. 1. num. 34. & infra, vbi uidetur tenere partem affirmatiuam.

Patriarcha.

PATRIARCHA facit crucem deferri ante se vbique, nisi ubi sit Summus Pontifex, vel eius Legatus, & est Iudex ordinarius omnium suorum Archiepiscoporum, Episcoporum vero Suffraganeorum vel subditorum eorum non, nisi prout dixi in ver. Archiepiscopus, §. 1 & in ver. appellatio, §. 16. Abb. in c. antiqua, nu. 1. & 3. de priuileg.

Priuilegium.

PRIMO, priuilegio suo an possit quis renunciare, & an possit præscribi spatio quadraginta annorum; vide Abb. in c. si de terra, nu. 5. & 7. de priuileg. Iason, in l. beneficium, ff. de Constit. Princip.

Secundo, si perdatur, quomodo probatur, vide eundem in cap. cum olim, il primo, nu. 1. eod. tit.

Tertio, quomodo pereant priuilegia concessa Monasterio ipso destructo, an sumant vires ipso ædificato, & quid de priuilegio concesso possessionibus, vel Religioni, uide Innoc. in c. Abbate, in fine, de verb. signific. & Abb. in d. c. Abbate, nu. 16. & an euanescat per vnam contrauentionem, vide eundem in c. pro illorum, de præb. similiter de statuto, & consuetudine, ibidem. nu. 5.

Quarto, quibus ex causis perdatur, uide glos. & Abb. in in cap. suggestum, num. 6. de decim. & Gomes. in c. 1. nu. 205. de Rescr. lib. 6. & tract. de Relig. Casu 149.

Quinto, an, & quando priuilegium extinguatur cum persona, vel quando sit concessū realiter, vel personaliter, vide Dyn. & glos. in c. priuilegium, a nu. 9. de reg. iur. lib. 6. & glos. in c. cum venissent, & in c. probatum, de institut. & in dubio an præsumatur reale, vel personale, dicit, quod personale, glos. in Sum. 25. quæst. 2. Addit. ad Dynum, loc. cit.

Sexto an priuilegia concessa, ad instar priuilegiorum alterius loci, eo loco structo, vel reuocantur illa concessa ad instar illorum, respondetur, quod non, & ita censendum est etiam de indulgentiis concessis ad instar, Bal. in l. omnia, eod. de epis. & cleric. col. 2. Nauar. de indulgent. Notab. 26. nu. 8. hoc temperarem, non habere locum in illis qui habent facultatem communicandi sua priuilegia, & ipsi communicāt aliis, vt sunt Romæ Confraternitates Sanctissimæ Trinitatis, Sanctissimi Sacramenti; nam si extinguerentur priuilegia illarum, expirarent etiam concessa & communicata per illas, quia accessorium sequitur naturam principalis, & cætera vide in Addit. magnis.

Priuatio.

QVOT modis venit quis priuandus beneficiis Ecclesiasticis, vel sit priuatus ipso iure, uide Doct. in c. 2. de Rescript. & in c. querelæ, de iureiur. & Gom. q. 7. col. 4. de sub rog. coll litig. Diaz in Prac. Crim. Can. c. 123. Stap. de litt. gra. f. 139. a nu. 1. sed cum hodie oēs pœnę sint arbitrariæ Iudicib. etiam si sint in iure determinatæ, & taxatæ, & ex cau. possint illas iudex augere, & minuere, text. & gl. in l. hodie, ff. de penis, Pau. de Castro consil. 328. col. 2. vol. 2. Couar. lib. 2. c. 9. nu. 8. var. resol. Syman. de Cath. instit. tit. 46. nu. 29. L

29.l.quid ergo,§.pęna grauior,de his,qui notant.infam.Abb.in c.2.de cohab.Cler.& mul.circa fin.Couar.prac.q.c.34.in vlt.Mara.4.p.tit.an iudic.sit ciuil.uel crim.num.82. Foller.prac.crim.4.p.nu.2.etiam in crimine hæreseos,in quis non est ipso iure priuatus beneficio? Castro lib.2.c.9.de iust.hęret.punit.tameib.Couar. l.2.c.8.var.resol.aliter sentit,bene verum,quo ad alia,c.cum secundum leges,de hæret.lib.6.in quib.etiam requiritur declaratoria priuationis; Gom. q.52.de an. possess.licet in hoc etiam delicto post seutentiam possint iudices mitigare pœnam & mutare,si uiderint expedire,c.vt cõmissi, de hæret.lib.6.ideo circa hoc immorabor patũ,sed pro practica ea, quæ sunt de iure nouissimo more meo attingam; Et primum,an Clericus homicida sit ipso iure priuatus beneficiis prius obtentis? Secundum,an possit ea habere in posterum.Tertium, quando amittuntur beneficia propter non residentiam ? Quartum,qua praxi vtendum in priuatione beneficiorum de iure antiquo & nouissimo? Quintum,an ubi pęna imponitur ipso iure,requiratur declaratoria? Sextum, an ubi dr̃ nulla alia sententia declaratoria expectata,debeat ex se qui pœnam illam incurrerit,beneficia dimittere, non expectando declaratoriam sententiam? Septimum,an Episcopus possit restituere beneficiũ ei,qui iusta de causa priuatus fuerit? Octauum,an quis priuatus Ecclesia propter culpã suam,sit inhabilis ad eandem illa uice.Nonum;an priuatur ipso iure is,qui contraxerit matrimonium,licet nullum, & an si præstiterit patrocinium contra Ecclesiam suam. Decimum,an perseuerans per annum in excommunicatione, sit ipso iure priuatus beneficio? Vndecimum;quibus modis beneficiati ueniant beneficiis priuandi? Duodecimum;an priuatus beneficio ob suum delictum, possit illud ex noua concessione requirere? Decimumtertium,an Iudices causarum beneficialium uel criminalium,priuatione beneficiorum concernentium,eorumque affines, & familiares beneficia illa impetrare possunt. respondetur quod non,Pius IIII.Bulla 20.quæ incipit, Cupientes.

AD PRIMVM,oportet distinguere cum Conc.Trid.Sess.14.c.7.de refor.nam si homicidium est commissum voluntate,& probatum fuerit,non est ipso iure priuatus, sed uenit priuandus per sententiam,Innoc.in c.cum nostris,de concess.præb.Abb.in c.tanta, num.2.de concess.pręb.Diaz in prac.Crim.Can.c.88.Nan.c.28.nu.249.iuxta medium, Not.5.Staph.delit.grat.fol.140.num.9.Sylua.tract. de benef.4.p.q.3.in princ.Abb. & Felyn.in d.c.2.de Rescript.& in d.c. querelam, & in c.tua,de iu.ciu.ubi dicunt,quod pro quolibet grauissimo delicto Clericus beneficiatus non est priuatus ipso iure beneficio,sed uenit priuãdus per sententiam,et in õmnib.irregularitatib.Innoc.lo.cit.vide Couar.lib.2.c.8.nu.3.uer.3.uar.resol. Abb.in ca. Clericis,nu.3.ne Cler.uel Mon.Fallit in homicidio qualificato,puta in assasinio,c.1.de homic.lib.6.Rebuf.ti.de mod.ami.r.benef.quia eo casu vacant ipso iure sed dubium est,quid si Iudex non addat in sententia, qđ priuat condẽnatũ beneficio,an remaneat priuatus? dic,ꝙ non, quia nõ est ipso iure priuatus,ut dixi,& licet Diaz lo cit.c.123.in 2.pag.dicat,qđ cõdẽnat⁹ de aliquo delicto per sñiam,censeatur priuatus ipso facto beneficio suo,dẽt intelligi, uel qñ crimen erat tale,qđ inducebat priuationẽ ipso iure,uel qđ sit inserta ipsa Clausula, prout sup. Abb. in c. inter dilectos,prope finẽ,de exces. plat. & iõ sint cauti Iudices addẽdo in sñia ipsã priuationẽ,ut notat Inn.in c qualiter,& qñ,il secundo, in gl. super. vers.diminutionẽ de accusat.& Diaz loco citato.Ratio est,quia illam Clausulam non posset addere post latam sententiam,per ea quæ dicit Diaz loc.cit.cap.126.& Couar.libro secundo,capit.9. numero 8.var.resol.& pract.q.cap.34.numero vlt & infra in uersic.pœna,§.secundo,si vero non fuerit voluntarium homicidium,sed in rixa,uel uim ui repellendo,ut quis se a morte defenderet,nunc petendo dispensationem à Summo Pontifice,quatenus opus est, committitur loci Ordinario,uel ex causa Metropolitano, uel uiciniori Episcopis Concil.ubi supra,& Clem.unica,de homic.Rebuf.titulo de dispensat.cum corp. uitiat. nu.20.& infra;uide pro 1. membro Dyn.in c. f.nu.44.& inf.de reg. iur.lib. 6.ubi ponit tria tempore,quibus potest quis reddi inhabilis ad beneficia retinenda.

AD E-

AD SECVNDVM, Staph. loco cit. nu. 2. Sylua. 4. p. q. 7. nu. 1. casu 31. dicunt, posse Epm dispensare, vt homicida, et voluntarius hre posit beneficium simplex, ad hoc ne cogatur mendicare, & dicunt esse opinionem Innoc. Abb. in c. 2. nu. 4. & 5. de cler. pug. in duel. & addition. in litera C. & in c. 2. nu. 2. de cler. non ordin. celebr. & Host. per c. studeat, 50. dist. idem Diaz c. 18. & c. 88. sed quicquid sit, hodie per Conc. Trid. Sess. 14. c. 7. de refor. cum homicida voluntario, etiam occulto non potest Episcopus dispensare, nec ad beneficia simplicia, nec ad sacros ordines, hoc intellige de homicida qui ex industria occiderit aliquem, secus verò si casu vel vim vi repellendo, vel in rixa, nam irregularis non est ipso iure inhabilis ad beneficia simplicia. Caputaq. decis. 136. p. 2.

AD TERTIVM, vide gl. in 6. qm̃ frequenter, §. porro, in ver. Canonibus, vt lite nõ contest. & Sylua. 4. p. q. 5. per totum, c. ex parte, c. tua, de cler. non resid. ubi dicitur in Summa, quod vel discessit cum licentia temporis pręfixi. & tunc debet expectari dictũ tempus, quo elapso, distinguit, si scitur, vbi degat, debet citari personaliter, vt veniat, alioquin, &c. si vero ignoratur, citetur per edictum ad valuas Ecclesię, verum si discessisset absque licentia, vel cum ea, sed temporis indefiniti, si scitur vbi sit, citetur personaliter, si facit copiam sui, si ignoratur, vbi sit, tunc per edicta, Mara. 6. par. tit. de cit. num. 91. & patet iuribus, & doct. superius allegatis, sed de iure nouissimo, primo est uidendum de beneficijs curatis, de quibus Conc. Trid. Sess. 6. c. 1. de refor. censuit de prelatis maioribus, vt si per sex menses abfuerint, amittant ipso iure quartam partem fructuũ vnius anni, applicandã, &c. prout ibi, in sess. 23. c. 1. de refor. vult, vltra pœnas impositas in d. sess. 6. incurri has, primo, ut non faciant fructus suos pro rata temporis absentię, & easdem pœnas extendit ad habentes curata beneficia, & magis eos astringit, ut non possent abesse per bimestre, nisi de licentia Episcopi in scriptis habita quibus elapsis, non rediens, citetur per edictum, & primo vult, vt procedatur per censuras, secundo per fructuum sequestrationem, tertio ad priuationem, & sic quo ad edicta ponẽda tria, seruari potest ius commune, sed non quo ad priuationem, nisi seruato ordine Sac. Conc.

AD QVARTVM, De tempore expectando inter tria edicta ponenda, distinguendum est, an habuit licentiam per bimestre, & tunc eo elapso citatur, si sine licentia, statim potest citari, & ponuntur tria edicta, distinguendo, vt supra, si scitur, vel nescitur, vbi sit, si copiam sui facit, vel non, iuxta Clem. Can. de elect. decis. Rot. 26. de appellat. in nouiss. & 10. ibidem. & ibi Addit. nu. 5. & decis. 22. de Rescrip. in nouiss. & addit. decisio. 5. de Rescript. numero 15. Maranta de citatio. a numero 83. & infra, & tunc expectatur per semestre, plus, minusue ad arbitrium iudicis, vt Glos. Hostiens. & Ioan. Andr. dicentes, quòd ideo iura statuerunt diuersa tempora circa hoc, vt denotetur, esse arbitrium Iudicis, Sylua. loco cit. colum. 3. quod si non venerit in peremptorio, & contumacia, potest procedi ordine Sac. Conc. Trid. & sic primo citabitur sub pœna amissionis fructuum, & censurarum, crescente contumacia, fit sequestratio fructuum, vlterius fit priuatio, sed interim ponetur in curato, siue beneficio, & parochia, Vicarius, seu Oeconomus, iuxta cap. 2. de reformat. quod bene considerare debent Reuerendissimi locorum Ordinarij ne nimium præcipitanter procedant in hoc negotio, vide omnino Innocen. in cap. ex tuæ, num. 1. 2. & 3. de cler. non resid. vbi dat pulchram practicam.

Primum dubium, quod mouet glos. in d. cap. si. in ver. excusationem, de cleric. non resid. quod si curatus absit causa inimicitiarum, & non potest residere sine discrimine vitę, ad hoc Sac. Congr. declar. 229. & alia quæ est 32. censuit, quod permittitur per annum abesse a suo beneficio, posito tamen in illo, per Episcopum idoneo Vicario, seu Oeconomo, quod si intra annum inimicitiæ non extinguantur, licet Episcopus intermisisset partes suas, respondet, quod scribatur eidem Sac. Congr. cuius culpa factum sit, quominus reconciliatio non processerit, annuens, quod si Curatus, siue

 beneficiatus

beneficiatus fuerit in culpa. tam causandarum inimicitiarum, quam non extinctionis earundem, quod priuetur, per Regulam, quod nulli debet suus dolus patrocinari, c. audiuimus, de collus. deteg. nec æquum est quemque suum dolum reseruare, l. verum, §. tempus, ff. pro socio, l. non fundatur, ff. de reg. iur.

Secundum dubium, si discessisset causa pestis vel belli: vide Gomes. in q. 57. de trien. poss. vbi dicit, non posse tunc procedi ad priuationē, nec ad cōtumaciam, nisi cessāte causa.

Tertium dubium, an parochus discedens ex causa à parochia absque licētia scripta, vt dicit Sac. Concil. incurrat has pœnas, si absit per duos mēses, Nauar. c. 25. num. 121. prope finem dicit, quod non incurrit, & probat ibi per multa, similiter quando discederet necessitate quadam subito occurrēte, quia tūc potest se absentare, etiam sine licētia prælati, quia plerumq. tempus non patitur, seu locus licentiam petere, Sylua. 4. par. q. 6. nu. 4. casu 14. argu. c. 1. sess. 21. de refor. §. nam cum Christiana charitas, hic possunt poni omnes casus, excusantes a residentia, vt dixi in ver. Distributiones quotidianæ, & dicā in ver. Residentia.

Secundò principale de Præbendis Dignitatibus, & Canonicatib. Sac. Conc. Sess. 24. c. 12. §. præterea, disponit in hæc verba: Obtinētib. in Cathedralibus, aut Collegiatis, Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut portiones, non liceat vltra tres Menses ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, saluis earum Ecclesiarum Constitutionibus, q̄ Longius seruitii tēps requirunt, alioquin, Primo priuentur dimidia parte fructuum, quos rōne et præbendæ, ac residentiæ faciunt suos. Secundò, anno verò secundo, si erit negligens, omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: Tertio crescente contumacia, contra eos procedatur iuxta Sacrorum Canonum Cōstitutiones, prout in c. ex parte, & c. ex tuæ, de cler. non resid. vbi autem non adsunt fructus præbendæ, potest priuari benef. prout supra.

Primum dubium, an istis tribus mensib. quibus absunt Canonici, hoc iure permittente, non solum lucrentur redditus beneficii, verum etiam distributiones quotidianas, Sac. Cong. censuit negatiuè, Declarat. 3.

Secundum dubium, an Eps possit dare licentiam, vt absint vltra tres illos Menses, Sac. Cong. Declarat. 145. respondet affirmatiuè, nempè, per quatuor Menses.

Tertium dubium, an omni tempore indifferenter possint Canonici vti hac licentia, & an Episcopus posset eam dare: Sac. Cong. Declarat. 453. respondit, quod non tempore Paschæ Domini, & huiusmodi maximarum solennitatum, & hæc omnia intelligi debent cum Clausula Concilij, in d. c. §. saluis nihilominus.

Quartum dubium, an in illis tribus mensibus a iure concessis sit assignanda causa absentię, & cum licentia sui prælati, vel an possit potiri beneficio trium mensium, nulla cā declarata, sed impetrata licentia, Sac. Cong. Declar. 448. in meis: censuit in hæc uerba, nullam assignandam esse causam nec vllam licentiam requiri, non tamen omnes Canonicos posse abesse eodem tempore, nè Ecclesia destituatur suo debito seruitio, sed tm̄ quartam partem Canonicorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & Capituli.

Tertiò principaliter, de beneficiis simplicibus, nihil quo ad hoc, (quantum potui videre) statuit Sancta Synodus, nisi in Sess. 21. c. 6. de refor. circa vlt. & Sess. 25. c. 14. de refor. tn̄ quicquid sit, quia nos loquimur præcipuè de priuatione beneficiorum, rōne residentiæ non præstitæ, dico Primò, q̄ de iure omne beneficium, etiam simplex, requirit residentiam, cap. conquerente, & c. fi. de cler. non resid. Sylua. 4. par. q. 1. Nauar. loco cit. tamen ex consuetudine, de qua lamentabatur Diaz Pract. Crim. Can. c. 44. & Sylua. lo. o cit. q. 2 Dico Secundò, q̄ si clericus beneficiatus beneficio simplici, vagetur per mundum, potest priuari beneficio simplici, propter delictum vagationis, Innoc. in c. ex tuæ, nu. 4. de cler. non resid. Abb. in d. c. ex tuæ, nu. 14. de cler. non resid. Sylua. 4. par. q. 5. colum. 4. Abb. loco cit. ex Innoc. in d. c. ex tuæ, Gimon. de grat. expec. c. 1. num. 17. c. non oportet, cum seq. 7. q. 1. Affli. decis. 289. nu. 3. ubi habentur multa pro practica priuationis, ob residentiam

residentiam non præstitam, & hoc multis modis: Primò quando vagatur, & ignoratur, vbi eat, beneficiumq. illud habeat quasi pro derelicto, hoc patet ex superiorib. vide Abb. in c. ex parte, per totum, de cler. non resid. & in repet. §. qui verò, c. extirpande, nu. 32. de præb. Secundò qñ citatur ad Synodum Diœcesanam, quæ quolibet anno celebrari debet: Conc. Trid. Sess. 24. c. 2. de refor. nam in illa omnes beneficiati tenetur adesse, vt ibi patet, c. ex ore, circa finem, de priuileg. gl. in c. quia tantum, in ver. plures, de præb. & uide sup. in ver. Concilium. Tertiò, in visitatione, vbi Episcopus debet inquirere de omnib. beneficiis ecclesiasticis, c. ordinarii, de offi. ord. lib. 6. c. decernimus, 10. q. 1. cum sequentibus, & si non comparuerint, potest procedere ad priuationē, modo quo suprà. Quartò, quādo beneficiatus absens ignoratur, an sit viuus, vel mortuus, & longa mora, seu absentia detentus, tamen si redibit, recuperabit, sine alia collatione, (hoc intellige nisi fuerit priuatus in contumacia,) quia tunc non recuperabit: Rebuf. vbi sup. in tit. de reprobat. benef. viuent. in pract. nu. 21. Sed animaduertere debent locorum Ordinarii, ne procedant ad beneficiorum priuationem absq; personali citatione, non enim sufficit notitia rei vaga, sed certa, & indubitata, Gom. trac. vtri. signat. fol. 21. col. 3. decis. Rote 750. in antiquis: Felyn. in c. qm̄, §. porro, col. antepen. vt lite non cō test. & in c. cum contingat, col. pen. de Rescript. Rom. cons. 481. incip. In casu præmisso, secundo dubio, & in l. scire debemus, §. qui autem, ff. de excus. tut. l. aut qui aliter, §. & si forte, & ibi glo. finalis, ꝙ vi aut clam. & Couar. in c. Alma mater, 1. p. §. 9. nu. 4. dicit, non posse dici verè monitum, vel contumacem, nisi monitio, vel citatio sit personalis, facit glos. in Clem. Vnica, in ver. manifestè, de dolo, & contum. & Extrauagans vnica communis, de pœn. idem decis. Caputaq. 114. & 11 . & decis. 372. p. 2. & decis. 375. sed quando fuit lata reo semel personaliter citato, & eo non comparente, per audiētā contradictarum, est valida. Caputaq. decis. 135. p. 3. Rota decis. 164. in nouiss. Quintò, qui per triennium non fuerit adeptus possessionem beneficii, videtur illud habuisse ꝓ derelicto; Boer. decis. 24. numero 3. Dicet quis, ergò nunquam poterunt locorum ordinarii priuare quem beneficio, quia beneficiatus nunquam facit se citare personaliter, multis artibus, & technis? Respondetur ex Couar. loco cit. quod quando quis dolo latitat, vt subterfugiat personalem citationem, potest tunc ad domum habitationis, vel ad valuas Ecclesiæ citari, & Sylua. vbi supra loquens de citatione personali, dicit, si commodè citari potest, & sic intelligitur, c. ex tuę, cum similibus, de cler. nō resid. & tunc expectari potest per sex menses, trib. propositis edictis, prout sup. Tiraquel. de vtroq. retrac. ti. 1. §. 9. num. 37. & §. 6. gl. 1. & 2. nu. 4. & 6. Inno. in d. c. ex tuæ, nu. 5. vide Abb. in d. c. ex parte, nu. 8. & in d. c. ex tuæ, nu. 13. vbi dicit, quòd quando scitur ubi sit, sufficit semel citari personaliter, & præfigi terminum, quo transacto, potest spoliari: Si verò ignoratur, tunc opus est tribus edictis: facit, c. pro possessore, & ibi Dy. nu. 5. & addit. in vlt. litera F. de reg. iu. lib. 6. & gl. in c. cum constat. hoc tit. & lib.

Primum dubium, an Episcopus possit in aliqua sua constitutione ponere pœnam priuationis beneficiorum, illis, qui non resident in suis Beneficiis, quæ de Iure, Statuto, seu Cōsuetudine non requirunt personalem residentiam? & uidetur ꝙ non, per ea quæ dicit Gom. in c. 2. §. statuto, de constit. lib. 6. nu. 17. & in d. c. nu. 56. tamen his non obstantibus, contrarium est verius, prout dixi in versi. edita, §. 2. & hoc pręcipuè, quādo esset notabilis absentia, sed hoc non videtur vndequaque obseruari.

Secundum dubium, an possit Episcopus prohibere parochis sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, nè vltra biduum absint ab Eccle. suis Sacra Congr. Declar. 37. negatiuè respondet, sed bene sub pœna pecuniaria, quę non excedat dimidiam decimā; vide Rebuf. loco cit. nu. 14. & Nauar. c. 25. nu 121. iuxta medium, dicentem, posse parochum abesse duos menses, absque licentia, cum causa; Ampliatur, quod dictum est, nō solum respectu residentiæ non præstitæ, posse quem priuari beneficiis, sed propter negligentiam; Glos. in c. 1. de offic. custod. & in c. ea quę, de offic. Archid. & in c. placuit. 2.

 q. 3.

q.3.& in c.dictum,81.distin.Gom.tract.de neglig. Casu 156.

AD QVINTVM, omissis disputationibus, de quib. copiosè poteris videre per Gom. in c.1.in ver.ipso iure, a nu.4.& infra, de Rescrip.lib.6. respondetur ex eodem, requiri sententiam declaratoriam, quotiescunque imponitur pœna ipso iure, etiam in hęretico, per c.cum secundum legem, de hęret.lib.6.& Cast.loco cit.facit c.licet, de preb.lib. 6.Gomes.q.52.de ann.poss.& q.52.de trien.possess.Nauar.ca.23.nu.67. Soto lib.1.q.6. art.5.circa fin.de iust.& iure, in conclus.3.Capy.decis.112.num.2.Tabien.in verbo excommunicatio,5.Casu.2.§.1.Couar.lo.cit.1.pat.§.2.nu.9.quamuis in lib.4.cap.8. nu. 3.var.resol.versic.3.dicat, hęreticos esse ipso iure priuatos beneficiis, & inhabiles ad ea obtinenda, per cap.vt commissi,§.priuandi, de hæret.lib. 6.

AD SEXTVM, Respondetur, tem profectò esse difficilem, tamen omissis quę hinc inde dici possent, dico requiri etiam aliquam declaratoriam, etiam in notoriis; Gom.lo. cit.Bald.in c.ad nostram, il 3.de iureiur.Nauar.c.25.num.118.& c.27.nu.247.& c.23. nu.67.vbi habentur duę rationes: Prima vt omnia ordinatè procedant: Secunda, vt per Scripta appareat conuicta malitia delinquentis: Tertia, propter periculum: qs enim esset, qui sponte sua vellet dimittere beneficia, soluere pœnas, prodere turpitudinem suam, & esse exequutorem pœnarum in se ipsum? & hoc clarè habetur ex Couar. de sponsal.2.par.cap.6.§.octauus, a num. 10.& infra, in ver.tertiò, ꝙ probat ex communi Canonistarum, & Theologorum sententia, imò dicit, valere hoc in cōscientia, Syluest.in ver.emphyteusis, nu.7.§.2.& Capyc.decis.citata. Vincent.de Franc.decis.163. num.2.& hoc facit pro intellectu Extrauagantis, Ambitiosè, de reb.Eccl.non alien.& Bulla Pii V.contra Clericos beneficiatos Sodomitas, cuius meminit Nau.c.27.n.249. affetens declarationem Greg.XIII.viuæ vocis oraculo, dicentis illam obligare, etiam in conscientia, & est Bulla 70 fol.1028.& Leo X.Bul.2.fol.194.& Bulla 5. fol. 92. facit etiam pro dicto, Sacrum Conc.Trid.Sess.21.c.1.de refor.dicentis, non residentes minimè facere fructus suos in conscientia, etiam alia declaratione non secuta, Nauar.lo.ci. facit, quod notat Iser.in vsu feud.Rub.Quo tempore miles.c.fi.nu.3.& an in notoriis requiratur sententia? ibidem, nu.9.vide Bald.in Marg.Innoc.in ver.sententia priuationis, & in versi.sententia diffinitiua, & Innoc.in c.si aduersus, de eo qui mitti.&c. Vide omnino Iason.cum allegatis in l.si quis maior, nu.21.vers.decimoquarto, de transact.hoc tamen fallit, quando a iure est imposita pœna ipso iure, ex aliquo facto, quis tunc non requiritur sententia declaratiua, si Iudex statuit terminum ad se defendendum super facto, & ille se non defendit, Gemin.in c.Ordinarii,§ quòd si fortè, notab. quinto.per illum text. de offic. Ordin. lib. 6. & sic dicit limitari d. c. cum secundum legem.

Dices, quid operantur illa verba: Nulla super hoc alia expectata sententia declaratoria? Respondetur a Doctor.cit.quòd ex hoc maximum oritur malum, ꝙ quando quis condemnatur super facto, & pœna, quam ipso iure incurrerit, prout suprà, condemnatur ad restituendum fructus omnes, non solum perceptos, & consumptos, sed etiam quos percipi potuissent, a die patrati criminis: Diaz in Prac. Crim. Can. c.123.quamuis ibi addatquandam modificationem, Gom.loco cit.num.9.& 10.Boer.decis.98.nu.4.& 5. Fely.in c.de quarta, col.2.in prin.quamuis in minimis, paruisq́.pœnis temporariis, teneri statim in conscientia restituere contrauenientes, velit Nauar.loco cit. Cæteras pęnas non residentium, vide in Bulla Pij IIII.quæ est 115.fol.833.vbi ait, eos facere spolia de omnibus acquisitis per quæcunque beneficia, etiam si testandi habuerunt facultatem, quod est notandum pro concordia spoliorum, hodie facta cum Sede Apostolica; quoniam non residentes inciderent in hanc pœnam, & concordantia facta nō tollit dispositionem dictæ Bullæ; verum animaduertendum est, præfatam Bullam fundari super Decreto Sac.Conc.Triden.Sess.21.Can.1.de reform.vbi conceduntur tres mēses Prelatis, & duo Curatis, & tres Canonicis, Sess.24.c.12.de reform. glo.in c. in pœnis,

nis, de regu. iur. lib. 6. in fi. & facit ista doctrina pro caducitate rei emphyteuticariæ. prout supra, in verb. locatio, §. 3. & Bald. in Marg. Inn. in ver. emphyteusis, q. 2. facit qd notat Nauar. in consi. 3. de Cler. non resid. vbi dicit, quod Canonicus non residēs, non tenetur soluere fructus perceptos in absentia, nisi post latam sententiā, & consi. 10. de hæret. dicit bona hæreticorum non esse confiscanda nisi præcedente declaratoria, etiam in notorijs.

AD SEPTIMVM, vide, & distingue cum Sylua. 3. par. q. 31. per totum, sed notandū, quòd quotiescunque sequitur priuari aliquem beneficio quocunq; modo à Iudice, beneficium illud ille Iudex, vel is, ad quē collatio ipsius pertinet, non potest conferre, nisi elapsis decem diebus, qui conceduntur Reo ad appellandum, Addit. ad decisio. Rotę 2. nu. 63. de Rescript. in nouiss.

Quæritur hic nouiter, an ordinatus, & beneficiatus per Papam, possit priuari, vel deponi ab Episcopo suo? Respondetur ex Capel. Tolos. q. 292. quod sic, quo ad beneficium, sed non quo ad ordinem: Ioan. Andr. ex gl. in c. si alium, .. par. q. 1.

AD OCTAVVM, vide Tiraq. de vtroq; retrac. tit. 1. §. 8. glos. 7. nu. 16. in fine. vbi ex Anchar. concludit affirmatiuè.

AD NONVM, vide eundem Tiraq. vbi suprà, §. 26. gl. 2. num. 9. & quo ad primum, vide Iser. in vsu feud. c. de for. fidelit. §. sed, quia non sufficit, nu. quarto, & Abb. in cap. fin. nu. 10. de donat. & cap. fin. de postul. & Staphil. fol. 134. num. 10.

AD DECIMVM, vide Innoc. in c. cum bonæ, nu. 2. de ęta. & qual. & Abb. in c. grauem, nu. 3. & 5. de pen.

AD VNDECIMVM vide Staph. de litt. grat. fol. 139. à nu. 1. & infrà. & Rebuf. tit. de mod. amis. benef. per totum.

AD DVODECIMVM, vide Abb. in c. ad aures, num. 3. de pęn. vbi dicit quod sic.

PRIMO, hic nouiter quæritur, an perseuerans per annum in excommunicatione, sit ipso iure priuatus beneficio, an veniat priuandus per sententiam, vide breuitatis causa, & distingue cum Additio. ad q. 365. Cap. Tolos. pro practica.

Secundo, An vnus Episcopus possit priuare aliquem beneficio, quòd ille habet in Diœcesi aliena, verbi gratia, Episcopus Neapolitanus priuat per sententiam Seium beneficijs, quæ habet, an si Seius habet bñficiū Beneuenti, sit priuatus illo, & Eps Beneuētanus teneatur habere ratam sententiam Episcopi Neapolitani? Respondetur, quo ad primum, quòd sic; quo ad secundum, quòd potest Episcopus Beneuentanus reuidere sententiam Episcopi Neapolitani, an bene, vel male sit pronunciata, vide plenius Gemi. cum reliquis in c. Ordinarij, ver. sed quando, de offic. ordin. lib. 6. & potest cogere Clericos suos, ut ostendāt Bullas beneficiorum, quæ ipsi obtinent, in alienis Diœcesibus per dic. cap.

Processiones.

SVMMARIVM.

1 *Quæ nam sint processiones solennes.*
2 *Qui venire ad eas cogantur, & quando.*
3 *Controuersiæ de præcedentia, quomodo sopiendæ.*
4 *An Regulares possint facere processiones extra claustra, sine licentia ordinarij.*
5 *Ad quem pertineat ordinare processiones, & quò, & quà ducendæ, siue dirigendæ.*

AD PRIMVM, tres sunt processiones, siue Litaniæ: Prima est Diui Marci dieì: Secunda Rogationum.ca.Rogationes, de consecr.distin.3. Tertia Corporis Christi, Concil. Trid. Sess.13.c.5 & Cano.6. Clem. vnica, de reliq.& venerat.Sanct. Concil. Moguntin.Cano.53. reperiuntur etiam aliquæ certorum processiones locorum, iuxta cuiuscunq. Vrbis, vel Oppidi solennitates, vt Neapoli Sabbato proximiori Kalendis Maij, processio sanguinis Diui Ianuarij Martyris, & Episcopi Beneuẽti: Similiter publicæ processiones dici possũt, quæ fiũt propter bonũ publicum, ꝓtout in vacatione Ecclesiæ Cathedralis pro bono impetrãdo a Deo Pastore, Conc. Trid. Sess. 24. c.1. de reformat. ex quo maius sumitur argumentũ, vacãte Sede Apostolica, tũc enim fieri debẽt publicæ processiones pro obtinendo optimo, à Summa bonitate Pastore Ecclesiæ vniuersalis, propter bonum vniuersale totius Reipublicæ Christianæ, ad quas omnes regulares accedere debent, per c. in toto, & c. plus, de reg. iur. lib.6.& ca. vbicunque, §. fi. de elect. lib.6.& dum Neapoli, quidam Monachi hæsitassent accedere ad processionem, quæ fiebat de mense Ianuarij 1592. vacante Sede Apostolica per obitum Innocentij IX. & postea succedente electione Clementis VIII. moderni Pontificis maximi, fuit conclusum coram multis Prælatis, ac viris doctis, me præsente, ꝙ tenebantur accedere cuius sniæ ego ẽt prius erã, ob rõnem dictã, aliàs potuisset ordinarius eos cõpellere cẽsuris, & pęnis Ecclesiasticis, alijsq. iuris opportunis remedijs, Con. Triden. Sess.25. c.23. de Reg. & dixi in ver. excommunicatio de causa materiali, dub.4.

AD SECVNDVM, Conc. Trid. Sess.25. c.13. §. exempti, ita disponit, exempti aũt oẽs, tam Clerici sæculares, quam Regulares quicunque, ẽt Monachi ad publicas ꝓcessiones vocati, accedere compellantur, ijs tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt, vt sunt Cartusiani, Camaldulenses, & alij sacerdotes seruientes in Ecclesijs Equitum Hierosolymitanorum, ẽt possunt ad hoc compelli ab Ordinario, Declar. Sac. Congr. 360. Ex verbis Conc. oriuntur quatuor dubia; Primum, quænam dicantur publicæ processiones; Secundum, an possint compelli per censuras Ecclesiasticas ab ipso Ordinario, vt accedãt ad processiones omnes Ecclesiastici: Tertiũ, an debeãt vocari, & sit necessaria ipsa vocatio: Quartũ, inter mẽdicantes, ꝙ ꝑcedere dẽant.

AD PRIMVM, vltra dicta in primo §. processiones, quæ fiunt in Iubilæis publicis, & plebibus, in quibus ipsi Regulares habent Monasteria, Declar. Sac. Congr. 31. & denique publicæ processiones dicuntur, ubi adest prælatus, Conc. Prouinc. Neap. c.38. de processio.

AD SECVNDVM, vide in ver. excommunicatio, de causa materiali, §.3. ver.2. vbi respondetur affirmatiuè.

AD TERTIVM, loco cit. Conc. dicit, quod debent vocari, & hoc rationabiliter, primò non solum, vt si ire nollent non excusarent, sed ad hoc, vt sciant horam, qua processio fieri debeat, vel vocari virtualiter, vt quia sciunt diem consuetum, & sic non opus est vocari actu semper. Faciunt ea quæ dicemus in 3.p. in ver. Cõcilium. vbi agemus an sit necessaria vocatio.

AD QVARTVM, Pius V. Bulla sua.69.f.1026. Fratres ordinis Prædicatorũ vult præcedere oẽs Mendicantes, & de ordine pręcedendi in processione, vide multa in Boer. tract. de auctor. m. c. par. Fran. nu. 86. & infrà, vide Abb. in c. nimis praua, nu. 1. de excess. prelat. & hanc Bullam Pij V. Greg. XIII. reuocauit in Bulla (de qua inferiùs) ubi disponit, ꝙ inter Mendicantes præcedant qui sunt in possessione præcedentiæ: si verò de possessione non constet, præcedant, qui prius monasterium habuerunt in loco pręcedentiæ, Canonici verò Regulares, vt digniores, pręcedunt Monachos. Nau. in c. statuimus, 19. q. 3. nu. 5. Bull. Pij IIII. sub datũ Romæ, die 18. Ianuarij, 1564. & hoc non solũ in processionibus, sed in Generalibus, & Synodalibus, seu Prouincialibus Conciliis, omnib. actib. publicis, & priuatis, cum his conditionib. videlicet dimissa

superiori

superiori veste, pallio, seu cappa, in linea veste, & clericali habitu incedentes, &c. facit cap. quorundam, & ibi Glos. in ver. Prædicatorum, & Gemin. ibi, vers. & nota ex ista Glossa, de elect. lib. 6.

AD TERTIVM principale, Sac. Conc. loco cit. dat remedium Ordinario componēdi cōtrouersias, & tumultus incidentes in dictis pcessionib. & Greg. XIII. Bul. sita, 86. fol. 1323. dat modum decidendi dñas Confraternitatū de pcedētia, vt illi qui sunt in quasi possessione pcedāt oī appōne remota, & si hoc non pōt probari, illi, qui primo vsi sūt facis, cessātib. Reclamationib. Appellationib. Subterfugijs, & alijs hmōi.

AD QVARTVM, extra claustra non possunt facere processiones, c. certum est quidē, de Consecr. dist. 1. Ratio est: quia non habent territoriū, & sic vidi practicari in omnibus Ciuitatibus, imò, semel vidi de hoc dubitari, & fuit dictū, q̄ non possint, sine Ordinarij licentia, nisi intra Claustra, & ambitū suorum Monasteriorum, iuxta c. sicut antiquitus, 17. q. 4. facit gl. in c. cōquerenti, in ver. iurisdictionem, de offic. ord. vbi dicit, per c. de persona, 2. q. 7. quod Episcopus est Iudex Ordinarius, tā Monachorum, quam aliorum, & addo ego ex Abb. vbi sup. nu. 4. quod in tātum eximuntur Regulares a Iurisdictione Ordinarii, quatenus eis cōceditur in eorum priuilegiis, c. porro, de priuil. c. cum, & plantare, eodem, sed inspicienda sūt eorū priuilegia, an habeāt cōcessionē, q̄ possint facere processionem extra eorum claustra absq. licentia ordinarii, quod nō credo eos habere, cum passim videatur in processionibus Rosarii, Conceptionis, & huiusmodi Neapoli, & alibi, solum illos facere eas intra Claustra, & ambitū Monasteriorum, prout suprà, vide Conc. Calcedō. Can. 4. facit c. de iis, & ibi glos. in ver. sui Episcopi, 12. dist. & Rodoan. tract. de reb. eccl. nō alien. q. 41. nu. 66. vide gl. in Sum. 10. q. 1. & c. monasteria, cū similibus, 18. q. 2. D. Ant. 3. par. Sum. tit. 10. c. 5. §. 8. Gabriel. in Clem. Dudū, de sepult. Host. in Sum. tit. de offi. ord. §. sūt autē quædam, vbi dicit, subesse Episcopo omnia Monasteria, & Ecclesias nisi speciali exceptionis priuilegio sint munita, & Innoc. in c. cum inter, nu. 2. dicit Litanias, esse vnum de iurib. Episcopalibus: si ergo est vnum de iuribus Episcopalibus, ergo Regulares, sine Episcopi licentia, non possunt eas processionaliter dicere, quia esset vsurpare ius illud, facit, quod not. Card. in Clem. 1. nu. 2. de statu monach. vbi dicit, Monasteria esse territorium Abbatis, non extra, Caputaq. decis. 225. p. 2. facit quod notat Affli. in q. 6. nu. 4. prelud. Constit. Regni, quod valet consequentia, Baro habet territorium, ergo habet iurisdictionem. Vide Gemin. in c. 2. vers. quæro Eps, de Const. lib. 6.

AD QVINTVM, quo ad Primum, pertinet ad Archidiaconum, vt incedant bini ordinatè, deuotè, & honestè, Host in c. officium, de offic. Archid. per illum tex. Boer. in tracta. de aut. ma. cons. parl. Franc. nu. 99. quo ad Secundum, Sac. Cong. Declar. 467. in meis, censuit in hæc verba; Ad Episcopum, cum consilio Capituli, pertinet decernere, & dicere, quò, & quà ducendæ, dirigendæque sint processiones.

Prædicatio:

S V M M A R I V M.

1 *Ad quem pertineat prædicatio.*
2 *Quis prædicare possit.*
3 *De cuius licentia.*
4 *Vbi debeat audiri.*
5 *An peccet mortaliter prædicans in peccato mortali.*
6 *A quibus debeat cauere, & quas instructiones debeat habere.*
7 *Ad quem spectet munus eligendi prædicatorem, & ei tribuere eleemosinam.*

8 *Quando debat prædicari.*
9 *An locorum ordinarij possint examinare prædicatores.*
10 *An prædicare possit is qui est sine ordine sacro.*

AD PRIMVM, fac. Conc. sess. 24. c. 4. de refor. dicit esse munus Episcoporum præcipue, ita D. Pau. 1. Timoth. c. 5. & 2. c. 4.

AD SECVNDVM, videatur Castro lib. 3. c. 2. de iusta hæret. punit. ubi cōcludit, quod ex indifferenti licentia, quæ datur vnicuique concionandi, ortæ sunt multæ hæreses; & ca. 3. duo præcipuè esse necessaria prædicatoribus asserit, bonitatem uitæ, & doctrinam, ideo sanctè Leo X. in Bulla sua, quæ est 15. fol. 205. excommunicat ipso facto ex communicatione Papali, & alijs pœnis, prædicantes sine licentia suorum superiorum, & Conc. Trid. Sess. 5. c. 2. §. si quis, præcipit, nulli dari licentiam prædicandi, nisi a superioribus fuerint examinati, de vita, moribus, & scientia, & approbati, quod cōsiderare possunt Locorum Ordinarij, vt aspiciant approbationes prædicatorum an sint recentes, an veteres, veræ an fictæ.

AD TERTIVM, Sac. Conc. loco cit. disponit, quòd si prædicant in Ecclesijs suorum ordinum, stante licentia, & approbatione suorum superiorum, sufficit se præsentare coram Ordinarijs, & ab eis benedictionem petere, (& præsentare: intellige personaliter,) per glos. in Clementi. Dudum, de sepult. in ver. præsentati: si in Ecclesijs nō suorum ordinum, non sufficit petere benedictionem, sed debent habere licentiā ab ipso ordinario, in sess. verò 24. c. 4. de reforma. disponit, quod nullus, tam sæcularis, q̄ regularis possit prædicare, nec in Ecclesijs suorum ordinum contradicente Episcopo; ergo non sufficit petere, sed obtinere licentiam ab ipsis Ordinarijs, & si facerent oppositum, possent ab Ordinarijs locorum excommunicari, c. excommunicamus, §. qa verò, gl. in c. quod Dei, in ver. priuilegium, de statu mon. Symanch. de Cath. instit. tit. 49. Penza. Com. 40. in cr. 2. 2. p. r. Direct. Inquisit. Cast. loco cit. c. 3. circa finem, potest etiam Ordinarius exigere fidei professionem a Regularibus, quando dat eis licentiā concionandi. Declar. Sac. Congr. 28.

AD QVARTVM, Sac. Conc. loco cit. §. moneat, dicit teneri vnumquēque parochiæ suæ interesse, (vbi commodè fieri potest,) ad audiendum verbum Dei, quod videtur sonare præceptum, vtens verbo, (teneri,) & ita videtur annuere, Nauar. ca. 21. notab. 5. Syluest. in ver. dominica, nu. 8. §. 6. ver. tertium, Angel. in ver. feriæ, nu. 44. sed Cōc. addit moderationem, si id commodè fieri potest. Ideo vidi viros pios, & doctos alibi audire verbum Dei, non in parochia, quia fortasse ei plus satisfacit unus, quam alter concionator: & Sac. Congr. Declar. 6. disponit, non posse Ordinarium multis, & pœnis cogere ire ad audiendum sacram concionem, & Missam in ecclesia parochiali.

AD QVINTVM, quicquid dicat Nauar. c. 25. nu. 141. tamen quod non peccat mortaliter. Soto 4. Sent. dist. 1. q 5. ar. 6. Caiet. in Sum. in ver. prædicatorum peccata, tū tunc esset vera sententia Nauar. & Caiet. quando peccatum esset publicum, seu notoriū.

AD SEXTVM, primò debet cauere, nè publicè, & incautè reprehendat, vel mordeat Episcopos, Sub pœna imposita à Leone X. Bulla superius citata. Secundò, non erit inutile, habere libellum instructionum concionatorum, confectum iussu Illustrissimi, & Reuerēdissimi Caroli Boromei Archiepiscopi Mediolanensis, & habetur in actis eiusdem Ecclesiæ; Similiter, & Rhetoricam Reuerendi Patris Aloysij Granatensis, & alia huius farinæ; vide Bul. Pij V. quæ est 119. vbi prohibetur disputari in prædicationibus de Conceptione beatæ Virginis.

AD SEPTIMVM, Sac. Congreg. Declar. 122. disponit, quod munus eligendi prædicatorem Episcopo incumbit, & declar. 383. dicit idem, nisi in contrarium sit consuetudo, ab immemorabili tempore citrà, & Decla. 286. dicit: Episcopus debet sumptibus proprijs conducere in Ecclesia Cathedrali prędicatorem, non obstantibus quibuscunque

huiscunque consuetudinibus, etiã immemorabilibus; & Declar. 253. dicit, quod Episcopus, vel debet per seipsum prædicare, vel sumptibus proprijs alium conducere, qui id munus exequatur: & Declar. 166. censuit, quòd vbi viget cõsuetudo, quòd populus soluat concionatorẽm illã debet obseruari; & Declar. 232. disponit, quod dum est dubium, quorum sumptu sit conducendus concionator pro quadragesima, debet Episcopus interdum proprio sumptu conducere illum.

AD OCTAVVM, Non de nocte, sed mane in aurora si agitur de prædicatione Passionis Domini nostri, Conc. Prouinc. Beneuent. c. de repræsent. toll. & Conc. Prouinc. Neap. c. 5. de prædicat. ver. Dei, vbi agitur ẽt de alijs prædicationibus, & Conc. Prouinc. Cusen. Sess. 1. c. de præd. ver. Dei, §. pen. nisi aliud Epõ magis expedire videat.

AD NONVM, respondetur quod sic, prout elicitur ex bulla Leonis X. quæ est 15. & ita vidi practicari Romæ, Neapoli, & Beneuenti.

AD DECIMVM, respondetur quod sic: Nau. cons. 7. de iudice deleg. mõ hoc faciat ex commissione superioris, imò etiam laicus, ca. mulier, 23. dist.

Prærogatiua, seu graduatio.

PRimo, prærogatiua, seu graduatio satis est in cõsideratione apud Romanã Curiã, circa collationẽ beneficiorum ibi vacantiũ, quæ licet ante Cõci. Trid. erat in frequentiori vsu, propter expectatiuas, & mandata de prouidendo, tamen hodie etiam sibi locum vendicat circa concurrentiam ad vacantias beneficiorum in Vrbe, vt hac in praxi de ea aliqua habeatur notitia, licet remissiuè; Dico, ꝙ de prærogatiua, vel graduatione, tàm graduatiõ literatum, siue scientiarum, artium, & facultatum, familiaritatum, & nobilitatum, & quomodo practicetur, videndus est Staph. de litt. grat. a fol. 11. vsque ad folium 158. & Gom. de eodem tract. quia facilius Papa concedit beneficia Doctoribus cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. Caputaq. decis. 177. 1. par.

Secundo, prærogatiuæ honoris, quot sint, vide Gemin. in cap. 1. ver. quæro quæ, de offic. leg. lib. 6. vbi ex Hostiense enumerat vndecim. Prima, prælationis: Secunda, dignitatis; Tertia, temporis: Quarta, antiquitatis; Quinta, consecrationis; Sexta, manus excellentis impositio; Septima, maioris ordinis; Octaua, recognitionis feudi, vbi Laicus tenetur clerico, & è contra; Nona, magisterij siue instructiones: Decima, honestatis, siue sanctitatis: Vndecima, honoris, vt Legati, & Cardinales: ista deseruiunt pro & quando in iure, vel in Bullis fit mentio de honore prælationis pro practica.

Professio.

PRIMO, quando in Regularibus obliget professio, & num omnis professio? Rñdet præpositis, quæ dicta sunt superius in versi. Moniales, §. 2. quod professio solennis obligat regularem ad oĩa onera Religionis, cuius professionẽ emiserit, patet iurib. vulgatis, & Syluest. in ver. Religio, 3. per totũ. Secundò, ꝙ obligat ad obseruantiã, ca. 19. Sess. 25. Sac. Conc. Trid. de reform. Regul. aliud quod quinquenniũ illud, de quo ibi, non possit prorogari, & obligat etiam eos, qui exierunt ante confirmationẽ Concilij a Religionibus, ita Sac. Congr. Declar. 410. §. non dentur. Sed hoc quinquenniũ non currit legitimè impedito, quin possit ẽt, eo elapso, recla mare. Nau. loco cit. vers. 2. & 3. Tertiò, ꝙ professio tacita ẽt obligat ad obseruantiam illius cap. ita in facto respõsum fuit ab ead. Sac. Congr. in quadam causa, dum essem Romæ, de Mense Maij, 1589. Nau. in c. nullum, num. 77. 17. q. 2. & in c. statuimus, notab. 20. nu. 75. ver. 2. & cõl. 35. de reg. & si exeunt, & deponũt habitũ, sunt apostatæ, & subiacẽt cẽsuris. Nau. de reg. cõ. 2. 27. nu. 18. ver. 26. Quartò, ꝙ regulares, q sunt eiusdẽ ordinis, q req rat ꝓfessionẽ, si tacitã professionẽ emiserint, licet palam, & expresse id factũ non fuerit, tñ cogẽdi sũt, ut profiteantur expressè, ita ead. Sac. Congr. Declarat. 250. Quintò, quando quis dicatur solẽniter, seu expressè, vel tacitè professus: vide Couar. cap. 2. de test. in princ. gl.

in

in Clem fi.in ver.deinceps,de Regular.Syluest. in ver.Religio, 5.per totū. & §.19. melius,& abundātius,vide Nau.in d.c.statuimus,nu. 73.vbi explicat, quot modis quis efficiatur tacitè ꝓfessus, & q̄ māserunt in Religione,ꝑ quinquenniū,oīno non audiātur,ita Sac. Congr. Declar.376.in meis.Sextò, quod illa tria requisita à Sacra Conc.Nempè,vt infra quinquennium non dimittat habitum,& causas,quas preteꝛ derit ducat coram superiori suo,& Ordinario,sunt essentialia,quorum si vnū deficiat,ille subest pęnis illius c.Rō est:quia ibi datur forma,quæ non pōt mutari, nec sufficit illam adimplere ꝑ æquipollēs,sed dēt ad vnguē obseruari, Gom.in c.1. num. 183.de Cōsti.li.6.& tract.de breui nu.28.facit c.1.de his, q̄ vi metu fue cā fi. & q̄ ꝗ solēnitas dat̄ pro forma,ēt si esset leuis,eius omissio vitiat actū,Fel.in c.qm̄ frequenter,col.3.& 4 vsq; ad mediū,vt lite nō cōtest.Boer. dec.1.a num.40.vsq; ad 54. Septimò,nec obstat,c.porrectū,& ibi gl.in ver. ꝓfessio,de Reg.& ibi Abb.col.2.& Boer. d.dec.nu.14.q̄ ibi loq̄tur qn̄ aliq̄s emiserit ꝓfessionē,n̄ seruata forma Religionis, secus verò qn̄ nō seruat̄ forma Cōciliaris,vel quia ibi interuenerit votū ꝑcedēs, rōne cuius ille cōpulsus fuit regularē vitā accipere. Octauò, professio facta nō seruata forma tradita ꝑ Regulā Religionis ligat in foro consciæ,Abb.Boer. tex.& gl.locis citatis:faciūt,q̄ notat Vinc.de Frāc.dec 14.nu.10.vers.quò ad primū intellige, mō sit seruata forma Cōciliaris,q̄ est ḡnalis,Abb.in c.q̄a in insulis,nu.4.de Reg.vide Dyn.in c.1.nu.52.de reg.iuris,lib.6.Nonò,qn̄ ꝓfessio,qua forma dēat fieri,vide Capy.dec. 115.num.vlt.& vidi obseruari sub hac forma: Ego soror,vel frater N.voueo, ꝓfiteor, & promitto Deo,Beatæ Virg.beato N.& cībus Sāctis,& tibi Reuerēdis.D.Ēpo N. castitatē,paupertatē,& obedientiā,in Monialib.ad clausurā,& obseruare oīa,q̄ continent̄ in Regula beati pr̄is mei N.& in trāsgressionib.meis circa oīa, & singula contēta ī dicta Regula pnīam mihi impositā humiliter,quātū humana fragilitas ꝑmittit, implere;q̄uis posset fieri sub alijs verbis,q̄a nō est statuta certa forma verborū, gl.in Clem.fin.initio,de reg.circa hoc Syluest.loco ci.& in ver.ꝓfessio,§.18.vers.5.sed nota,q̄d nō est necesse exprimere sigillatim paupertatē,castitatē,& obediētiā, posset.n. dicere voueo obediētiā scd̄m Regulā approbatā,nā sub hoc includūtur cętera essentialia,Inn.in c.cōsuluit,de Regu.Nau.tract.de Regul com.1.ver.27.nu.18.ver.vigesimū quartū,aliā formā hēs in Speculatore,tit.de Regul q̄ refert Nau.in d. c. statuimus,nu.29.ver. ꝓ cōtraria.Decimò ꝓfessio dēt fieri statim elapso anno ꝓbationis, ca.Gonsaldus,17.quæst.2.& cap.beneficium,de regul.libro 6.intellige si attigerit ętatem requisitam à Sac.Conc.loco citato,cap.15.& dixi in ver.Moniales,§.1.& 2. Vndecimò, potest fieri etiam post lapsum vnius anni, & plus temporis, quia Concilium, loco citato,requirit,ut non minus, sed non ut plus idest vltra annum. Duodecimò, professio tacita incipit in vltimo instanti anni probationis,nisi aliud obstet, Syluestr.loco citato,§. 19.vbi fortassis adest habitus distinctus, nisi præcedat protestatio in contrarium,Abba.in capitulo, vt clerici, numero 3. de Regul.. & in capitulo ad nostram,nume. 4. & 5 eod. Decimotertiò, debent locorum ordinarij, (si commodè fieri potest,) animaduertere, vt statim elapso anno, monialis emittat hanc professionem. Ratio est : quia magis meriti illa habebit in actionibus regularibus post professionem, quam ante, meritorium enim magis est , facere aliquid ex voto,quam sine illo, Diuus Anselmus libro de similitud. Diuus Thom.secunda secundæ,quæstio.88.articu.6.gloss. in Clementina 1. de reliq.& venerat.Sanct & ibi Abba.numero 10. 11.& 12. & Syluestr.in versi.votum, primo, §. vltimo,Nau.cap.12. nume.32. Notab.4.Soto.4.Sent.distinct.19. quæstio. 1. artic. 1.colum.vlti.nam vidi nonnullos ordinarios,permittentes Moniales,inueterare in Monasterijs, non solum absque consecratione, sed etiam absque professione, quod est malum factum. Decimoquartò, professio facta per metum, quid operetur: vide Abbatē in capitulo 1. numero 1. de Regul. Decimoquintò Religiosus

gioſus,tranſmiſſus de vno Monaſterio ad aliud non tenetur facere nouam profeſſionem,ſi iā ante eam fecerat in primo Monaſterio, qñ non ſunt diuerſæ Regulæ, quia profitendo vnā,oēs vñr profiteri, quo ad ſubſtantiam Regulæ Abb.in c. Abbate ſancti Syluani de verb.ſignif.Rebuf.tit. de translat.monach.nu.1.& 2.hoc tñ ego temperarem ſolum habere locum in illa Regula, in qua fiunt tantummodo tria vota eſſentialia,ſed ſi tranſierit ad aliam,vbi plura ſolent emitti vota,tunc opus eſſet emitti illa,quæ ſunt peculiaria illius regulæ,vt in regula Diui Franciſci de Paula, votū, non comedendi carnes,nec lacticinia:in Certuſinis,vouere Clauſuram,nam comedere carnes,& non exire clauſuram,ſunt eſſentialia iſtarum Regularum. Decimoſextò,an metus,& alia,de quibus fac.Conc. Tri.lo.cit. habebant locum etiam poſt quinquennium,ſi durat metus,vel impotentia reclamadi? Reſpondetur, quod ſic,p reſtitutionem in integrum.Nau.ca.Nullam nu.76.ver.2.Decimoſeptimò,a quo die incipit quinquennium ſtatutum per Sac. Conc. reſpondetur, quod in profeſſis expreſſis incipit à die illo,in quo fit dicta profeſſio expreſſa, in profeſſis verò tacitè à die,in quo fit actus qui eſt proprius profeſſis,in vno finitur annus geſtationis habitus,per cuius lapſum prætenditur facta profeſſio;Nauar.in d.c. ſtatuimus, nu. 76.

Decimooctauo, an in profeſſione expreſſa requiratur ſcriptura.gloſ.in cap. nullus religioſus,in ver expreſſè,& Gemin.& Franc.dicunt, qđ non eſt de eſſentia profeſſionis,ſed ad hoc ut poſſit probari;pro,& contra,& ſic ei teſtes coram quib. fieri debet profeſſio,glo.in c.rurſus,in uerſ.apud Deum,qui Cler.vel Mona.

Precium.

NE quis exiſtimaret,praxim hanc ſolum forum exterius reſpicere,nedum internū, prout multis in locis huius operis licet videre,precia quoque rerum non conſiſtere punctualiter,ſeu indiuiſibiliter: verum ſuam habere latitudinem, hic volui admonere,vna enim res poteſt valere nonaginta quinque pro precio infimo, centum pro mediocri,& centum,& quinque pro rigido:Ariſtot.2.Etich.c 6.D.Th.2.2.q.77. ar.1 ad primū argum.in fine:Couar.li.2.c.3.nu.1.var.reſol.Nauar c. 23.nu.79.& ſic poteſt intelligi l.in cauſæ.§.idem Pomponius.ff.de minor.& c.cum cauſa, de empt. & vend.& quod dixi ſuperius in ver.emptio.§.2.& hoc pro dicendis nonnullis caſibus,vel contractib qui vſurarij apparere poſſent,qui ue ſecus, Reuerendiſsimis platis poterit deſeruire,prout c.In Ciuitate,de vſur.& Nauar.c.17.nu.206. Couar. lo. cit.num.6.& 7.Et pro cuitanda fraude,(quantiplurimi) quod ſatis pernicioſum eſt conſcientijs timoratis,nam precium ſemel conſtitutum præfixum,ſeu electum,amplius variari nequit,Couar.lib.2.c.3.nu. 7.var.reſol.

Prælatus.

PRIMO,prælati largo modo dicuntur etiam Rectores Eccleſiarum parochialiū,ſed ſtricto modo ſolum qui habent iuriſdictionem fori contentioſi, Abba. in c.ne pro dilatione,nu.3.de pœnit.& remiſſ.& in c.de multa,num.61.de præb. prælati communi vſu loquendi,ſolum vocantur Epi,& eorum ſuperiores.& præfecti Eccleſiarum Collegiatarum Secularium, vel Regularium, Nau.conſ.6.de filijs presby.Et appellatione prælatorum veniunt gradus ſuperiorū Religioſorū, vt priores, Guardiani,magiſtri,ſcđm φ diuerſa ſunt noīa taliū platorū,q Religioſis pſunt Gloſ.in c. nullus religioſus,in ver.prælaturam,de elect.lib.6.

Scđò,qñ tenetur ad debita,& ad alia onera ſui prædeceſſoris,& ad fructus male perceptos itidē,vidē Boer.dec 204.nu.48.& infra,vide Abb.in c.1.de ſolur.

Tertiò,an poſſit excōicare aliquē a ſe conuentū,qui declinaret ſuam iuriſdōnem, dicens non ſum de iuriſdōne tua,vel non debeo tibi hæc iura, q̄ tu a me petis, & ſuper his oſtendit inſtrumenta? reſpondetur negatiuè, ſed cauſa agitabitur coram ſuperiore,

superiore, scilicet Archiepiscopo, si ille esset Suffraganeus, vel coram Summo Pontifice, si esset Archiepiscopus: si vero non ostenderit, & quod petitur a Prælato, est notorium, potest tunc illum excommunicare: Capyc. decis. 124. nu. 2. c. dilecto, de sent en. excom. lib. 6. vide Innoc. in c. ex parte, nu. 3. de verb. signif.

Quartò, prælatus successor an possit reuocare contractum à suo prędecessore? vide Vincen. de Fran. dec. 163. nu. 8. & 14. & circa feudum concessum à prædecessore ante traditam possessionem, vide Isern. in c. Si dominus, qui inuestiuit, & c. Si quis, in ver. fuerit. nu. 2. Rubr. qui succes. teneantur, & c. si vero Archiepiscopus, nu. 2. eadē Rub. vide Dyn. in Reg. Is qui, num. 5. & ibi add. in litera E. de reg. iur. lib. 6.

Quintò, Prælatus successor potest petere fructus male consumptos per prælatum prædecessorem. Vinc. de Fran. decis. 107. nu. 13.

Sextò, Prælatus an possit conferre beneficia ad suam collationem spectantia, vel præsentare ad ius patronatus, & sic etiam patronus laicus antea quam accipiat possessionem: vide, & distingue cum Rebuf. prac. benef. tit. de sym. in resignatione, num. 25. & infra, & Roc. de Curte, tract de iure patro. in ver. ipse, vel 15. q. 2.

Septimò, Prælatus quando possit infeudare, vide Iser. in c. Epis. vel Abbatis.

Octauò, Prælato mortuo, custodia eorū ptinet ad Capitulū: In. i c. 1. vt ecclesi. benef. n. 6.

Nonò, q̄ dfia sit inter contractū factū à Prælato, & à Capitulo, circa obligationem successorū: vide eund. Inn. in c. nisi essent, de præb. Conar. li. 2. c. 15. nu. 6. ver. 5. var. resol.

Decimò, Prælatus an possit delegare alteri causam sanguinis, vel ipse esse delegatus Principis in dicta causa: vide in c. Archiepiscopatu, de rapt. & c. fi. ne cler. vel mon. lib. 6. & Couar. in Clem. Si furiosus, 2. par. §. fi. in fine.

Vndecimò, Prælatus non potest prędiudicare Ecclesiæ tam in acquisitis, quam in acquirendis, Caputaq. decis. 359. par. 2.

Duodecimò, Prælato Ecclesię collegiatæ nullo iure præscriptum est certum tempus, intra quod teneatur ordinari, & monitus, tenetur proximis temporibus promoueri, Nauar. cōs. 5. nu. 1. de æta. & qual. nisi hēat curā Aiatum. c. licet Can. de cler. lib. 6.

Præscriptio.

PRIMO, delicta præscribuntur spatio viginti annorum, & sic tollitur accusatio, & officium Iudicis de iure ciuili, Boer. dec. 26. & Diaz. loco cit. c. 139. & gl. in c. admonere, in ver. pnia, 33. q. 2. Foller. prac. crim. 1. p. de foriudicat, fol. 102. nu. 53. tamē de Iure Canoni. sūt quædā delicta, q̄ nullius curriculo tpis pscribūtur, patet locis citat.

Secundò, contra Ecclesiā, contra quam spatio quadraginta annorū præscribitur, incipit currere præscriptio, nō a die, seu tpe successoris, sed subducitur tps, quo vixit Prælatus, qui male alienauit, c. si sacerdos. 16. q. 3. Gui. Pa. q. 150. Idem in hospitalibus, quia eorum bona gaudent priuilegio quadragesimæ pscriptionis, Panor. in c. accedentib. in 2. notab. de priuileg. & in c. 1. de restit. in integr. vbi hoc extendit ad omnia loca pia. Balbus tract. de præscript. 1. p. 5. p. princ. f. 226. num. 6.

Tertiò, in præscriptione requiruntur quatuor, tempus, bona fides, iustus titulus, & perseuerantia in bona fide sp. Adde quintum, & possessio, s pacifica Gemi. in c. 1. notab. vlt. de præscrip. lib. 6. patet per Doct. in c. vigilanti, & c. fin. de præs. Couar. lib. 1. c. 17. nu. 8. ver. 10. var. resol. Soto li. 4. q. 5. arr. 4. de iust. & iure, Hinc fit, qđ si aliquis bona fide possederit aliquē fundū spatio decē annor. inter præsentes, viginti, seu triginta, inter absentes, & quadraginta in Ecclesiasticis. vel Centum in Romana Ecclesia, & trāsacto hoc tpe, incipit hēre malā fidē, non teneri ad restituendū, glos. in c. vigilanti, in ver. nouerit, & in c. fi in ver. nulla tpis, de præscr. gl. in c. placuit, §. pōt, in ver. initio, 16. q. 3. Soto, lo. ci. art. vlt. Syluest. in ver. vsura, 6. §. 4. Gom. q. 21. & 42. in fine de triē. possess. Ratio est, quia sufficit habere bonam fidem in principio, medio, & fine temporis, Abb. in dicto c. fin. & Diuus Thom. in Quolibeto 12. arti. 25. per hęc

Caputaq

Caputaq. decis. 360.p.2.concludit, quod poſsidens rem alienam, etiam bona fide, illud ſciens ante perfectam præſcriptionem, non præſcribit, ſecus ſi poſt, prout hic, & per conſequens habens malam fidem, non præſcribit etiam per quadraginta annos, & vltra de iure Canonico, cui ſtãdũ eſt in hoc. Bald. lo.cit.3.p.6.p.principalis, q.2. Caputaq: decis. 362. hoc tamen fallit in beneficialibus, quia quandocunque quis habuerit iniuſtæ poſſeſsionis notitiã, tenetur reſtituere beneficium: Ita Sylua.tract.de benef. 3. p.q. 21.nu.6.circa finem ſecus in præſcriptione iuris patronatus, Inno.in c.cura paſtoralis, circa finẽ, de iure patron. & dixi in uer.ius patron. §.2.uer.8.hinc etiam fit, malã fidem auctoris nocere ſucceſſoribus, intellige de ſucceſſorib. vniuerſalibus, non particularib. Gui.Papa q.416.n.10.ubi multa habes de materia præſcriptionis, hinc et fit, quod ſi quædam debetur humanitatis, uel urbanitatis cauſa, non præſcribitur ullo tẽporis ſpatio, quia deficit titulus, c.ſi Epiſcopus, 16.q.3.ut ſi presbyteri erant ſoliti donare ſingulis annis Epiſcopo ſingulas gallinas, non poteſt Epiſcopus ſucceſſor, uel illi ſi deſtiterint illas portare, compellere, ita Io.Medina, c.de reſtit.q.16.Sylueſt.in uer.præſcriptio 1.§.2.& idem in vaſallis, qui urbanitatis cauſa munuſcula domino obtulerunt per aliquot annos, illa urbanitas non debet tranſire in conſuetudinem, & gratia in ius debitum, Soto lib.1.q.7.ar.2.de iuſt.& iure, Hyppol.Sing.192.Doct.in c.peruenerit, de cẽſ. & Sylue.in uer.ſepultura, §.2.iuxta finem, Gl.in d.c.peruenerit, in uer.cenſus. Innoc. in c.ſi diligenti, nu.5.hoc tit.quod dixi de titulo, & bona fide, uide, & diſtingue prout in c.1.de præſcrip.lib.6.& Dyn.in c.2.a nu.25.de reg. iur. eodẽ lib.6. Rõ aſsignatur à Gemin.in c.1.uer.pono, quod ubi, de præſcrip.lib.6.ſed uide in 2.p.in uer.conſuetudo, §.3.ubi aliter ſentitur, & reſpondetur ad hoc.

Quartò, præſcriptio centum annorum quomodo probetur, vide Capyc.dec.19. Abb.& Felin.in c.cum nobis.col.4.poſt principium, ver.vlterius, de præſcript.& Fel.in ca. veniens, il 2.de teſtam.& Addit ad Dyn.in c.2.in ver.tituli, de reg. iur.lib. 6. vbi habes pulchram practicam. Vide Gemin.in c.1.uerſ.ſed quærit, de præſcr.lib.6.

Quintò, Præſcriptio an interrumpatur ſola citatione, vel inualida, vide Tiraq. de vtroq. tract.tit.1.§.1.gl.10.nu.82.& 83.& §.8.gl.2.nu.3.ſed non ſola contradictione, Abb. in c.ſi de terra.nu.7.de priuil.

Sextò, contra Ciuitatem non præſcribitur, niſi ſpatio centum annorũ, Bar. in l. fin.C.de ſacroſan.Eccl.Nouel.de iure prothom.in princ.Conſt.num.201.ita etiam contra fiſcũ Iſer.in c de prohibit.feu.alien.nu.51.

Septimò, Præſcribitur Cenſus, ſiue Canon, adeo, quod non ſoluens per quadraginta annos, tutus eſt a ſolutione, Gram.deciſ.100.num.21.Rodoan.tractat.de reb. Eccle.non alien.q.79.n.26.& qui non ſoluit hoc ſpatio liberatur a penſione ſoluenda; Bal.in l.cõpetit, de præſcript.30.uel 40.annor.

Octauò Præſcriptio an currat in feudalibus, vide Iſern.de vſu feud. Rubr. de c. Corradi, §.præterea, num.6.& Rubr.de inueſtitura, de re alie.fact.nu.8.

Nonò, an præſcriptio habeat locum, vbi contractus fuit nullus, uide eund. loco citato.

Decimò, ſtatuta, decimæ, & priuilegia, quomodo præſcribantur ſpatio quadraginta annorum, vide tex.Go.& Abb.ibi, in c.accedentibus, de præſcrip.

Vndecimò, maioris uirtutis eſt immemoriabilis præſcriptio, quàm centenaria, c.1.& ibi gl.hoc tit.lib.6.Nau.in c.ſi fœneraueris, 14.q.3.nu.97.

Duodecimò, præſcriptio non datur in rebus, quæ alienari prohibentur, prout in rebus Eccleſiæ alienatis, uel dotalibus, Dyn.in c.cum quid, num.4.& in c.quæ contra, num. 2.de reg.iur.lib.6.& clare tex in c.2.de reb.eccle.non alie.eod.lib.

Decimotertiò, in hac materia præſcriptionis cui iuri ſtandum eſt, Canonico, an ciuili, & prælatus utramque habens iuriſdictionem, quo iure iudicare debet, vide gloſſ in capitulo fina.in verſiculo, quam ciuilis, de præſcript. & addit.ad Din. in verbo. præſcribit, de reg.iur.lib.6.

Deci-

Decimoquartò, quæ res non possunt præscribi, in quibus casibus non currit præscriptio, quæ personæ non possint præscribere, & cōtra quas personas nō currat pscriptio, vide gl. in c. cum nō liceat, in ver. obstāte, de præscr. & Speculator in tit. de præscrip. & Abb. in cons. 94. in 1. uol. & quanto tpe præscribantur mobilia, & immobilia Ecclesiæ Romanæ, & aliarum Ecclesiarum, uide, (licet remissiuè, ex quo poteris videre ample in alijs Doctor. ibi citatis, addit ad Dyn. in c. 2. in ver. Ecclesiarum, de reg. iur. lib. 6. vide locupletius Franc. Bal. tract. de præscript. 1. p. 6. & ult. par. fol. 484. vbi enumerat 28. casus, in quibus non currit præscriptio.

Decimoquintò, testes, ut probent immemorabile, debent ad minus esse ætatis quinquagintaquatuor annor. vt de uisu quadraginta. Paris. cons. 204. num. 121. lib. 1. per gl. in c. 1. de præsc. lib. 6. Caput aq. dec. 71. par. 2.

Decimosextò, an si quis lapsu centum annorum, vel plus inuenerit instrumentum, quo cautum erat solui certam quantitatem alicui ecclesiæ, teneatur illud in conscientia reuelare? respondet Nau. quòd sic, cons. 16. de reb. eccl. nō alie. nec uidetur obstare præscriptio in hoc, quia datur restitutio in integr. ignoranti, & præsertim Ecclesiæ contra præscriptionem. Felin. in c. vigilanti, num. 1. & infra, de præscript.

Decimoseptimò, quomodo probetur consuetudo, siue præscriptio, circa furnos, & macella, de quibus in uers. Barones, §. 4. respondetur ex Affic. in Constit. magistris, & procuratorib. notab. 2. quòd si subditi conati sūt illud facere, & prohibiti acquieuerunt illi prohibitioni, idem ibi c. 1. num. 2.

Decimoctauò, in præscrip. bonus, vel malus titulus pdecessoris pōt, pdesse, vel obesse successori, sed bona, uel mala fides prædecessoris, nō pōt prodesse, vel obesse successoris, Gem. in c. 1. uers. vlterius quærit, de præs. lib. 6. Rō est, qa successor credere dēt suū prædecessorem, bonam fidem habuisse, cap. sancimus, 1. q. 7.

Pollutio Ecclesiæ.

PRIMO fit Homicidio. Scdò, Sanguinis effusione. Tertiò, Seminis effusione. Quartò, quando in ea sepelitur excōicatus, Abb. in c. consuluisti, nu. 1. de cons. Eccl. vel Alta. Quintò, quando consecratur ab Episcopo excommunicato. Sextò, quando parietes reparantur ex vetustate collapsi. Septimò, quando in ea sepelitur aliquis infidelis, Syluest. in uer. consecratio, Nauar c. 27. nu. 251.

Secundò, de primo, secundo, & tertio, est notandum ex Doct. in cap. vlt. de cons. Eccles. vel Alta. lib. 6. quod ad hoc, vt Ecclesia dicatur polluta, quinq; necessaria sunt, quorum uno deficiente, non dicitur polluta, nec consequenter indiget reconsecratione, vel recōciliatione, siue benedictione. Primo, ut homicidiū, sanguinis, vel seminis effusio sit publica, non enim sufficit, vt sciatur a duob. vel trib. Abb. in c. significasti, nu. 2. de adult. & stup. Scdò, vt sit licita: Tertiò, ut sit magna effusio sanguinis. Quartò, vt fiat intra ecclesiam. Quintò, ut sit uoluntaria, ex quo deducitur, quod si homicidiū sit cautatū, vim vi repellendo non est polluta Ecclesia, Soto 4. Sent. distinct. 13. q. 2. art. 3. Victor. in Sū. Sacram. q. 99. Syluestin. ver. consecratio, §. 5. Nauar. c. 27. nu. 251. Secundò, quod effusio sanguinis Clericorum, altercantium in Ecclesia ex naribus, vel ex ore, non causat pollutionem Ecclesiæ, Sylua. tract. de benef. 1. p. q. 5. nu. 128. gl. in d. c. Panor. in c. proposuisti, nu. 3. de cons. Eccl. uel Alta.

Tertiò, vnum notato, quod quando Ecclesia solum est benedicta, succedente pollutione, non opus est reconciliatione Episcopi, sed sufficit sacerdotalis benedictio, cum aqua à se benedicta: quando vero est consecrata opus est Episcopali reconciliatione, & quando est consecrata, solet apparere ex crucibus rubeis, pictis ad parietes Ecclesiæ Abb. in cap. fin. nume. 1. de consecra. Eccle. vel Altar. Syluest. in uer. consecratio, §. 8. Tutrect in d. c. cum gl. ult. & quod dictum est de Ecclesia bñdicta, uel consecrata. idem dicen

dum

dum est de cœmeterio si polluatur, Nau. cons. 1. num. 4. de consecrat. Eccle. vel Alta.

Quintò notato, quod succedente pollutione impediuntur diuina officia, sed non lectio Sacræ scripturæ, vel pdicatio verbi Dei, c. miso, de sent. exc. Nau. c. 27. nu. 176. notab. 2.

Quintò notato, quod si aliquid horum, quibus polluitur Ecclesia interuenerit hodie, & ignoratur, & post octo dies venerit ad notitiam, si interim ibi fuerit celebratum, non opus est reconciliatione, quia vnica sola celebratione dicitur Ecclesia reconciliata, Alphon. de Castro lib. 2. cap. vlt. in fine, de leg. pœn.

Sextò, Ecclesia polluta cuius expensis est reconcilianda? vide Panor. in ca. proposuisti, in vltim., de cons. Eccl. vel Alta.

Hæc sufficiunt pro praxi quotidiana, cætera, vide in Doctor.

Septimò, si quis percusserit aliquem in Ecclesia, uel quouis simili, causando tumorem, qui postea opus sit, ut apetiatur ferro, dicitur, quod Ecclesia sit polluta, quia percussio fuit iniuriosa. Afflictus in consilt. Si quis aliquem, Rubr. 12. num. 3. ver. secundo quæro; Ratio est; quia nó est de essentia pollutionis Ecclesiæ, vt sanguis exeat, sufficit enim quod percussio sit iniuriosa, & quòd sanguis postea exeat in quátitate, secus verò, si qs uerberaret aliquem in Ecclesia causádo liuorem, quia tunc non est polluta Ecclesia.

Processus.

PRIMO, quomodo sit formandus processus, uideto in practichistis, text. & Doct. in c. quoniam contra, de probat. & ca. qualiter, & quando vterque, de accusat.

Secundò, exhibita, seu relata iudici pro animi informatione, non dicuntur de actis causæ, non debet de his copia dari aduersario petenti, Guid. Papa q. 241. & sequen. sed Addit. ibi dicit, q̄ si vult, potest dare dictam copiam.

Tertiò, quando aliquis Clericus postit, debet puniri processu Camerario, & familiari disciplina corrigi, ad hoc ne succedat infamia, & aliquibus iustis de causis, & ne oriatur aliquod scandalum? vide Diaz. Prac. Crim. Can. cap. 79.

Quartò, quomodo procedatur contra absentem accusatum de graui crimine de iure Canonico, uide pro optima practica quotidiana, Guid. Pap. q. 429. número 3.

Quintò, processus factus à Iudice Laico contra Clericum, non est sufficiens, ut Iudex Ecclesiasticus condemnet clericū solum cū illius informatione, ratio est, quia fuit factus a iudice non competenti, sed opus est nouo processu, uel testiū repetitione, Clar. q. 36. uer. ult. quæro, in fine quæstionis, sed ego puto, quod ille Iudex Laicus esset excommunicatus per Bullam Cœnæ Domini in claus. contra capientes, seu processantes, & sententiantes personas ecclesiasticas, nisi hoc fecerit incidenter. Nauar. c. 27. num. 70.

Probatio.

PRIMO, in factis antiquis etiam scriptura priuata probat. Butr. in c. 2. de fide instrum. saltem quo ad semiplenam probationem. Ias. in l. cum aliquis, col. 3. C. de iure delib. & factum antiquum potest dici in materia centum annorum, Capy. decis. 86. num 4. sed nota pro his quæ dixi, in uer. ius patronatus, §. 2.

Secundò Abbas, seu rector Ecclesiæ, Capellæ uel Altaris, si agit contra debitorem Ecclesiæ suæ, debet probare, & ostendere titulum, si debitor excipit de titulo, Compostella. in c. nihil. de elect. Capyt. in decis. 6. num. 1. & 2. sed an sufficiat probare possessionē, & quid si possessio est recens, uideto eundem, ibidem, nu. 4. & 5.

Procurator.

PRIMO, procurator in criminalibus non admittitur, ca. veniens, de accusat. & ibi gl. in uer. criminali, Paris de Puteo, de Synd. in d. verbo procurator, Gerar. in Syn. 47. Felin. & Soc. in tract. fall. Reg. 322.

Secundò, ualent acta per procuratorem facta in criminalibus, quousque excipiatur

per

per partem aduersam, vel quousq; nō repellatur à iudicio, Glos. in c. 1. in ver. criminalis, de iudic. li. 6. & ibi Gomes. nu. 75. & deci. Rot. 10. & ibi Addit. de procurat. in nouiss.

Tertiò, hoc & ualet in crimine hæresis. Peng. a Com. 36. in ... par. Direct. Inquisit. num. 139. Symanch. de Cath. instit. tit. 51. nu. 40.

Quartò hoc fallit, Primò in carcerato, quòd pōt per procuratorem se tueri. decis. Rotæ, 15. vbi supra, in nouiss. Scdò fallit, ad allegandā absentiā, qa hoc pōt procurator, ēt gñeraliter cōstitutus, decis. Rotæ, 24. ibidem; Tertiò fallit in actore, q pōt per procuratorē agere, etiam in causa criminali, similiter in muliere honesta, & vniuersitate, Maran. in tit. an iudicium sit criminale, vel ciuile, nu. 54. & infra, Foller. pract. crim. de excusat. à num. 1. & infrà. Quartò fallit in excusatore, qui potest in causa criminali excusare reum absentem, gloss. in cap. si quando, 2. q. 6. versi. per exploratores, vbi habes multos casus, in quibus potest in absentia agere quis per procuratorem, & in c. exceptione criminali, 5. q. 3. fallit, Quintò, pro graui infirmitate, muliere prægnante, pro vxore infirma, filijs, impedimento carcerationis, clericatus, & alijs, cap. communis. 23. dist. fallit 6. quod potest interuenire in causa criminali, deducta in iudicium per modum exceptionis. Anchar. in cap. procurator. nu. 1. de elect. lib. 6.

Quintò, quando admittitur procurator in causa criminali, & maximè agendo, si dubitatur de mandato ipsius, debet, & tenetur dictus procurator promittere de rato, Capyc. decis. 5. num. 3. Maran. 6. par. tit. de Inquisit. num. 194. Vide Innoc. in d. c. veniam, & quid debeat facere excusator, vide ibi.

Sextò, quando contumacia procuratoris non præiudicat dño, quin possit appellare, etiā translacto decennio? uide Capyc. decis. 139. Secus, si qs cōstituat procuratorē, ut compareat ꝑ ipso, & ille nō cōparet, uel non acceptat, nā tunc dñs fieret cōtumax, ita Gemi. in c. licet. hoc tit. lib. 6. uers. sed pone.

Septimò, procurator non potest esse Clericus in foro sæculari, absque licētia sui Epi. Innoc. in c. 1. nu. 2. de iur. calum. nec ꝓcurator excōicati pōt agere, durante excōicatione eius, cuius est procurator, Abb. in Clem. procuratorem. nu. 9. de procurat.

Octauò, ꝓcuratorem an possit constituere excōicatus, rñdetur, qd sic. Cap. Tolo. q. 143. p c. intelleximus. de iudic. hoc intellige iuxta Additionem ibi.

Nonò, ille q citat, ut cōpareat p se, non potest cōparere p ꝓcuratorē nisi aliud exprimatur in citatione, prout in c. 1. de Iudic. li. 6. ita Gem. in c. 1. Notab. 50. per illū tex. de ele. li. 6.

Decimò p procuratorē, spāliter deputatum, pōt contrahi mrimonium, & sponsalia, c. fin. & ibi Scribentes, de procurat. lib. 6.

Vndecimò, ꝓcuratore ægrotante, uel absente, pōt, & dēt citari dñs ad cām, & nō procurator. ita Gemin. in c. si quē. §. secus, notab. 6. eod. tit. & lib. ꝗ nota pro nōnullis dñis, q se excusant dicendo, cita procuratorē meum, ad progressum causarum.

Pactum.

PRIMO probatur pactum de retrouendēdo, Primò, per instrum: Scdo, per testes: Tertiò, per famam cum vno teste: Quartò, cum uno teste, & iuramento suppletorio: Quinto, per coniecturas, & vehemētes præsumptiones, & vnicū testem, Boe. decis. 183. Sextò, an probetur per apocam, quæ trino teste non est signata: vide Vinc. de Franc. deci. 95. nu. 4. & infra, & decis. 105. nu. 12. 16. & 23. vbi negatiuè respondet, & Tiraq. de trac. conuentio. §. 2. gl. 7. num. 43.

Secundò præscribitur spatio triginta annorum, vel quadraginta secundum alios, quos refert, idem Boer. decis. 182. num. 1. & 2. & ibi multa de hoc contractu, Couar. lib. 1. ca. 9. num. 2. 3

Tertiò pactum de retrouendendo præscribitur, prout supra, non obstante, quod apponatur clausula quandocunque, ut vulgo, & passim solet apponi, etiam si interuenerit iuramentum, ita Boer. loco citato, num. 1. & infrà, vbi allegat Bald. dicentem,

dictionem

dictionem(quandocunque)non excludere præscriptionem triginta annorum, idem decis.351.nu.6.licet Couar.lib.1.c.9.nu.78. & 9.uar.resol. vr esse contrariæ opinionis.
Quartò,pactum,de retrouendendo est pars pretij,& minuit de illo,adeo,quod res valês tria millia simplici venditione,potest emi duo millia, & quingentis cum hoc pacto Boer.decis.23.n.18.& dixi in uer.emptio, Vinc.de Franc.decis.17.nu.3.& decis.95.n.3.& Couar.loco cit.lib.3.c.10.nu.1.
Quintò pactum hoc cum iuramento,& hypotheca omnium bonorum impedit alienationem in tertium factam,Boer.decis.181.nu.53 circa hanc materiam, vide Iacobinũ de Sancto Georgio,in l.2.num.2.ff.si certum petatur,& Io.Vinc. Annam, in Allega.21.uolu.uidi Afflic.decisi.692.& 65.vide Dec.cõ s.614.nu.12. & 13.& cõs.88.n.2.& 3.
Sextò,quibus modis præsumatur hoc pactum usurarium,uide Abb.in c.ad nostram, n.14.8.cum sequen.de emp.& uend.

Permutatio.

PERMVTATIO quando fieri possit inter priuatũ,& Ecclesiã,vel rei spiritualis,cum temporali,vide Afflic.decis.17.& an si res tradita ex causa permutationis,uendatur alteri,nec adimplentur promissa,contra emptorem detur actio,uide l.cum precibus,C. de rer.permut.& quod dixit Vinc.de Fran.per illam leg.in decis.34.

Pœnitentia.

SVMMARIVM.

1 *Quando pœnitentia publica sit imponenda.*
2 *An taxata à superiori possit commutari ab inferiori.*
3 *An pœnitentiæ sint arbitrariæ.*
4 *An possit absolui pœnitens,si noluerit acceptare pñiam sibi iniunctã à cõfessario.*
5 *An pœnitentia iniuncta alicui,possit commutari vigore Iubilæi.*

AD PRIMVM,Sac.Conc.Trid.sess.24.c.8.de refor. decreuit, quod quando quis adeo publice crimen commisetit,& in conspectu, vnde alijs scandalo sit iuxta illud Apost.1.ad Timoth.c.5.& c.1.de pœnit.& remiss.c.seu illud,45.distin.ca. si peruenerit,uer.ergo,2.p.quod possit imponi pœnitentia publica, tamen Episcopus potest hoc genus pœnitentiæ in aliud secretum pro causa commutare;hinc fit primo, quòd Pan. in c.literas,eo.C. de præsunt.dicit,quod Confessarij,& Episcopi non debent imponere has publicas pœnitentias,pro peccato confesso in foro interiori secreto: Secundò, quod Nauar.c.8.num.10.not 2.dicit Conc.non loqui de pœnitentijs imponendis ab Episcopis in foro pœnitentiali conscientiæ, sed in pœnitentijs imponendis ab Episcopis in foro mixto,si enim daretur prima,esset indirectè frangere sigillum confessionis.Secundò,quia Conc.apertè loquitur de peccato commisso,publicè. Tertiò, quia loquitur in Episcopo,non in Confessarijs.Tertiò fit,quod male faciunt quidam locorum Ordinarij,nimium fortasse zelantes pro peccato reseruato, vel ob oppressionẽ infantium,uel ob retentionem illorum in lecto ante annum expletum, vel quid huiusmodi,imponant publicam pœnitentiam in Ecclesia, pro prædictis,posset tamen hoc imponi,etiam quando esset publicum,& sciretur extra confessiones, sic etiam de illis,qui cõsumant matrimoniũ,anteq̃ cõtrahãt p uerba de pſenti, Syluest.in uer. pnia, §.2.&.cõsuluisti.2.q.5.& Abb.in c.qñũ,n.1.de pęn,& rem.& ibi Addit.Alex.de Neuo,

litera E. Quartò, quod per peccata confessa in foro conscientiæ, non est imponenda dicta pœnitentia, nisi consentiat pœnitens, Couar. li. 1. c. 10. nu. 3. uer. 6. var. resol. & qđ dicta pœnitentia non sit imponenda temerè, facilè, ac sine præuia matura deliberatione, nisi peccatum sit huiusmodi, quod & correctio peccatis, & aliorum ædificatio sit, Couar. & Syluest. loco citato. Quintò, & Nauar. in c. 1. §. diligens, nu. 106. dicit, quod non debet imponi pœnitentia, ut quis teneat cereum accensum in manu in Missa, pro peccato occulto, uel quasi notorio.

AD SECVNDVM, respondetur, quod stante causa potest Episcopus mutare pœnitentiam impositam a Sanctissimo Papa, alicui, & parochus impositam, ab Episcopo, & secūdus confessarius impositam a primo, Nauar. c. 26. nu. 26. per gl. in c. tempora pœnitudinis, 26. q. 7. & gl. in c. latorem, in uer. conuersionem, 33. q. 2. Sylua. trac. de benef. 4. p. q. 7. num. 28. ver. 12. Angel. in uer. confessio, 6. nu. 4. sum. Sacram. q. 22. Armil. uer. confessio sacramentalis, nu. 30. Syluest. in ver. confessio, 1. §. 27. & hoc concurrentib. tribus, primo ut non facile possit adiri superior, uel confessarius, qui eam imposuit. Secundò, ut non sit imposita pro peccato, à quo non posset inferior absoluere. Tertiò, ne superior illam absolutionem sibi reseruasset, hoc intellige extra articulum, siue periculum mortis, quia tunc, quiq; sacerdos potest absoluere gradatim ab omnibus casibus etiam censuris, etiam reseruatis Sedi Apostolicæ, & in bulla Cœnæ Domini quemodocunque, & qualitercunq; , Sac. Conc. Trid. sess. 14. c. 7. & in bulla cœnæ in clausula cæterum, & dixi superius in ver. dispensatio, & si Feli. neget in c. & si clerici, nu. 22. de iudic. intelligitur quando non subest causa, Nauar. in consi. 25. & 23. de pœnit. & remi. quod tamen fallit in pœnitentia, imposita a superiore in commutatione, vel dispensatione voti Cardin. in d. c. 26. q. 7. num. 4. Nauar. lo. cit.

AD TERTIVM, omnes pœnitentiæ hodie suntarbitrariæ, c. Deus, de pœnit. & remiss. c. tempora, & ibi gl. 26. q. 7. Sylua. lo. cit. num. 2. Inno. in c. omnis utriusque sexus, de pœn. & remiss. nu. 40.

AD QVARTVM, uide Inno. in loco citato, & Nauar. c. 26. nu. 21. Sot. 4. senten. dist. 20. q. 2. ar. 2. Conc. 2. Syluest. in uer. Confessio. 1. §. 9. & 30. Sum. Sacram. q. 209. D. Thom. in addit. 3. p. q. 18. ar. 3. Magist. sent. 4. Sen. dist....

AD QVINTVM, respondetur, quod non, quia illic solum datur commutatio uotorum, quod est satis differens à pœnitentijs. Nau. consi. 3. de uot. num. 2.

Pœnitentiarius.

SVMMARIVM.

1 *Vbi debeat constitui.*
2 *Quorum sumptibus.*
3 *A quo eligendus.*
4 *An possit subdelegare suam auctoritatem alijs Confessarijs.*
5 *An quoties occurrerit uacare officium pœnitentiarij & per consequens præbendæ illi annexæ, prouisio illius pertineat ad solum Episcopum, absque eo, quod Capitulum in aliquo se intromittere possit.*

AD PRIMVM, sac. Conc. sess. 24. c. 8. de reformat. statuit in hæc uerba: In omnibus cathedralibus ecclesijs, ubi commodè id fieri potest, pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè uacaturę ab Episcopo constituatur, & cæt. nec propter hoc prohibetur, ut Episcopus possit plures in Diœcesi, & Ciuitate constituere pœnitentiarios argum. eorum quæ dicit Conc. de præben. Theolog. & ut dixi de pluribus uicarijs generalibus, in uer. Vicarius, in princ.

AD SE-

AD SECVNDVM, vltra prædicta Sac.Cong.declarat.110.censuit, quod Capitulum de consensu Episcopi potest constituere perpetuum stipendium pœnitentiario.

AD TERTIVM, ead.sac.Congr.declar.479.ita censuit, officium pœnitentiariæ in cathedrali potest per solum Ordinarium institui, ad quem quoque pertinet electio personę quoties opus est, pro exercendo tali officio, nec requiritur aliquis consensus capituli.

AD QVARTVM, videtur quod non, per c.fin.§ cæterum, & ibi gl. in uersi. commissū. de offic.deleg. pro alia parte videtur quod sic, per cap.fin.& ibi gloss. in uer.casibus, de offic.ordin. Sit prima conclusio: Si pœnitentiarius est constitutus ordinariè, ab Episcopo, generaliter in Ecclesia cathedrali, & Diœcesi, tunc potest subdelegare auctoritatem suam alijs confessarijs, Nau.c.27.nu.45.Sylue.in uer.delegatus, n.1.uersic.3. Flor. Theol.in 4.Sent.tract.de confess.fol.232.Couar.lib.3.cap.20.nu.5.var. resol. adest ratio, quia delegatus à Principe potest subdelegare le.à iudice, C.de iudic.cap. pastor. ca. venerabilis, de offic.deleg.& capit.si duo.eo.tit.lib.6.& Episcopus æquiparatur principi in sua diœcesi, & Princeps uocatur a sancto Hylario in com.sup Matth. Cano. 26. Bar.in l.5.in princ.& ibi Alex.ff.de uerb.oblig.Maran.4.par.dis.5.nu.13.& 26. Secunda conclusio, non potest subdelegare suam iurisdictionem, ratione cuius id ei competit.i.non potest constituere alium pęnitentiarium, æqualem sibi, per c. super quæstionum.§.quem uerò, de offic.deleg.i.non potest concedere casus alijs cōfessarijs, quia hoc esset constituere alios pœnitentiarios, Nauar.lo.cit.sed potest dare auctoritatem confessarijs, absoluendi a casibus reseruatis, dum actu consulitur, non aliter, & non totum, vel partem suæ iurisdictionis, nisi hanc auctoritatem etiam haberet ab Episcopo, quia tunc posset, prout dixi in uersic. Vicarius, dub.4. sed si est datus ad uniuersitatem causarum, potest.Host.in Sum.tit.de offic.vic.nu.1.& tit.de offic.deleg.§. cui possit, sed nō totam suam delegationem potest subdelegare, sicut nec ordinarius inconsulto principe, Abb.in capit.super quæstionum, colum 4.de offic.deleg.& si non habet auctoritatem absoluendi ab eo, qui hanc dare potest, non potest absoluere a casibus episcopalibus, ex ratione, & ui solius officij.Nauar.cons.20.de pœniten.& remiss. & hæc auctotas vel debet ei concedi ab Episcopo, prout dixi superius, in uersi.casus reseruati, §.3. uel a consuetudine, prout dixi superius, uer.dimissoriæ.§.1.& ita audiui habere Beneuenti primicerium maiorem Ecclesiæ Archiepiscopalis illius, nam pœnitentiarius electus per decretum Sacri Concilij, non habet ex hac sola electione potestatem absoluendi a casibus reseruatis, nisi aliunde eam habeat, Nauar.lococitato, & resoluendo hunc casum dico cum dicto Nauar.con.3.de statu Monac.num.34.quod absoluendi facultas priuilegio perpetuo dignitati competens est delegabilis, sicut competens alicuius ordinariæ potestatis. Et Gemin.in cap.1.uer.omnibus, de tempo. ordin.lib. 6. dicit, quòd habens potestatem dispensandi iure ordinario, potest alteri committere uices suas, secus uerò, si iure delegato.

AD QVINTVM, Sac.Congreg.Declarat.465.in meis, scribens pro Episcopo Segobiēsi, inter cætera, censuit in hæc uerba: Sanctissimus.Dominus, referente Congregatione Concilij, decreuit, institutionem officij Pœnitentiariæ, necnon electionem personæ Pœnitentiarij, quandocunque faciendam, ad solum Episcopum pertinere absque consensu Capituli, collationem autem præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat.cætera uerò in Additionibus magis videto.

Pensio.

AN Episcopus possit ponere pensionem nouam super beneficijs, vel ueterem augere.& uidetur quod sic, modo sit parochialis, quæ excedat summam Ducatorum cētum, Concilium Tridentinum sess.24.c.13.de reforma. similiter & in alijs beneficijs carentibus cura animarum, & quod hoc possit, patet, quia Concil.non loquitur in Papa, quia ipse nō subest decretis Cōcilij, cū sit supra Concilium, ut sanior snia scriben-

tium approbat. Nauar. cap. 25. nu. 137. ergo loquitur in Episcopis, quo ad Parochiales, & in Papa, quo ad cathedrales, accedit glos. in cap. audiuimus, in uersic. pensio, de colluf. deteg. & Gom. in tracta. utriusque signa. fol. 92. & Pau. Rot. tract. de pensio. q. 1. num. 10. citatus ab ipso Gom. Abb. in c. nisi, num. 4. in fine, de præben. & in clemen. 1. num. 3. de sup. negli prælat. & in c. pastoralis, nu. 4. de his, quæ fiunt a prælat. Sylua. tractatu de benef. 4. p. q. 7. num. 4. tamen Gl. in c. cum dilectus, in uer. ętate, de elect. & alij dicunt, quod non, Rebuf. in pract. benef. tit. de collat. num. 6. Dicet quis, quid operantur illa uerba Sac. Conc. Trid. respondetur ex Sylua. loco cit. quod multoties Concilia Generalia, etsi non possint imponere legem Papæ, prout in c. proposuit, de concess. præb. tamen dant modum, dirigunt, instruunt, quid fieri, uel non fieri possit ab eo, quid facilius, difficilius uè, & licet in Constitutione Conciliari aliqñ permittatur dispensatio, tñ hoc non potest Ẽps, qui habet potestatem dispensandi super concilijs, gl. cit. & uerba Concilij Tridentini operantur duo, Primum, quod in concessione facta contra dispositionem Conciliarem, non sufficit clausula derogatoria generalis, quia constitutio cõciliaris tacitè continet clausulam derogatoriam, & propterea ei non derogatur p clausulas generales Archid. c. 1. de const. lib. 6. Caputaq. decis. 268. num. 3. Secundum, quia Papa redditur facilior ad disponendum, & prouidendum, & Nauar lo. cit. dicit, hactenus hoc obseruari inuiolabiliter, idem Rebuf. loco cit. in ti. de reseruatione generali, & speciali, num. 29. ubi dicit, esse non usu amissam in hoc Episcoporũ potestatẽ. Secundò, pensio si excedat dimidiam fructuum, non est nulla, sed annullari dẽt. Beer. decisi. 162. & citat Rom. consi. 369. Tertiò, an, & quando, & quantum pensionis debeat pensionarius soluere hæredib. illius, cui debebatur pensio? vide Couar. lib. 1. c 2. 15. nu. 13. uar. resol. Quartò, an, & quando pensionarius teneatur ad decimas; vide Hyeron. Gigan. tract. de pensione, q. 19. & Vinc. de Fran. decis. 107. nu. 2. Quintò, an, pro pensione præterita possit agi contra successorem: vide eund. decis. cit. nu. 14 cum sequent. Sextò, pensionarius obligatur, sub censuris, & pęnis Ecclesiasticis ad soluendam pensionem, & elapso termino, statim incidit in eas, non soluendo pensionem, Cassiod. decisione 2. de pœnis, & decis. 12. de Rescrip. Gom. tract. utriusque sign. fol. 91. & 90. Nauar. c. 27. nu. 272. not. 12. & c. 123. nu. 204. Rebuf. loco cit. in 3. par. sign. in clausula, & cum absolutione, & hoc quando personaliter consensit pensioni, secus si per procuratorem.

Præbenda Theologalis.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi constituenda sit.*
2 *Quorum sumptibus.*
3 *Vbi non potest, quid agendum sit.*
4 *An subiaceat Constitutioni Capituli secundi, cum similibus, de præbend. lib. 6.*
5 *Quis debeat eligi, tum quo ad literaturam, tum quo ad statum, seu conditionem.*

AD PRIMVM, sac. Conc. Trid. sess 5. c. 1. de refor. decernit, per hæc uerba. Primum, ubi in Ecclesijs cathedralibus reperiuntur præbendæ, siue aliquid huiusmodi pro lectorib. sac. Theolog. possidentibus eas, imponatur onus, vt satisfaciant muneri suo, &c. Scdm, de cætero has præbẽdas non esse cõferendas, nisi ijs, qui p seipsos id munus explicare possint: Tertiũ, ubi non adest pbenda, primo uacatura ad eũ vsum ipso facto perpetuo cõstituta, & deputata intelligatur: mõ non hẽat onus iniunctũ incõportabile. Quartũ, qđ si nõ adest pbenda, per assignationẽ alicuius beneficij simplicis eiusdem sopportatis, tñ debitis oneribus. vel p contributionẽ bñficiatorũ Ciuitatis, & Diœcesis, uel ut cõmodius fieri poterit per Ordinariũ de cõsensu Capituli puideat, uide etiã D. Tho. 2. 2. q. 120.

ar. 3.

ar.3.ad tertium,& Sylua.tract.de benef.3.p q.20.nu.31

AD SECVNDVM,si non adesit aliquid istorum prædictorũ, Sac.Congr. Declar. 110. ita censuit:Vbi vrget consuetudo,quod detur à capitulo stipendium proprio Theologo,ea seruanda est,quod si illud etiam poterit Theologum reddere deligentiorem in sui muneris functione trienniũ eius conductionis Ordinarius vna cũ capitulo præfinire debent,&c.ex quibus verbis,& Concilij apparet,quod onus huiusmodi imineat Capitulo,& non Episcopo,licet ab ipso debeat eligi,& confirmari.

AD TERTIVM,sac.Cõc.ubi sup.§.Ecclesiæ vero,prouidit,quod vbi adeo sunt exigui, & tenues prouentus, saltem habeatur Magister eligendus ab Episcopo cum cõsilio capituli,q scholares pauperes Grãmaticã gratis doceat,cui ex fructib.alicui' beneficij simplicis,vel ex mensa capitulari,& Epali,uel meliori mõ, quo fieri poterit puideat.

AD QVARTVM,respondetur,prout in uer.beneficium,§.3.dicto 8.quod non, sed semper sunt sub dispositione Ordinariorum.

AD QVINTVM,vide Conc.Trid.loco cit.§.de cætero,& Concilium Prouinc. Beneuẽtanum,c.de præben.Theol.dicit,quod Regularis ad hoc munus possit assumi, donec de sæculari poterit prouideri,& Neapoli.& in duobus alijs Archiepiscopatibus vidi sæculares Theologos fungi hoc munere,quo & ego in duobus,licet immerito functus sum;& Host.in Sum.tit.de offic.ordin.§.sunt autem quædam,in fine, vbi dicit, quod melius,& honestius est,ut Episcopi habeant concilium suorum,quam extraneorum, nisi ubi sui se indignos reddũt,quo casu Religiosi succedũt,& allegat multa p practica.

Pecunia.

PRIMO,pecuniæ appellatione ueniunt omnia,quę numero,pondere, & mensura cõsistere possunt,ut frumentum,uinum,oleum,atque huius generis cætera, Tiraq. de vtroque retract.§.1.gl.14.nu.42.deseruire possunt.Primò in crimine symoniæ, quæ et contrahitur ex munere,obsequio,& lingua,ut patet iuribus vulgatis,1.q.1.Secundò p legato,siue alijs;an autem appellatione mobilium ueniat pecunia, quæritur, negatiuè respondet Isern.in c.de pac.neb.nu.39.

Secundò,pecunia quando dicatur expensa in Ecclesiæ utilitatem, uide Inno. in c. quod quibusdam,nu.4.de fideiussor.& uide sup.in uer.alienatio,§.12.addito de nouo Coua. lib.2.c.17.nu.3.uar.resol.quod animaduertere debent emptores,quando emunt bona Ecclesiæ,ne iterum postea cogantur soluere.

Pœna.

PRIMO,quot sint pœnæ Ecclesiasticæ,& spirituales,corporales,& temporales,vide Inno.in c.qualiter,& quando,nu.6.de accusat.abb.in c.constitutus,& c.suam, per totum,de pœnis.Syluest.in ver.pœna,§.1.

Secundò,quando debeatur pœna,quæ apponi solet in contractibus, videto eund. §. 25. uer.septimum,Nauar.c.23.num.67.& infrà,vbi dicit,quod licet de iure possit exigi, tamen de consuetudine non potest,nisi quatenus concurrat interesse,prout dixi in uerbo,interesse,Ratio est;quia non auditur agens sine interesse, l.si patroni, §. qui fideicõmissariã,ff.ad Senatuscons.Trebel.Tiraq.de utroq.retract.tit.1.§.1.glos.2.num. 51. ita etiam habetur ex Afflic.decis.135.& sic dicit decisum fuisse in facto, quod confirmat ex Gram.decis.58.nu.7.& ita consueuit condemnare Sacrum Conc. Neapolitanum, & decis.2.nu.8.dicit,id communiter tenere Canonistas,idem Folle. in addit. ad Mara.ar.4.4.par. dist.9.nu.121. uide c.cõstitutus,de pœnis,gl.in c.suam,in fi.eo. tit. & gl. in c.dilecti filij,[illegible] uer.pęnã,de arbitris,vbi vr cõfirmare dictũ pdictorũ Doc.Boss.i ti.de pęn.n.30.dicit pęnã positã in cõtractũ,nõ posse exigi à fisco,nisi Notarius fuerit stipulatus noie fisci,ex Bar.in l.1.in fi.ff.de iure fisci,vide Coua.de spõs. 2.p.c.6. n. 2. §.4. & li.1.c.14.var.resol.[illegible] uide Inn.in c.tuã,de pęnis,& Bal.in Marg.Inn. in uer. pmisi cẽtũ.

Tertiò, pœnæ sunt omnes arbitrariæ, & Iudex, licet sit imposita certa pœna a iure, potest illam ex causa minuere, & hoc dum pronunciat, postea verò non, Abb. in c. 2. & 6. de pœn. Boer. dec. 289. num. 7. Ratio assignatur a Panor. in c. non debet, nu. 2. de consa. & affinit. vide Addit. ad Dyn. in ca. odia, de reg. iur. lib. 6. Host. in Sum. tit. de offic. ordin. §. quid, & et postq̃ pronunciauit, si super illo delicto, in quo fuit imposita pęna, possit Iudex dispẽsare, c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs. vide Pan. in ca. licet. de pęnis.

Quartò, pęna debetur, etiam si vnus nummus, vel obolus defecerit in solutione, Tiraq. de utroque retract. tit. 1. §. 4. num. 25. quod etiã in depositario, & emphyteuta, non soluente integrum Canonem, ualet, prout dixi in uer. locatio, nu. 7.

Quintò, si quis laicus fuerit punitus coram iudice Ecclesiastico de crimine mixto an possit postea puniri a iudice laico: vide Afflic. decis. 219. num. 4. & hoc intelligitur, quando coram iudice ecclesiastico non fuerit sufficienter punitus, Couar. lib. 2. ca. 10. num. 4. 5. & 6. var. resol. Vide Clarum, quæst. 57. uers. sed hic occurrit, & uers. sed quæro. Bal. cons. 160. lib. 3. vbi habet de illo qui cognouit Monialem, & dicit, posse eum punire iudicem laicum, etiam si a iudice ecclesiastico fuerit punitus, idem Afflic. in constitutione, Multæ leges, nu. 6.

Sextò, quamuis iudices Ecclesiastici possint pœnas, quas exigunt ab inquisitis sibi retinere, & maximè qñ indigerent, tñ honestius agerent, si illas in pium usum deputarẽt, Diaz prac. crim. Can. c. 134. iuxta medium, tñ Conc. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat. §. in causis verò iudicialibus, dicit eo ipso debere locis pijs, quod exactæ fuerint, assignari. Host. loco cit. vide superius in uer. compositio §. 3. & Sac. Cõgr. Declarat. 171. in meis, censuit in hæc uerba: In multis, quæ ex ordine Concilij Triden. sunt applicatæ pijs locis, seruandum est idem Concil. Trident.

Septimò, pœna pro contumacia, quæ exigenda? uide Isern. in usu feud. Rubr. de statut. & cõsuet. nu. 16. se remittit ad consuetudinem.

Octauò, pœna corporalis magis imponi dẽt plebeis, quam nobilibus, pecuniaria, ẽ contra, gl. in c. cum quidam, in uers. dignitate, de iureiur. Couar. lib. 2. c. 9. nu. 3.

Nonò, pęna presbyteri occisi cui applicanda, Ecclesiæ, an hęredib. eius. vide, capitulum secundum, & ibi Abb. & Henric. de pœnis, Couar. lo. cit.

Decimò, pœna pecuniaria põt imponi ab Epo in quibusdam delictis, & contra excommunicatos. Fel. in c. nonnulli. ver. cæterum nos, de Rescri. Clar. q. 80. uer. in hoc autem.

Vndecimò, pœnas contra homicidas, & Bannitos, uide Pij II. Bullam 8. Sixti IIII. Bul. 10. Iulij II. Bull. 5. Leon. X. Bul. 13. Clem. VII. 6. Pij IIII. Bul. 30. & 80. & 104. Pij V. Bul. 13. Greg. XIII. Bul. 66. & Sixti V. in alia Bulla.

Duodecimo, pœnę contra prælatos, & alios beneficiatos se ingerentes administrationib. Ecclesiarum, non leuatis Bullis, habent in Bulla 4. Iul. II. q̃ incipit: Romani Põtificis.

Possessio.

PRIMO, possessio quomodo probetur, vide in uers. dominium.

Secũdò, an liceat ꝓpria auctoritate ingredi possessionẽ, qñ aliqs possideret, vid Afflic. decis. 403. nu. 7. ubi affirmatiuè respondetur.

Tertiò, & quid in beneficialibus, vide in ver. intrusus.

Quartò, in bñficialib. quonã pacto detur possessio uera corporaliter, vel quasi possessio, & quo hoc intelligat, uide Dyn. in c. 1. nu. 31. de reg. iur. lib. 6. similiter iurisdõnes, seruitutes, & alia incorporalia quomodo possideantur, uide eundem in c. fine, nu. 4. eod. lib. & tit. & ibi addit. in uers. quasi, & gl. in c. conquestus, in uer. quasi, de foro comp.

Quinto, an, & qñ quis dicatur stetisse in pacifica possessione, uide Stap. fol. 84. num. 13.

Sexto, possessio triennalis probatur per vnum testem de uisu, & per duos de publica voce, & fama, Anchar. consi. 42. prope finem, Felin. in c. ueniens, il 1. col. 6. nu. 16. uersic. scias etiam, de test. Rota decis. 8. de restitut. spoliat. in nouis. Caputa q. decis. 348. par. 2.

Septimo,

Septimo possessio annalis, vel triennalis, vel decennalis, an requiratur, vt sit immediata ante litem motam, an sufficiat, quod esset perfecta ante litem quandocúque, ad hoc, vt impediat sequestrum: secundum affirmat Caputaq. decis. 384. par. 2. & non primum.

Procuratio.

PROCVRATIO quando debeatur prælatis, ratione uisitationis, consecrationis, reconciliationis Ecclesiarum, vel quando veniunt ad degradationem Clericorum, vel ad consecrationem Episcoporum, uide Abb. & Doct. in c. cum sit. de symon. & ibi Addit. in Abb. vide in uersi. concilium, §. 5. in ver. visitatio, §. 6.

Quæstores.

QVÆSTORES prohibentur prædicare, & contrafacientes ab Episcopo possunt puniri, Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de reform. in fi. & sess. 21. c. vlt. de refor. disponit, ut eorũ nomen, atque vsus in omnibus Christianæ Religionis locis aboleatur, nec obstat bulla Pij IIII. quæ est 42. quę incipit, Pontificis, tamen sine indulgentiarum publicatione, & concessione confessionalium. Pius V. Bul. 30. quæ incipit: etsi, vbi dat facultatem quæstuandi Abbati, & Hospitali Sancti Antonij Viennensis, & eius membris iuxta tenorem dic. cap. ultimi, sess. 21. quia eam reuocauit Pius V. bulla sua 30. fol. 969. Sacra uerò Congre. declar. 217. circa hoc, ita disponit: Praui eleemosinarum quæstores, dẽnt prohiberi, nõ autem illi, qui eleemosinas collectas in pios vsus erogãt: & Declar. 388. concedit posse dari licentiam petendi eleemosinas, cum his circunstantijs. Prima, vt sint personæ bonæ existimationis. Secunda, ne sint participes ipsarum eleemosinarũ. Tertia, ne habeant ullo modo nomen Quæstoris. Quarta, nullas indulgentias diuulgent, nec concionentur. Quinta, nec sua priuilegia, aut sacras reliquias circunferant. Sextò, nec imprecationibus, aut minis eleemosinas ab hominibus exprimant, aut extorqueant, nec campanas, aliaue instrumenta deferant. Septimò, nec quicquam, tanquam debitum, aut usitatum petant. Octauò, nec ullo artificio, aut specie commemorandæ orationis alicuius sancti, aut alio peruerso more utantur. Nonò, sed simpliciter, ac modeste eleemosinas petant, easque in pij loci utilitatem transportent, & idem Rescriptum seruandum esse in colligendis eleemosinis pro societate Rosarij, Declar. 359. vide Clem. 2. de pœn. & remiss. & Abb. in c. cum ex eo, nu. 1. eod. tit.

An regulares possint petere eleemosinas absq; licentia ordinarij? & videtur, quod sic, p Bullam Pij V. quæ est 38. fol. 981. Claus. 15. sed hanc reuocauit Greg. XIII. bulla sua 15. eamque reduxit ad terminos iuris communis, & sic vr, quod non possint petere eas sine prædicta licentia, & ita dic. Sac. Congr. censuit de societate Rosarij, prout supra: multus abusus, pœnas, & actiones narrat, & reformat Clem. 2. de pœn. & remiss. vide etiam Naua. tract. de Iubil. & Indulg. notab. 31. num. 36. & cons. 17. & 33. de pœ. & remiss. & bull. Clemen. VII. quæ est 34. & incipit, Quoniam.

Primò.

PRIMÒ, uide multa in uer. legatum. §. 3.

Secundò, quarta Episcopalis non debetur de missis legatis, nec de relictis ad perpetuum cultum, Capyc. decis. 22. vbi habes multa de hac materia pro praxi, & Concil. Triden. sess. 25. c. 13. de reform.

Repræsentationes, seu Recitationes.

REPRÆSENTATIONES Passionis Domini nostri Iesu Christi, vel Martyrum, siue Sanctorum quorumcunque, cum potius scandalo, quam pietati soleant esse populo Christiano, optimo consilio a nonnullis Conc. prouincialibus tolluntur e medio Conc. Prouin. Clement. sess. 1. de sac. action. Conc. Prouin. Neap. c. 6. ubi dicit, nisi de licẽ

tia Episcopi, & hoc nec in sacro, nec in profano loco, quod etiam abnuit sac. Concilii Trid. sess. 25. c. de inuocat. & venerat. Sanct. §. illud uero.

Restitutio.

Restitutio male ablatorum quomodo fiat, uide Bald. in Marg. Inno. in uer. testator, Episcopo competit restitutio male ablatorum, prout superius in uer. Eps, §. 19.

Restitutio in integrum.

PRIMO, an detur in læsione enormi, uel modica: vide Capyc. decisi. 109. nu. 9. vide in uer. Ecclesia, in uer. emptio, & in uer. ignorãs, seu idiota, & Couar. li. 1. c. 3. var. resol.

Secundò restitutionis in integrum beneficium, & illius tempus, est iudici arbitrarium, Afflic. dec. 124. nu. 2.

Tertiò, Ecclesia aduersus laicum petit restitutionem in integrum coram iudice Laico, secundum communem opinionem, Couar. lib. 1. ca. 4. num. 2. uar. resol.

Quartò, restitutio in integrum aduersum rem iudicatam, concedi debet, quando ex noviter deductis, constat de bono iure, Caputaq. deci. 94. par. 3.

Quintò, Restitutio in integrum datur post præscriptionem per quadriennium, & octennium Ecclesiæ c. 1. & 2. de in integ. resti. lib. 6. & ibi Gem in. & post trigesimum Couar. lib. 1. c. 3. nu. 2. uer. 7. sed utrê, uaria. resol. & in læsione etiam post centũ annos, Gom. in c. 2. nu. 51. notab. 7. de const. lib. 6. ex Baldo in l. falsam, C. si ex facto testatoris.

Rescriptum.

PRIMO, Rescriptum impetratum a procuratore excommunicato, an sit ualidum: vide c. 1. & ibi gl. in uer. alio, vbi dicitur, ꝙ non, & ibi Gom. nu. 34. & infra tenet affirmatiue in casibus, quibus potest per seipsum, & intellige de excommunicato, iuxta bul. Martini V. Conc. Constant. de Rescripto impetrato a procuratore reuocato, vide cap. ex parte, il 3. de rescript.

Secundò, ista exceptio, an, & quando debeat opponi, vide Marant. 6. par. memb. 3. nu. 5. Gom. in q. 44. de anna. pos. & in d. c. num. 6. & c. 1. de except. lib. 6.

Tertiò, an breuia nostri temporis, quæ passim expediuntur ab Vrbe, veniant appellatione Rescripti? Gom. post disputationem includit, quod sic, tract. de breui. nu. 7. & deseruit pro intelligentia Bullæ Dñi cõtra falsificantes lras Aposto. Nauar. c. 27. num. 62.

Quartò, in Rescriptis semper intelligitur illa clausula, si preces veritate nitantur, c. ex parte, il primo, eod. tit. Staph. de litt grat. fol. 309. n. 2. & hoc non solũ in litteris Papæ, sed Regis etiam, Iser. in ti. de prohib. feud. in c. quoniam inter dominum, nu. 6. etiam si non apponatur ista clausula Inno. in Summario nu. 1. in d. c. ex parte.

Quintò, Rescriptum alternatiuum sufficit, quod in uno uerificetur, c. inter, eo. tit. & sic si in rescripto ponatur unum verum, & alterum falsum, sufficit, si probetur uerum, si ex illo potuit consequi effectus, decis. Rot. 7. de rescrip. in nouis. G kin d. c. ex parte, in uer. perpetuo, Staph. loco cit. in 6. form. num. 5.

Sextò, Rescriptum quando dicatur subreptitium, uel obreptitium, uide text. & ibi Doc. c. super literis, eo. ti. & an subreptio facti, vel iuris vitiet rescriptum, vide Gom. in c. 1. a n. 56. & deinceps, eo. ti. li. 6. & in c. 1 n. 108 de cõ. l eo. li. & q. i. vide nõ. toll. iure qsit.

Septimò, per rescriptum subreptitium datur iurisdõ, dec. 13. nu. 3. & ibi Addit. de Rescri. in nouis. uer. tũ q. a, sed uenit annullandũ ope exceptionis. c. cæterum, & c. ad audientiam, eod. tit.

Octauo, quando erratur in nomine illius contra quem impetratur Rescriptum, uel in nomine impetrantis, uel diœcesis, an sit subreptitium? vide Addit. ad dec. Rot. 16. hoc tit. in nouis. & Fel. in c. significante, eod. tit. Host. in Sum. lo. cit. nu. 14. vbi locus, iudex, ciuitas, diœcesis, nomen, si in eis erretur, subreptitium censetur.

Nonò, processus factus per literas subreptitias, irritatur, per c. cũ d. lect. & hoc si excipiat, ...

secus verò non, Foller.in addit.ad Marant.4.par.dist.16.nu.73. & c.citatis.

Decimò, Rescripta ad causas decidendas, debent esse perennia, Abb.in c.1.ler nqu, in g not.hoc tit.glo.c.1.nu.204.de Constit.lib.6.& in præfat.Reg.Cancell. de an.na possess. & de neglig.Casu 143.vide Syluest.in ver.Rescriptum,§.5.& hoc intellige, ie non integra per c.gratum,& c.licet,cum similibus,de offic.leg.& an idem sit in Rescripto ad beneficia, vide Sylua.tract.de benef.3.par.q.12.num.30.Rebuf.in pract.benefic. in tit. de differ.inter Rescript.grat.& iust.nu.42.& infra,& Sylua.loco cit.q.64.nu.4. vide l. falso.C.de iure rescript.& circa feudalia,vide Iser.cap.1.§.sed quia,nume.14.de his qui feu.dare possunt,& Host.in c.Sedes Apostolica,de Rescript.

Vndecimò,an,& quando quis teneatur probare omnia ea,quæ impetrauit in Rescripto vide glo.in c.significauit,in ver.aliqua,de appell.& additio.ad decil.Rotæ 7.de Rescri. in nouis.& decis.44.eo.tit.

Duodecimò,conditiones,quæ requiruntur in Rescripto pro impetratione beneficij,vide Sylua.loco cit.3.p.q.2.& quæst.12.per totum.

Decimotertio,in Rescripto ad beneficia impetranda,debet fieri mentio de alio beneficio, quod impetrans fortassis prius habebat,etiam si sit tenuissimum,cap.si proponente,de Rescript.& in c.non potest,c.si motu proprio,de præben.lib.6. debet facere mentionẽ de terra,si sit oriundus ab ea,glos.in d.c.in ver. de hoc mentionem,& hoc non explicã do,esset subreptitium,Sylua.loco cit.2.par.q.23.nu.34.& c.bonæ memoriæ,il 2. de postulat.prælat.Gom.in Reg.Cancel.fol.62.glo.in cle.vnica,in ver.reperirent, de offic.de leg.Staph.in q.for.expect.nu.25.& infra,Couar.pract.q.c.35.nu.5.& 6.

Decimoquartò,vtens Rescripto in casib.c.finalis,de Rescr.perdit cãm, intellige si lis esset contestata,Gom.in c.3.nu.5.de Rescr.lib.6.decis.Rot.18.de Rescript.in nouiss.

Decimoquintò,in Rescripto consideratur tempus præsentationis,& non datæ,Innoc.in c.mandatum,nu.2.hoc tit.& hoc in causis,secus in impetratione beneficiorum,idem in c.postulasti,nu.1.eod.tit.Abb.in c.dilectus,nu.7.de præb.

Decimosextò,si opponatur subreptio,vel obreptio rescripti, quis teneatur probare impetrans,vel excipiens? vide Anchar.in c.exceptionis,nu.7.ver.4.de lit.contest.lib.6.

Decimoseptimò , vtrum in citatione facta a delegato debeat inseri originale rescripti, vel tenor,& an si secus fiat,processus sit nullus,& sententia nulla? vide l.sancimus.C. de diuers.rescr.& Vinc.de Anna.in alleg.24.1.vol.& vide superius in ver.delegatus,§.4.

Decimooctauò,quid si impetro Rescriptum contra Rectorem alicuius Ecclesię,& antequam citetur moriatur,nunquid successor possit per illum conueniri, respondetur q̃d non:Host.in Sum.hoc ti.nu 21.Ratio est,quia res est integra.

Decimononò,contra Rescriptum quot modis possit excipi,vide Host.loco cit.nu.30.vbi ponit nonaginta & vnam exceptiones, quas uideas pro practica quotidiana,& tit.de crim.falsi,§.por. o,num.3.

Vigesimò,an,& quando Rescriptum impetratum contra aliquem,& moriente eo,possit agi contra hæredes illius,vel vniuersales,vel particulares, vel successores illi in dignitatem,vide,& distingue cum Cap.Tolo.q.265.& ibi Additio.

Res integra.

Res integra quando dicatur in Iudicijs,& quando in negotijs:vide Abb. in Clemen. procuratorem,nu.2.de procur.& hæc faciunt pro dictis,in versi.delegatus.nume.2. Et res integra dicitur,quando non est ad effectum demãdata, licet super ea sint facti actus aliqui.Gem.in c.vbi periculum,§.sanè notab.2.de elect.lib.6.Sed Abb.lo.cit.dicit,quòd res integra in Iudicijs dicitur ante litem contestatam , in negotiis anteq̃ fiãt pparamenta ad negotiũ promouendum Sed Gem.in c.quis,vers.in fine glossę hic, de offi.dele.li.6.dic post citationẽ,vel quẽcũq.actũ ꝑ uĩ citationi fcm a iudice i cã,Glo.ibi, in ver.

in ver. vsus, & Phil. Franc. per citationem, vel etiam si præsentibus ambabus partibus, ibi facit aliquem actum, puta, recipit Rescriptum, facit præsentationem, & Notarius facit aperturam processus, idem ibidem, vers. videtur difficultas.

Renunciatio, seu permutatio, siue resignatio:

SVMMARIVM.

1 *An resignatio beneficij posset fieri coram locorum Ordinarijs.*
2 *Quibus casibus concurrentibus.*
3 *Quæ seruanda in dicta resignatione.*
4 *Coram quibus fieri posset.*
5 *An qui habet solam signaturam, seu supplicationem, possit resignare.*
6 *An qui permutauerit beneficium suum cum aliquo, qui asserebat beneficium valere centum, & postea reperit non tantum valere, possit repetere, & si per multos annos exegerit bona fide, peccet labe symoniæ.*
7 *An possit permutari beneficium iuris patronatus absque consensu patroni.*
8 *Renunciare, seu permutare alicui beneficium cum pacto, ut ille suis expensis expediat utrasque Bullas, incurratur symonia.*

AD PRIMVM, resignatio beneficiorum hodie fieri non potest coram locorum ordinarijs: Bulla Pij V. 42. fol. 992. nisi cum quibusdam circunstantijs, Bullæ eiusdem quæ est 58. fol. 1014.

AD SECVNDVM, Prima est inhabilitas. Secunda priuatio. Tertia pluralitas beneficiorum. Quarta valetudo, seu infirmitas. Quinta senectus Sexta inimicitiæ. Septima ingressus Monasterij, seu Religionis. Octaua, contractus matrimonij, & quibusdam alijs prout ibi, & sic patet ad secundum, vide alias causas in Rebuf. in pract. benefi. tit. de resigna. c. par. & condi. nu. 2. quas tangit Host. in Sum. hoc tit §. cui sit, nu. 8. sed dubiũ est, an data aliqua harum circunstantiarum, possit quis resignare beneficium in fauorem certæ personæ? & videtur, ꝙ non, quia bulla solum admittit resignationes ex causis, ergo stante causa, non admittitur intuitu alicuius, sed simpliciter: responderur: Primo istam videri prima facie summi Pontificis intentionem, vt fiat præcisè, & absolutè, & non respectu alicuius: Secundò, ꝙ resignatio facta cum pacto, vt conferatur certæ personæ, non ualet, glos. in c. Ordinationes, 1. q. 1. gl. in c. ex parte, il 1. in vers. omnino, de offic. deleg. & ibi Abb. nu. 4. Gom. in q. 16. col. 3 versi. postremo, de trien. poss. vbi dicit, sapere labem symoniæ, si ita fieret, tamen Staph. de litt. grat. fol. 118. num. 7. dicit, posse fieri; ꝙ probat multis rationibus, & ita ego cēserem, quia quod habeo in animo, possum verbis explicare, cum verba explicent cōceptum animi, Arist. in lib. 1. Periher. tex. 2. Nau. c. 23. nu. 107. versi. ad nonum, notab. 1. & 2. hoc etiam tenet Couar. lib. 1. c. 5. nu. 5. var. resol. Præterea, quia in permutatione permutans potest deducere in pactũ, vt conferatur huic, vel illi, & licet non exprimat, satis est, ꝙ constet ex coniecturis, glo. in Cle. Vnica, in ver. ex causa, de rer. permut. & hoc ampliatur, quòd non succedente prouisione, secundum intentionem permutantis, liceret utrique redire ad sua beneficia propria auctoritate, si non fuerint interim occupata, si uero ita, tunc opus est noua collatione, c. penult. de rer. permut. ita Staph. loco cit. fol. 112. nu. 13. & 14. decis. Rotæ. de rer. permut. in nouiss. Sylu. tracta. de benef. 3. p. q. 64. nu. 3. Gom. q. 24. col. 2. de trien. poss. Rebuf. prac. benef. tit. de permut. nu. 12. & infrà, sed an his permutationibus sit locus, l. 2. de resein. vend. si aderit deceptio vltrà, vel citrà dimidiam; vide Couat. loco cit. nu. 3. & quia solent fieri simulatæ, & fraudolentę beneficiorũ permutationes, huic mor bo

bo prouidit Pius IIII. Bul. 144. quæ incipit, Sanctissimus, & Pius V. Bul. 58. quæ incipit, Quanta Ecclesiæ.

Sextò,an excuset immemorabilis consuetudo à residentia,respondetur a Sac.Congr.Declar.463.in meis,in hæc verba:Sanctissimus Dominus noster, ex sententia Congregationis Concilij declarauit, immemorabilem consuetudinem non excusare a residẽtia in Ecclesijs Cathedralibus,& Collegiatis insignibus,in Collegiatis autem insignibus posse excusare,dummtamen sint rurales prorsus destitutæ, aut in quibus nunquã antea supra hominum memoriam,solitum esset residere, aut cuius adeò tenues redditus essent,vt Canonicos,aliundè non habentes unde viuant,alere non possent.

Septimò,an liceat Episcopo se absentare ab Episcopatu suo, etiã propter ppetuũ morbũ, respon-

respondetur, quod non ita Sac. Cong. declar. 392. in meis, & c. 1. Sess. 6. & ca. 1. Sess. 23. de refor. Sacri Conc. Trid.

Octauò, quando residentia excuset propter inimicitias, vide in ver. priuatio, §. 4. dub. 1. & in ver. inimicitiæ, § .2.

Nonò, quando excusetur a residentia propter infirmitatem, vel propter senectutem, respondetur a Sac. Congr. Declar. 51 ?. in meis, in hæc verba: Si ibi non adest copia Medicorum, vel medicinarum, potest per Episcopum dari dilatio trium, uel quatuor mensium, vt egrotus in locis vicinioribus curetur; senectus autem non excusat a residentia, sed debet poni Vicarius idoneus cum assignatione congruæ portionis ex ipsius parochialis redditibus.

Decimò, de residentia Episcopali, & de residentium priuilegijs, & non residentiũ pęnis, vide Pium IIII. Bul. 17. quæ incipit: De salute gregis. & Bul. 115. quę incipit; In supremo, & cõtra non residentes, procedit Auditor Cameræ Bul. eiusdem 123. quæ incipit: Cum tam per.

Vndecimò, Causæ rationabiles dispensandi in casu residentiæ enumeratur multæ a Gemin. in c. licet Canon, §. super residentia, de elect. lib. 6. Prima causa studii, & maximè Theologiæ. Secunda, intemperies aeris: Tertia, infirmitas: Quarta, inimicitia: Quinta peregrinatio. Sexta, seruitium Papæ: vide Rebuf. loco cit. superius, §. 2.

Remissio reorum.

SOLET interdum inter Metropolitanum, & suos Suffraganeos, & inter ipsos Suffraganeos, & Iudices Ecclesiasticos, ac temporales, sæpe controuerti, circa remissiones delinquentium, ideo pro praxi magis quotidiana attingam quædam, quæ sunt in usu frequentiori.

SVMMARIVM.

1 *An si quis deliquerit in Diœcesi alterius, & post confugit ad Diœcesim suam originariam, teneatur Iudex originis remittere reum ad iudicem delicti.*
2 *Quando fiat remissio Clerici capti a iudice Sæculari ad iudicem ecclesiasticum.*
3 *An Eps posset citare suum contumacem extra suam Diœcesim sine licentia illius epi.*
4 *An ratione contractus posit quis, uel debeat remitti ad locum contractus.*
5 *Cuius expensis fieri debeat Clerici remissio.*
6 *An episcopus posit repetere clericum suum ab alio detentum.*
7 An *fiat remissio etiam in ciuilibus, uel quando de crimine agitur ciuiliter.*
8 *Si quis petat a Principe remissionẽ, uel gratiã alicuius delicti, non facta mentione se prius obtinuiße aliam remissionem seu gratiam similem similis delicti, an ualeat.*

AD PRIMVM, præmitto, multis modis sortiri forum, glos. in c. 1. 3. q. 6. & in c. fi. de foro compet. & c. 1. §. contrahentes, eod. lib. 6. & dico Primò, quod remissio non debet fieri, nisi iudex delicti petat remissionem, in Authen. vt nulli iudicum. collat. 9. §. si quis verò comprehensarum, c. 1. de raptor. & Clem. fin. & ibi glo. in ver. de more, de re iud. Couar. pract. q. c. 2. nu. 4. ver. 20. & n. 5. versi. 3. Diaz Pract. Crim. Can. c. 8. 9. & 10. Boss. tit. de foro comp. a nu. 46. Penga. Com. 33. in 3. par. Direct. Inquisit. nu. 132. dico Secundo, si non petitur ista remissio a iudice delicti, non tenetur Iudex, qui detinet reum, illum remittere, Bal. & alii in l. 1. C. vbi de crimine agi oportet. Anon. in c. 1. n. 8. de raptor. Abb. in c. vlt. col. 8. de foro comp. & in d. c. 1. nu. 9. de raptor. & ibi Fely. col. 8. Guid. Pap. q. 102. Hyppol. in practica, §. opportuno, nu. 33. Couar. lo. cit. versic. 4. Dico Tertiò,

Tertiò, potest iudex remittere reum, et si non petatur ex quadam vrbanitate, ad iudicem delicti, Panor. in consi. 24. lib. 1. & Doct. lo. cit. & iuxta has duas Conclusiones intelligitur declaratio Sac. Cong. 138. vbi dicit, presbyter delinquens in sua diœcesi, si in altero loco reperiatur debet remitti ad suum Episcopum; Dico Quarto, quod non tenetur iudex remittere reum, etiam petente Iudice delicti, quotiescunque per sententiam ipsum reum Iudex, qui præuenit, condemnauerit: Salic. in l. 1. C. vbi de crim. agi oport. Bal. in l. exequutorem, C. de exeq. rei iud. nu. 27. Marian. in c. 2. nu 8. de raptor. Afflic. in Constitutione Regni, Rub 41. nu. 12. Couar. lo. cit. nu. 6. ver. 6. Cassan. in Cōsuet. Burg. Rubr. 12. nu. 19. quia remissio fit de condemnando, & nō de condemnato. Dico Quintò, nec tenetur remittere iudex ipse, qui præuenit in citatione reali, seu captura, & in causæ cognitione; Iac de Rauenna: & Alber. in l. hæres absens, §. si quis tutela, nu. 8. ff. de iudi. Iac. de bello viso, in repet. §. contrahentes, nu. 121. Ancha. in c. postulasti, nu. 14. de foro compe. & in c. 2. nu. 8. de Constitu. lib. 6. Couar. loco cit. quamuis in dictis in 4. & 5. Conclus. contrarium uideatur tenere Boss. loco cit. nu. 48. & Citat. Fely. in c. fin. de foro compet. & Maria. Socin. in cap. postulasti, ver. 9. ad 3. Alex. in l. a Diuo Pio, §. sententia, col. 4. ver. & sic erit Conclusio, ff. de re iudi. & hoc solum, quo ad exequutionem sententię datę a Iudice domicilij, seu originis, non quo ad sententiam: tamen tenendum est, quod dixi, nam quamuis opinio Bossij sit vera, tamen loquitur de exequutione sententiæ, & non de sententia, præterea quia regulariter eiusdem Iudicis est, ferre, & exequi sententiam, pro dicto Boss. videtur facere Innoc. in c. ex ore, de priuileg. & si possit intelligi iuxta dicta, in 1. & 2. concl. Dico septimò, huic remissioni est locus in criminibus grauibus, & in his, quæ leuia non sunt, Cyn. in Auth. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi opor. Anchar. loco cit. Capel. Tolosana, q. 319. gl. in c. fin. de foro comp. in ver. ratione delicti, vbi dicit, & si crimen graue sit, Couar. loc. cit. nu. 7. ver. 8. vide Boer. decis. 29. ubi tractat de hac remissione reorum, & Vinc. de Franc. decis. 88. nu. 50. dicit nō esse locum remissioni ad Iudicem delicti, quando iudex domicilij, & originis præuenerit in cognoscendo, & ita fuisse decisum ait, imò nec in leuib. fit remissio, etiam iudice delicti inquirente, Addit. ad Abb. Litera L. & allegat l. desertorem, allegatā a gl. ibi.

Hic accidit casus quotidie practicabilis: Clericus quidam alienigena commorans Neapoli, facit delictū aliqd, capitur a Curia Vicariæ ad hoc, ut doceat de Clericatu Archiepiscopalis Curia Neapol. petit remissionē rōne delicti, & Clericatus, dubitatur, an iste Clericus (dum ista pendent) si aufugeret in patriā suā, possit a Iudice originis castigari? rńder, Primò, non posse, quia non petiit eū remitti; Secundò, si ipse Clericus sponte se constituerit corā Iudice originis, ad euitādū pęnā iudicis delicti, q tunc si fuit punitus a Iudice delicti sufficiēter, nō pōt eū punire iudex originis: Ratio est: quia rōne delicti, domicilij, & originis, est qs propriè subiectus, c. ex parte, c. delicti, c. cum contingat, de foro comp. Couar. lo. cit. nu. 6. ver. 6. Diaz loco cit. c. 8. & Couar. lib. 2. c. 10. nu 6. ver. 2. Mara. 4. p. dist. 1. nu. 20. & infra. si vero ille fuisset insufficienter fm qualitatē delicti castigatus, tunc posset Iudex originis eū punire, argu. c. felicis, in fine, de pęn. lib. 6. c. P. & G. de offic. deleg. vide Boer decis. 270. vbi multa de hac materia, Gui. Pa. q. 202. num. 4. vbi habes pulcherrima pro hac practica, & Iudex delicti præueniens citatione verbali, possit cognoscere, & petere reum, qn̄ Iudex originis præuenit in captura, & ibi ponit sex conditiones requisitas in remissione reorū, & septimā ibi addit, Addit Gem. in c. Romana, §. contrahentes, de for. cōp. & adde, qđ qn̄ remittitur Clericus a Iudice Laico ad Epm, dēt honestè, & non ignominiose remitti, Boer. decis. 303. alias pōt puniri Iudex Laicus, sic remittens cū ignominia aliqua, uide pro hoc casu in terminis Vinc. de Franch. decis. 37. per totam, vbi Clericum Consentinum delinquentem Neapoli captum a Curia Vic. & petitum a Curia Archiepiscopali Neapol. & Consentina, potius remissum fuisse Curiæ Archiepiscopali Neapol. quā Consentinę a Curia Vicar. ostendit. Octauò remissio hæc habet locum, etiam in crimine hæreseos, ratione criminis,

vel

vel originis, Couar.prac.q.c.10.nu.12.usque in finem.

AD SECVNDVM, vide quę dixi in ver. Clericus, §.3.4.5.6.7.& 8.

AD TERTIVM, Syluest.in Sum.in ver.excommunicatio, 2.nu.10.dicit, quod sic, & glos.in d.§.contrahentes, in 3.notab.& Foller.in prac.crim.4.p.3.p.nu.2.10.And.in d. §. contrahentes, Cyn.in l.fin.ff.de iurisdict.om.iud.Couar.d.c.10.nume.7. ver.cæterum, per multa dicit hoc non posse fieri, & Maran.6.par.tit.de cir.nu.40.& Afflic. in Constitut. Edictorum, 4.par.circa medium, isti omnes dicunt, non posse iudicem unius territorij citare aliquem Reum suæ Curiæ in alieno territorio latitantem, vel commorantē, sine licentia iudicis illius territorij. Bene tamen omnes dicunt, quod iudex ille requisitus, teneatur exequi illam citationem, alioquin potest haberi recursus ad suum superiorem, ut eum ad id compellat, Couar.& Maran loco cit. vide Bal.in Marg.Innocen. in versi iudex, & Innoc.in c.licet, de foro compet.& si iudex illius territorij ad requisitionem alterius, negligit citare reum, tunc ille iudex extra territorium suum poterit citare illum. Bar.in Extrauag.Ad reprimendam, in versi.per edictū, vide plenius Gom. tract.de neglig.in q.18.de triennali poss Casu 193.

AD QVARTVM, glo.in d.c.de foro comp.dicit, quod in contractibus sit locus remissioni, gl.in d §.contrahentes, dicit, quod non, idem Abb.& Butrius in d.c. fi.de foro compet. & Couar.loco cit.dicit quod sic, quando interuenit iuramentum, tamen dat modum practicandi, vt in citatione inferatur cōtractus, ad hoc, ut iudex domicilij, uel loci, in quo reperitur ille, qui se obligauerat, agnoscat ius legitimæ cognitionis, & petitus faciat remissionem, & sic habet, non sufficere solum contractum ad causandam remissionem, sed vel domicilium, vel residentiam, & quod dixi in contractu iuramento vallato esse locum remissioni, idem dico de obligatione facta in forma Cameræ, per dicta Gallesij in formula, q.2.num.1.& 2.vide Iser.in vsu feud.in Rub.quę sunt regalia, nu. 46.

AD QVINTVM, videto Boer.decis.203.nu.12.vbi dicit, ex mente multorum, quod remissio debet fieri sumptibus Clerici capti, si est soluendo, aut in defectum instigantis, vel Episcopi requirentis, vel fisci, aut alterius iudicis cupientis.

Postremò Clericus homicida ex proposito, & industria, non repertus tempore homicidij, & captionis in habitu Clericali, & tonsura, non gaudet priuilegio fori, & consequēter non debet remitti: Abb.Host.Io.And.& Butr.in c.perpendimus, de sent.excomm. Boer.decis.69.num.17.similiter Titius est Romæ, & mandat homicidium fieri Neap. & sortitur effectum, an ille mandans debeat remitti ad locum delicti, requirente iudice illius loci, pro vtraque parte disputat. Guid.Pap.q.104.tandē concludit affirmatiuè.

AD SEXTVM, R̄ndetur affirmatiuè, ēt inuito Clerico, c.dilectus, & c.si iudex Laicus, de appel.& ibi Innoc.Bal.in l.1.ff.de rei vendi.Fely.in c.licet, notab.vlt.de proba.

AD SEPTIMVM, Cap.Tolos.q.319.tenet quod non. sed uide ibi plura pro practica.

AD OCTAVVM, R̄ndetur, quod gratia non ualet, Nau.consi.1.nu.48.de Consti.Ratio est; quia animus Principis redditur difficilis, per Regulam, qui semel malus.

Regulæ Cancellariæ Urbis.

REGVLÆ Cancellariæ de infirmis resignantib. habent locum etiam in resignationibus, quæ fiunt coram Ordinarijs, Gom.in d.5.q.26.Sylua.tract.de benefi.3.par.q.47.nu.3.similiter, & de Regula de idiomate, Gom.in d.Reg.q.6.

Secundò; an Regulę Cancellarię obligent extra Curiam Romanam? vide eund.in q.2. proœm.Reg.Cancel.

Tertiò, quomodo concedantur in Vrbe, & extra, vide eundem vt sup.col fin.ver.& tamē circa.

Quartò, qn̄ intelligatur dictis Regulis esse derogatum: vide in q.6.proœm.col.1.in fine, & col.4 & q.5.col.1.facit bulla Pij iiij.quæ est 87.& Rebuf.pract.benef.tit.de forma, in vers.non obstantibus, & in ver.vel assequutionem.

Quintò,

Quintò, quando obligent Sanct. Romanæ Eccles. vide Gom. ubi supra, q.5.
Sextò, sententia lata contra Regulas Cancellariæ, an teneat, vide eund. q.5. col.4. & q.4. de ann. possess. & an annullentur acta, & processus fabricatus contra dispositionem illarum, nisi opponatur, vel excipiatur, vide eund. q.9. de impet. benef. per obit famil. Card.
Septimò, Regulæ cancellariæ expirant mortuo Papa, Gom. q.2. proœmiali Reg. cancell. nu.2. Gemin. cons.63. Caputaq. decis.213. parte 2. & decis.41. p.3.
Octauò, Regulæ cancellariæ habent vim legis, & sunt seruandæ, præsertim uiuente eorum conditore, Cap. Tolos. q.444. & ibi Addit.

Rotæ Tribunal Urbis, seu decisiones ipsius.

ROTÆ tribunalis decisiones faciunt communem opinionem, Gom. q.2. in proœm. Reg. Cancell. col.8. ver. quarto, pro ista opinione, & q.5. ibidem, ubi dicit, stylum Rotæ haberi pro lege, & ire contra ipsum, est instar sacrilegij, idem in c.1. nu.49. de iudic. li.6. facit l. nemo, C. de sent. & l. fin. C. de legi. Afflic. dec.383. nu.8.

Rector.

RECTORES Ecclesiarum possunt compelli ad reparationem Ecclesiarum, de redditibus beneficij, si supersunt, Pan. in c. ad audientiam. nu.1. & infra, de Eccle. ædif. vide in uer. visitatio, §.3. uer. sed dices.

Recursus.

PRIMO, à Suffraganeis ad Metropolitanos, uel ab inferiorib. ad superiores, multis modis haberi potest recursus, & circa Confessores, vide in uer. Confessores. §.7.
Secundò, de absentatione, uide in uer. residentiam, §.2.
Tertiò, in appellatione, uide in uer. appellatio, §.1. & in uer. Archiepiscopus.
Quartò, in institutione, uide in uer. ius patronatus, §.8. dub.3.
Quintò, in causis inter Episcopos Suffraganeos, & eorum subditos, uide in uer. Archiepiscopus, & in uer. appellatio, §.16.
Sextò, circa assensum præstandum: vbi negari nō pōt? uide Pan. in c. auaritiæ, n.6. de pbē.
Septimò, per modum querelæ, uide in uer. appellatio, §.27.
Octauò, quibus causis, etiam sine appellatione? uide ibidem, §.13.
Nonò, in reprobatione examinanti in examine per concursum, vel alias? uide in uer. parochia, §.2. dub.9.
Decimò, in litteris dimissorialibus uide in uer. dimissoriæ, §.10.
Vndecimò, in licentijs causa studij, uide in uer. studium. §.1.
Duodecimò, in deuolutione beneficiorum, uide in uer. beneficium. §.2. Foller.2. & §.3. cōclus.3. Abb. in c. ex parte, nu 17. de conces. præb.
Decimotertiò, in deuolutione iuris patronatus, in uersic. ius patronatus, §.8. dub.3.
Decimoquartò, ratione negligentiæ Suffraganeorum, uide Abb. in c. ex frequentibus, n.4. de instit.
Decimoquintò, in notorijs, uide Abb. lo. cit. nu.10. c. Romana, §. notoria, de cens. lib.6.
Decimosextò, in uisitatione ob negligētiā Capituli sede vacāte, Ab. in c.3. n.7. ne sede vac.
Decimoseptimò, in donatione iurispatronatus, vide c. nullus, & ibi Abb. nu.2. de iure patrona. & Addit. Zachar. in littera B.
Decimooctauò, præsentatus in iure patronatus, a reiecta præsentatione, uide Abb. in ca. pastoralis, nu.5. eo. tit.
Decimononò Abbatissa, & cōuentus, si Episcopus præciperet ei ut recipiant aliquā Monialem, ꝗ a ex hoc pcepto posset appellare, uel ad Metropolitanū, vel ad Papā Calder.

conf.16.de Regul.Nauar.conf.9.nu.12.de Constit.

Vigesimo, in prerelatione, siue diuturnitate causarum, non expeditarũ ab ipso Suffraganeo propter cām aliquā irrationabilē, Gemi.in c.1.uer.l. consuluit tñ, de suppl.neglig. prælat.lib.6.

Vigesimoprimò, in actib.gestis ab Epo simul cũ Capitulo, qñ Eps esset de capitulo, & tā capitulũ, quā ipse Eps esset negligens, uel aliquid perperā faceret, tũc pōt hři recursus ad Metropolitanũ, uel ēt per remediũ appellationis, & habui in facto, dũ essē Vicarius Surrenti de anno 1583. dum Canonici Massę lubrensis tractando, quædā cũ Vicario electo à capitulo, quia tunc uacabat Sedes Epalis, & vicarius simul cum Canonicis tumultuati sunt, tunc ego, & Archieps Surrētinus carcerauimus eos, & castigauimus, uide Gemin.in c.2.uers. sed pro cuius, de Consuetud.li. 6. facit c.irrefragabili, §. fin.de offic.ordinar.

Vigesimosecundò, à denegata dimissoria ratione studij alicui beneficiato curato habili, ita Gem.in c.cũ ex eo, uer.quæro quia, de elect.li.6 ubi dicit, qđ tenetur Eps dare hanc dimissoriā personæ aptę ad studiũ, & non subest cā legitima ad denegandam eam.

Rumor.

PRIMO Rumor, notorium, manifestum, & publicum, quid sint, & quomodo differat, vide præter alios Abb.in cap.uestra, nu.12.cum sequent.de cohab.cler. & mul. & in cap.tua nos, eod. ti.& Nauar.capit.27.nu.250.notab.100.Inno.in capitulo, tua nos, n. 1.& seq. de coha.cler.& mulier.

Secundò, Rumor quandoque inducit indubitatam probationem ueritatis, Doc.text. & gl.in d.c.uestram, Gemin.in c.ubi periculum, §.quia uerò, notab. 2. de elect. & sic de alijs, quando per testes de uisu non possunt haberi, sed cum alijs iunctis.

sponsalia.

PRIMO, sponsalia, ut possint contrahi, requiritur ætas septem annorum impletorũ, vel sufficit inchoatle, c.literas de sponsalibus, Couar.de sponsali.1.par.c. 2.nu.2. sed si malitia suppleret ætatem, posset præueniri hoc septennium. Glos. in c.iuuenis, in uer. dubia, eo tit. Couar.ibidem, num.1.c.de illis, il secundo, de desponsat.impub. & hoc ēt ampliatur ualere in matrimonio contrahendo per uerba de præsenti, Couar. secunda p.c.5.num.3.loco citato.

Secundò, quando uerò non dicatur quis proximus pubertati, ad hoc, ut possit matrimonium contrahere, arbitrarium esse iudicis, ait Couar.ibidem, nu.5.ut si defecerint pubertati solum sex menses, ca.continebatur, de desponsat.impub.glos.in c.attestationes, in uer.circa, eodem tit.& Iudex potest ex aspectu pronunciare super ætate, cum hoc sit ei arbitrarium, Grammar.decis 48.nu.18.

Tertiò, ex sponsalibus olim oriebatur impedimentum publicæ honestatis, usque ad quartum gradum, c.sponsam, de sponsal.Syluest.in uer.matrimonium, 8.num.14.uer. quartum, hodie tamen per Conc.Triden.sess.24.c.3.de refor.matr.reducitur usque ad primum, & quando sponsalia essent valida, secus si nulla.

Quartò, sponsalia dicuntur inualida. Primò, quando quis contrahit sponsalia ante ætatē requisitam in illis: Secundò habens votum solenne continentiæ. Tertiò quando sub conditione, si dissoluerentur ante illam subsequutam, modo conditio non sit impossibilis, aut turpis: Quartò, quando contraherentur cum persona incerta: Quintò quādo deficeret consensus alterius: Sextò si matrimonium esset contractum sub conditione si interim contrahatur, tamen purè cum alia licet sit consanguinea primæ, tenet secũdum mřimoniũ, Sylua.in uer.mřimonium, 3.§.... & uer.matrimonium, 8.§.14. ver.2.

Angel.

Angel.in uer.matrimonium imped.14.Septimò,non solum in sponsalibus nullis, sed in matrimonio nullo,nullum est impedimentum, quicquid dicat Staph. de litt. grat. f.134.nu.10.Nauar.c.27.num.57.Octauò, quando contrahitur a parentibus pro parte filiorum,siue legitimæ ætatis sint,siue non,nisi expresse,uel tacitè consentiant,vel nisi sint præsentes,& non contradicũt,uel absentes,& postquam eis innotuit, cõsenserint, Nauar.lo.cit.& Sot.4.Sent.dist.41.q.vnica,ar.2.& Angel.lo.cit.nu.2.Nonò de sponsalibus,& matrimonio clandestinè contractis nullum oritur impedimentum,quo ad forum conscientię.Nauar.loco cit.nu.58.

Quintò,in sponsalia transit matrimonium contractum inter impuberes, vel ex altero impubere,& altero pubere,c.vnico,§.1.de desponsat.impub.lib.6. Couar.de sponsal. 1.par.c.3.per totum.

Sextò,sponsalia quibus modis dissoluantur,uide Couar.de sponsal.1.parte, c. 5. Syluest. uer.sponsalia,§.10.

sportulæ.

SPORTVLÆ, vide in uer. trigesima.

sententia.

PRIMO,tria esse genera sententiarum,ait Mara.6.par.tit.de sentent.a nu. 23.& infra, de quibus ibi uideto,sed Abb.in Clem.1.nu.2.de sequestr.fruc. & possef.dicit melius, & hæc conferunt pro intellectu Sac.Concil.Trid.sess.24.c.20.de refor. & sess.13. ca.1. de reformat.uide Bal.in Marg.Inn.in uer.Sent.tria sunt,&c.

Secundò,sententia interlocutoria potest reuocari a iudice,qui eam tulit,c.cum cessante, de appellat.& ibi gl.& hoc non solum post decem dies, sed vsq; ad sniam diffinitiuã, gl.in c.nostri,in uer.renouare,de elect.decis.Rotæ.3.de offic.Vic.& ibi Addit.Syluestr. uer.snia,nu.8.§.6.Mara.6.p.de sent.nu.7.gl.in c.fi.de appel.li.6.iuxta finem,hoc etiam valet in Tribunali,seu in causis inquisitionis,seu Religionis,Direct.Inquisit.3.p.titu. de appell.& ibi Penga.Com.31.Hoc tamen fallit primò, qñ snia interlocutoria fuerit confirmata per duas alias snias,Mara.ibid.n.9.Fallit 2.qñ interlocutoria hẽt vim diffinitiuæ,Abb.in d.c.Cum cessante,col.3.Capyc.decis.1.nu.25.cætera vide in uer.appellat.Fallit in sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ,quia non potest recitari, ut interlocutoria:Gem.in c.fin.uer.ex prædictis posset,de ele.li.6.si fuit lata super principali deducto,idest,quòd erat principale petitũ,& finitũ iudiciũ,secus verò, si sup incidẽti,qa tũc licet respectu illius posset dici hr̃e uim diffinitiuæ,tñ,nõ quo ad totã cãm.

Tertiò,quando in antiquioribus præsumatur intersuisse sententia,siue decretum,siue auctoritas Iudicis,uide in uer.iudex,n. 17.

Quartò snia in beneficialib.nunq̃ transit in rẽ iudicatã,quo ad præiudiciũ superioris,sed benè,quo ad p̃iudicium partiũ,ca.cũ Bertoldus,de re iud.Abb.in c.1.de concess.p̃ben. & quot modis sententia non transeat in rem iudicatam,vide Marant. 6.p. tit. de sent. a nu.130.& infra,uide in ver.ius patron.dubit.4.

Quintò in sententia iudex põt sibi reseruare diminutionem,declarationẽ, siue moderamen illius,Couar.prac.q.c.34.in fi.Rebuf.pract.benef.in for.Vic.nu.136.Sylua.tract. de benef.4.p.q.7.num.5.

Sextò sententia diffinitiua de iure non requirit subscriptionem Iudicis,sed sufficit, quod in scriptis lata fuerit,& per Iudicem lecta.Caputaq.decis.139.p.3.

Septimò,sententia in fauorem reorum inquisitorum transit in rem iudicatam,Bul. Pij V.27.quæ incipit,inter.

Octauò, Sniç duę cõformes ĩ causis fabricę S.Petri de Vrbe faciũt rẽ iud.Pius V.Bul.97.

Nonò,Sententia excõ.nunicationis,suspensionis, uel interdicti, nõ trãsit in rẽ iudicatã,

quia etiam post mille annos,potest retractari.Addit.ad q.289.Cap.Tolos.

Decimò,sententiarum trium cōformium non retardatur exequutio, nisi causa nullitatis, sed nec tunc quando exequutio est retractabilis,vel calumniosa.Cap.Tolo.q.430. & ibi.Addit.& melius copiosè in q.54.& quando dicantur tres sententiæ conformes,vi de Couar.pract.q.c.25.per totum,quod locum hēt etiā in tribus snijs interlocutorijs conformibus,gl.in Clem.1.in ver.sententias,de re iud.Couar.loco cit.nu.3.

Sepultura.

PRIMO,ubi quis debeat sepeliri,non eligens sibi sepulturam, uide Syluest. in uer.sepultura,num.8.ubi habes multa,& habui in facto,dum essem Vicarius Compzæ, & litigabatur, an filius minor,siue impubes, siue infans, esset sepeliendus in sepultura Aui,uel Patris,& fuit sententia tum,quod in sepultura Patris,c.is,qui.§.mulier, de sepultura,lib.6.gl.ibi,in ver.uel parochiali,Sylue.lo.cit.ver.7.Abb.in c.1.nu.5.de sepult. Oldrad.cons.25.Io.Andr.in Nouellis,& Gem.in dicto ca.nu. 9.hinc fit, minorem quatuordecim annorum non posse sibi eligere sepulturam,c.licet,& ibi Ancha. nu. 1. de sepult.lib 6.& generaliter quilibet Adultus,& discretus potest eligere sepulturam, Inn.in Rub.de sepult.initio Sac.Cōg.Declar.217.in meis,cēsuit in hæc verba, vnusq; que pt sibi sepulcrū quodcūq; voluerit eligere,mō quartā funeris parochiæ suæ psoluat.

Secundò,an,& quando uendi posset sepultura? vide eund.Syluest.lo.cit.§.2. Angel. eodē ver.§.1.Sylua.tract.de benef.4.p.q.6.nu.5.iuxta medium,ubi dicit,tūbā,seu sepulturā, destinatam pro sepultura,posse vendi,per gl.in c.abolendæ,de sepult. imò Inn. in d. c. nu.1.dicit,q; sepultura pōt vēdi,anteq̄ cōsecrata sit per Pōtificē,uide Anch. in ca. alma mater,nu.14.de sen.exc.lib.6 Host.in Sum.tit.de sepult.§.quid si sepultura, dicit, posse vendi,qn̄ in ea nullus sepultus fuerit,quia per hoc fit locus religiosus,c. questa, & c. postquam,13.q.2.similiter terra,in qua fit sepultura,uendi potest,si aliàs sacra nō fuerit,Addit.ad Host.in Sum.litera,C.sed non potest uendi dominium,nisi solum proprietas,& usus,Nau.cons.1.de sepult.

Tertiò,quid debeat pro iure sepeliendi solui? attendenda est locorum consuetudo, nam alibi aliquid,alibi nihil,nisi quarta funeralis,de qua in uer.legatum,& in uer. quarta, Concil. Trid.sess.25.c.13.de refor.Syl.lo.cit.uer.tertia,glos.in d.c.abolendæ, in uer. exigere; faciunt,quæ notantur a Nauar.c.23.nu.106.Sot,li.9.q.7.art.1. circa medium, de iust.& iure,Caiet.in Sum.in uer.Symonia.

Quartò,sepultura,licet per priuilegium concedat libera,tñ nō tollit pp hoc quarta canonica debita Curato,Pan.in c.certificari,col.3.nu.10.de sepult.Rebuf.tit.de differ.inter priuil.Rescrip.& Manda.nu.17.& an possit concedi ab Episcopo ius sepeliendi Ecclesiæ,quæ non habet populum,uide Abb. in c.certificari,nu.8.& 9.hoc titulo.

Quintò,sepultura non debet negari excommunicato confesso, licet non satisfecerit. Bal. in Marg.Innoc.in uer.sacerdos,q.2.idem tenet Cap.Tolos.q. 368. & ibi Addit. etiam si esset publicè excommunicatus,& fuerit absolutus in foro pœnitentiali.

Sextò,an omnes cooperantes,associantes,vel officiantes in funere,vel ad sepulturam excommunicati,sint excōmunicati: respondetur,qd sic.Cap.Tolo.q.327. & ibi Additio.

Septimò,nō oīs ecclesia hēt cœmeterium,nec sepulturā,sed q̄ hēt populū, vel ex priuilegio,& ita non potest in alijs eligi sepultura,Innocent.loco citato.

Octauò,an Ecclesia debeat habere aliquid pro iure sepulturæ,respondetur,quod sic.Inn. in c.1.& in c.relatum,nu.3.de sepult.

Salarium:

PRIMO,debetur seruienti pro rata temporis,quo seruiuit,fallit in mortuo, quod non debetur ad hæredes,si moritur infra annum,uide alias limitationes tam de Aduocato,de Doctore legente,q̄ de famulis,& de officia lib.Capyc. dec 125.& Syluest.in uer. familia,

familia,nu.4.§.2.
Secundò,salaria quæ dantur exercentibus aliquod ministerium in causa,puta Notarijs, uel Magistris actorum,Iudex potest determinare e statutum,§.notarium, & ibi Gem. de Rescript.lib.6.

Strigæ, siue Lamiæ.

PRIMO, quod eant in corpore,& uiuæ noctis tempore, videto Sylue. in uer. hæresis tertio per totum,& in toto opere de strigi.Bart.spineum in apologijs de hac materia, Cast.lib.1.c.16.de iust.hæret.punit.Laur.Anan de natura dæmon.Nau.c.2.nu.38. Tabiena.in uer.Diana,per totum,Grill.in opere suo,de Malefic.
Secundò,quod interdū solum vadāt imaginariè,& phantasticè,hr in c.Episcopi,26.q.5.
Tertiò,curare debent locorum Ordinarij ad istas insectandas, quia corrumpunt totum orbem,& labefactant animas fidelium,cum subiaceant eorum iurisdictioni, & tan quam iudicibus Ecclesiasticis,& tāq inquisitorib.Syluest.lo.cit.n.10.§ 8.Cast.& alij.
Quartò,qua praxi sit utendum in tortura istarum strigimagarum, & maximè, quando non confitentur ex duritia,& auxilio dæmonum? vide Syluest.lib.3. c.3. puncto penult.& ult.de strigibus,Grill.lib.4.c.4.fol.90.& 100.ubi uarias vastitias, & remedia habes,& uerba adiuratoria ibidem.

Superstitio.

PRIMO,non licet portare breuia cum alijs characteribus,præter signum crucis; Syluest.in uerbo,Superstitio,§.10.uersic.quartum,nec annulos, ubi sunt literæ,quæ non cognoscantur,uel non intelligant,Armill.uer.sortilegiū,nu.3.nec noīa inusitata,quasi Dei noīa ineffabilia,Tabien.in uerbo,Sots,§.8.Caiet.in Sum.in uer.superstitio:Secūdò,Astens.lib.1.tit.15.q 2.Mall malef.p.2.q.1.c.16.fol.279. nec uti herbis, lapidibus, imaginibus,carminibus,& alijs huiusmodi,cum obseruatione, Caiet.lo.cit. nec pro dolore sanando dici ad aures equi,aut muli,Pater noster,seu Aue Maria,uel utēdo ver bis sacris scriptis in pelle,vel tali hora,Caiet.in uer.incantatio, Angel.in ver.superstitio,num.7.Grill.lib.2.c.1.& c.6.nu.18.de sortileg.D.Tho.2.2.q.96.art. 2. in corpore. Et ad primum argum.Syluest.de strig.li.2.c.2.puncto 9.f.105.c.nō obseruetis,26.q.7. Can illud 26.q.2 Sym.de Cath.instit.tit.63 nu.19.& infra,Pega com.67. in 2.p. Direct.Inquisit.super q.42.littera C.Nauar.de hor.Cano.c.6.à nu.46.ubi dānat quasdam orationes,quæ vulgo dicuntur super infirmos:similiter non debent portare appensa ad collū breuia,& uerba Euāgelij scripta,vide homil. Henrici sup c.23. Matth.in feria 3.post Reminiscere,Mall.malef fol.323.& sequen.Catechis. Neap. fol. 130. ubi animaduertere studeant locorum Ordinarij:quia vulgò hæc circumferunt, & superstitiosè satis,uide flagellū Dæmonum,c.11.& D.Thom.2.2.q.96.Bartho.Sibilla, Specu.pereg.9.q.9.c.93.declarat.
Secundò,quomodo maleficiū nō sit maleficio expellēdū, sed bn uti arte malefici ad destruendū maleficiū,non tn superstitiosè.i.inducere maleficij ad inueniendū ligaturas vel aliud quid simile,quibus aliquis fuisset ligatus,uel veneficatus, & q hoc nō sit faciendum carminibus magicis,vide Cast.li.1.c.15.de iusta hæret.punit.Grillād.de ma lef.fol 15.& lib.2.q.18.Syluest.li.2 c.10.de strig.Nauar.c.2. n. 29. Caiet.in uer. Maleficium,Mall.malef 2.p.q.2.fol.285.quicquid dicat Ang.in ver.superstitio,§ 13. quia in hoc non bene sentit,vide fust.Dæmonum c.5.pro maleficio destruendo.
Tertiò,solet in quibusdā partib.maris,(& in facto accidit Surrenti)apparere qdā mōstra marina,quæ vulgò vocantur,Feruni,hēnt vngues,& lacerāt retia, & impediūt piscatores,an possint excōicari,abiurari,maledici,& execrari? rndetur, qd non, sed orōnib. ieiunijs,& eleemosinis,sunt expellendi,Nauar.consi. 57. de senten. excommu. & ego habui hunc casum in facto, cum essem Vicarius Surrenti, & associatus a multis presbyteris, perrexi ad quendam scopulum, qui vulgò vocatur lo Veruece

V 3 de

de Massa,& ibi recitatis multis orationibus,cum aqua benedicta,& incenso, impetrauimus à Deo benedicto gratiam, & amplius non cõparuere, & hoc circa annũ 1583.

Sacrilegium.

PRIMO,sacrilegij pœna,& quæ maior,& minor:vide Boer.decis.254.per totum, vbi pulchra habes pro practica iudiciaria,& Diaz in prac.crim.c.81.& 76.& 78. Rebuf. pract.benef.in reg.de dispensat.in gra.prohib.nu.19.

Secundò,quot modis committatur sacrilegium pro practica vide Afflic.in const. multæ leges,a nu.2.ubi etiam habes quod sit mixti fori,sicut adulterium,incestum, & si quis fuit punitus pro sacrilegio à iudice Ecclesiastico,potest etiam puniri à iudice laico.

Tertiò,sacrilegium committitur circa personam sacram,loca sacra,& rẽ sacram, & res, ut primò Sacramenta,vel sacramentalia:Secũdò uasa sacra;Tertiò, uestes sacræ: Quartò,bona mobilia,vel stabilia in uictũ personarum Ecclesiasticarũ.D.Th.2.2.q.99. art. 3.in corp.Sylue.uer.sacrilegium,§.2.& in ver.excommunicatio,7.nu.16.excommun. 8.§.2.n.17.Caiet.2.2.lo. cir.Nau.in Manual. c.17.n.95.Diaz in pract.Cri. Can. c.81.

Sigillum.

PRIMO,sigillum confessionis Sacerdos Confessarius frangens,quas pœnas incurrat, vide c.Sacerdos,de pœnit.dist.6.& c.Omnis,de pœnit.& remis.Syluest.in uer. Confessio,3.nu.4.§.8.& quando intelligatur fractum sigillum Confessionis,uide Nauar.c. 8.per totum,& Soto 4.Sent.dist.18.q.4.ar.5.& 6.& in tractatu de rat. tegen. & deteg. secret.mem.3.q.4.Astens.lib.5.tit.20.Diaz prac.Crim.Can.c. 102.

Secundò,sigilli alterius quanta sit auctoritas,& credulitas,uide Inn.in capitulo 2.de fide instrum.& an probet procurationem,uide Abb.in cap.2.num.3.de solutio.

Societas.

DE hac materia,cum sit copiosissima,sufficit citare Doctores, in quibus poterit quisque cum casus acciderit,uidere.

Primò,quando societas sit usuraria,uide Nau.c.17.n.251.& infra Soto lib.6.q.6.art.1. & 2.de iust.& iure,Mara.in ti.an iudicium sit unin.vel partic.

Secundò,quæ conditiones requirantur in societate,ad hoc, ut sit licita, uide Syluest. in uer.societas,3.§.9.uer.5.Nauar.ibidem,nu.161.D.Anton.2.par.tit.1.c. 17. §.43.

Tertiò,quæ conditiones requirantur in societate circa mercaturas, uide Syluest. in uer. societas,1.S.1.uer.sed ad iustitiam,Astens.lib.3.tit.12.art.5.

Quartò,quæ conditiones requirantur circa soccida,& animalia,siue grossa, siue minuta, siue appreciata, siue non;vide Afflic.decis.58.Abb.in c.in ciuitate,de usur. Com. de contrac.trac.5.q.89.

Quintò,quando teneatur socius,uel conductor de dolo,& lata culpa, uide Ioan. Lopez. in c.per uestras,de donat.inter uir.& uxo.notab.6.§.2.& 12.& 89.Cassan. de consue. Burgun.Rubr.4.§.23.Tabienna in uer.usur.3.

Sextò,quoniam in his societatibus interuenit assecuratio,vel ex parte dantis, uel recipiẽtis,& sic posset plus,minusuè accipi,si simpliciter fierent, vide Couar.lib.3.c.7.num.7. uer.quod item diximus,varia.resol.Syluest.in uer.societas,3.§.7.uer.7. Nau.nu. 260. & 229.& Soto.lib.6.q.13.art.1.conclus.3.nolui transcribere casus particulares, cũ sint propemodum infiniti,& uarij,quos poterunt uideri in Doct.cit.nã intentio mea est, solum tangere magis practicabilia,& non transcribere dicta aliorum.

Septimò,pro his,& alijs huius generis,uide Bullam Sanctissimi Papæ Sixti V.quam de abusibus,& fraudib. huius cõtractus tollendis edidit anno ... die .... põtif. sui anno ...

Octauò,paucioribus concludi potest hæc materia,quod seruatis duobus sp cõtractus,

erit

erit tutus: Primò, quòd capitale non stet in toto, vel in parte periculo recipientis, quo ad casum fortuitum, nisi interueniat contractus assecurationis: Secundò, quòd neutra pars grauetur notabiliter plusquam altera arbitrio boni uiri; Syluest. uer. Societas, 3. §. 9. Nau. c. 17. nu. 261. D. Anton. 2. par. tit. 1. c. 7. & §. 43.

Nonò, potest fieri societas saluo principali cum assecuratione principalis, & diminutione lucri pro parte assecurantis, ut si contingerent assecurato duodecim, soluantur quatuor per assecurantem; Nauar. in c. si feneraueris, notab. 14. nu. 32. 14. q. 3.

Supplicatio, siue signatura.

SI aliquis dat supplicationem Summo Pontifici, pro impetratione alicuius beneficij, idq; impetrat, nondum leuatis Bullis, quæritur, an stante sola supplicatione, posset Ordinarius conferre illud beneficium, (supposito quod aliàs posset) & uidetur, quod non, primò, quia statim, quod supplicatio est signata, incontinenti est ius acquisitum, & gratia est in se perfecta, Gom. in q. 18. col. 2. de infir. resig. Archid. Io. Andr. & alij, in procemio Sexti: & supplicatio dat ius ad rem: idē, ibidem. Nau. conf. 10. n. 2. de iniur. & per solam signaturam potest quis capere possessionem beneficij, Rebuf. prac. benef. tit. de miss. in possess. n. 39. & possessio per solam signaturam potest capi; & gratia Principis per solam signaturam recipit esse, Gom. q. 5. de non iudic. & in Iudice in littera L. dicit, litteras non dare ius in re, neque ad rem: sed ad hoc posset responderi, hoc intelligi de iure communi, secus de stylo, & Reg. Cancell. tamen oppositum habet idem Gom. de expectat. nu. 16. in fine, & 17. vbi ait valere collationes Ordinariorum, factas ante expeditionem litterarum: & hoc confirmat in facto: Ratio est, quia per solam signaturam, siue supplicationem, non expirat reseruatio beneficij, facta à Papa, si antea sibi reseruasset, vel deuoluisset, Conar. li. 3. ca. 16. nu. 2. uariarum resol. Gom. lo. cit. ergo non tribuit ius, nec ligat manus Ordinarij, nec ualet dicere, quod tribuit aliquod ius considerabile per Reg. de non toll. iure quæsi. quia ibi habet locum, quando expedita supplicatione a Papa alter uellet aliam supplicationem impetrare ab eodem, quia tunc nō intelligitur derogari iuri acquisito alteri, secus uerò in Ordinario, facit etiam pro eodem, quod si impetrans uellet uti supplicatione, siue signatura, contra collationē factam ab ordinario, hoc non posset probare, quia obstaret ei regula de non iudicando iuxta formam supp. nec potest Canonizari, cum sit informis, Gom. lo. cita. & Bulla Iulij III. quæ est fol. 534. nu. 33. Declarat. Sac. Congr. 321. Sylua. tract. de benef. 2. p. q. 15. nu. 1. Staph. de lit. grat. f. 203. num. 8. & infra, nec per solam supplicationem, & signaturam dicitur dispositum de beneficio. Staph. lo. cit. nu. 10. & hoc intelligitur de oī supplicatione, & signatura, quod non faciat probationem in iudicio nisi leuatis Bullis siue litteris, nisi dicatur, quod sola signatura sufficiat, Staph. fol. 355. numero 3.

Sed quæritur, quando Bullæ, dicantur expeditæ in Curia, ut ex tunc ordinarius non posset conferre? Respondetur, quod facta fulminatione processus, quia tunc gratia dicitur perfecta, Gom. de expect. nu. 17. & hoc est quando sunt literæ plumbatæ, idē in Reg. de non iud. & c. & in tracta. utri. sig. fol. 87. col. 4. uer. est autem aduertendum.

Nec ualet dicere, quod potestas summi Pontif. est tantæ potentiæ, quod vbicunque, statim ac imposuerit manus, causat reseruationem, seu affectionem, & manus Papæ appositio, facit, quod inferior se intromittere non possit. Felin. quia intelligitur de decreto irritāte, uel qñ cōcedit grām expectat, uel mādatū de ꝓuidendo, ut est videre Gom. in utroq. trac. & Staph. & decretū irritās non hēt locū, siue uires, nisi cōfectis, & expeditis litteris, & non antea, Gom. lo. cit. n. 18. & 19. & Staph. de litt. grat. à n. 14. & infra, uide gl. notab. in c. ueniēs, in uer. renūciasse iuri, de renun. ubi dicit, an, & qñ alicui acquirat ius in bñficio, & p hæc patet ad obiecta, vid Rebuf. vbi s. in fo. signat. in uer. affectū, & de reser. i generalj specia n. 30. & inf. & an, & qñ solæ signaturæ credat, vide

cund.in 3.par.for.sign.in ver.datum,a nu.1.fac.c.institutionis,25.q.2.decis.Rot. 882.q incipit; Nota,quod ubi gratia,in antiquis,& hoc quod dictum est,ampliatur, quod et præsentatio litterarum Papæ facta Ordinario non ligat eius manus,quin alteri,quam illi pro quo scribitur conferri non possit,ita in c.si soli ordinario,de concess. preb.libr.6. & ibi Anchar.nu.1.Glo.in c.dilectus,il 2.in ver.receperit,de præb. Staph. fol.202. nu. 5.& 2.sed illud non est omittendum quempiam in foro conscientiæ posse vti sola signatura.Rebuf.de sign.grat.nu.8.sed secus in foro fori, per regulam de non iudicãdo, &c.sed huic videtur obstare practica, quia quotiescunque Papa confert beneficium, quod pertinebat ad collationem alterius per Indultum Apostolicum,prout est alternatiua,creditur voluisse derogari indulto,seu alternatiuæ alicui cõcessæ quando illud sciebat,& contrarium concessit.Caputaq.decis.83.par.2. Præterea supplicatio sola dat titulum quando non venit canonizanda.Caputaq.decis.235.par.3.& 301. vbi dicit, quod sola supplicatione auctoris iustificatur titulus,vide superius in ver.Bullę,§.10.Sed Gemin.in c.si eo tempore,vers.nam datio,de elec.lib.6.dicit,nam datio executoris ad prouidendum,satis uidetur habere vim reseruationis,& tamen illam non afficit, sine decreto ante præsentationem,vbi videtur comprobari,quod dicitur in c.dilectus,il 2. & ibi Glo.in ver.receperint,de præben.lib.6.& ibi Anchar.nu.1.

Suffraganei.

PRIMVM,an teneatur ad Metropolitanum accedere extra celebrationem Concilij Prouinc.respondetur Primò,quia id clarè habetur ex Conc.Trid.Sess.24.c.2. de refor.Secundo,quia ita censuit Sac.Congr.declara.140.Tertiò,quia ita Rescriptum fuit Archiepiscopo Cusentino de mente Sanctissimi Domini ab ead.Sac.Congr. sub datũ Romæ,die 19.Nouembris 1588.& hoc ampliatur,quod nec accedere ad præstandam obedientiam,nec personaliter,nec per procuratorem,nullamq. consuetudinẽ obstare.

Subsidium caritatiuum.

PRIMO,à quo possit imponi.

Secundò,an possit præscribi.

Tertiò,qualem possit Episcopus ponere.

Quartò,quibus ex causis.

Quintò,à quibus exigi possit.

Sextò,an compelli possint subditi ab ipsomet Episcopo,per censuras Ecclesiasticas? super hoc vide Boer.dec.133. 134.135.& 136.vbi ista omnia habes sigillatim. Clem.fin. & ibi gl.in ver.in exigendo,& Abb.nu.2.& 10.Fran.de Pauinis,tract.de charita.subs. quia intentio mea est non transcribere.

Septimò,quantum debet taxari pro isto subsidio charitatiuo;vide Afflic. decis.136.

Octauò,quomodo,& quando debeatur a vasallis domino,pro maritanda,seu monachã da filia,vide Vinc.de Franc.decis.42.vbi alio vocabulo vocat illud adiutorium, & decis.73.76.& 131.

Nonò,an inferiores Prælati hoc possint exigere,vide Panor.in c.cum Apostolus,nu.6.de cons.Arch.in c.si.34.dist.& an monasteria ad hoc teneãtur, Abb.in ca.num.6. de stat. monach.

Decimò,subsidium charitatiuum potest Episcopus exequi, non obstante appellatione confratrum negantium soluere illud,si confratres sint de loco pio.Caputaq. decis.328. 1.parte.

Vndecimò,an à solis beneficiatis verum etiam ab illis,qui sunt promoti ad sacros ordines ad titulum patrimonij possit episcopus exigere charitatiuum subsidium, respõdetur quod sic.Nau.in cons.5.de cens.

Duodecimò,an exigente necessitate possit Episcopus petere a clericis suis subsidium charitatiuum,respondetur quod sic.Nau.cons.2. de censi.

PRIMO

Succeſſor:

PRIMO, ſucceſſor in dignitate poteſt reuocare male alienata per prædeceſſorē ſuum, Abb.in c.Epiſcopi,nu.1.de reb.Eccleſ.non alien.adde deciſ. Caputaq. 245. 1.par.& ſic dicit tentum fuiſſe in Rota anno 1552.die 18 Ianuarij.

Secundò,quando teneatur ſtare contractui facto per prædeceſſorem,vide in ver.alie.§.3. Conc.13.

Tertiò,quando ſucceſſor teneatur pro facto ſui prædeceſſoris,vide quæ dixi, & allegaui, ubi ſupra.

Quartò,an teneatur ſoluere debita contracta per ſuum prædeceſſorem,videtur quod ſic, in cap 1.de ſolut.& in c.ex præſentium,de pignor. & ibi Abbas, tñ dr̄ quod non, ēt ſi nomine Eccleſiæ.Nauar.tract.de ſpol.§.12.nu.6.niſi pro neceſſitate,prout ibi,nu.7.

Quintò,an & quando ſucceſſor in beneficio teneatur ſtare alienationi contractui ,pmiſſo,ex facto ſui prædeceſſoris;vide per extenſum Redoan.tract.de reb.Eccle.non alien. q.57.per totum,& etiam mandatum factum per Papam ſuo prædeceſſori, exequi ibidem nu.91.

Symonia:

QVamuis,in ſpiritualib.& beneficialib.pacta fieri prohibeantur,c.fi.de pact.quia tāquam illicita reprobantur in tot.tit.de ſym.Rebuf.in prac.benefic.cap.quot modis benef.acquirantur nu.16.& in tit.de permut.num.52.& 53.& in tit.de nou.prouiſ. & ſimpl.nu.29.tñ ubi facta ſunt,vt a lite recedatur,pacta illa tolerantur, & rota mādat, ſeruari,vt aſſerit Gom.in q.2.in reg.de ann.poſſeſſ.col.3.Sylua.tract. de benef. 4.p. q.7. nu.2.ver.55.c.de cætero,de tranſact.& c.ſuper eo,ibidem, vbi dicitur poſſe fieri amicabilem compoſitionem,gl.in c.ſi qñ,in verſi.tranſactione,de offic.delega.vide omnino Innoc in d.c.de cetero,nu.3.facit c.niſi, de præb.& Abb.in c.dilectus filius, num.2.de præb.Hoſt.in Sum.tit.de pact.§. & de quib. nu.5.ratio eſt,quia pacta quæ fiunt iuridicè ſymoniaca haberi non poſſunt,Innoc.in c.cum M.Ferrar.nu.5.de conſtit. Nau.cōſ. 44.nu.2.de ſym.ubi dat aliam rōnem,nempe quia id recipitur pro recuperandis expēſis,& non venditur ius,quod prętendebatur,& conſi.3.de ſoluto,& conſ 43.de ſymon. Hoſt.in Sum.tit.de tranſact.§.& in quibus,nu.4.c.ex litteris,c.veniens, eo.tit. quia qñ fit auctoritate iudicis,eſt realis,qñ ſine illa, eſt perſonalis,& cum perſona extinguitur.

Primum dubium:Duo fuerunt præſentati a duab.part. patronorum, alter miſit Romā, pro impetranda inſtitutione a Sum.Pontifice,quia Archiepiſcopus non bene cum illo ibat:alter inſtitutionem petebat a prefato Archiepiſcopo,& ſic lis orta eſt inter præſentatos ipſos,qui miſerat Romam volebat cedere liti, ſed petebat expenſas per ſe factas:dubitatum fuit,an pars aduerſa poterat eis ei ſoluere,abſque vitio ſymoniæ:& videbatur,quod non,c.niſi,de præb.c.clerici,& c.cum pridem,de pact. c.dilectus, il 1. de ſym.tamen his,& alijs non obſtantibus licet poterit fieri amicabilis compoſitio, ſeu tranſactio,vt inſtitutus ab Archiepiſcopo ſolueret ei,qui Romam miſerat,expenſas ab eo factas,ita Gom.loco cit.vbi habet hæc verba : & ſic uidemus , quod ſi aliquid detur ratione impenſarum,ut fiat concordia , & recedatur a lite , non dr̄ ſymonia, ut inquit Collectaneus,in c.forus,de verb.ſign.& Hieronymus Paul.antiquus litter. Apoſt.vic. correct.in lib.prac.Cancel.fol.71.col.2.Nau.c.23.num.101 . not.7.

Secundum dubium:An iſta amicabilis compoſitio,ſiue tranſactio inter partes,poſſet fieri auctoritate propria,an neceſſe ſit accedere Iudicis auctoritatem?Reſpondetur,quod ſolum auctoritate Iudicis,ex officio ſuo,ſine aliqua pactione partium,gl.in c. de cætero,in ver.contraria,de tranſact.c.ſtatuimus,eo.tit.Armill.in uer.Symonia,nu.28.Tabie.eo.uer.nu 47.& in ver.renunciatio,nu.5. ratio eſt : quia ubi interuenit auctoritas Epiſcopi,non præſumitur colluſio,Abb.in c.cum Clerici,num. 2. de cenſi. facit apertè text.in d.c.niſi,& ibi gl.in uer.ex iuſſione.

Tertium

Tertium dubium: Quidam litigabat cum alio super quodam beneficio, in maiori litis æstu concordarunt, hoc pacto, vt alter haberet beneficium illud, sed solueret alteri cedenti tot modios frumenti singulis annis, reseruato consensu Apostolico, dico hanc esse symoniam. Primò, quia non erat factum auctoritate iudicis, vt suprà. Secundò, per ea, quæ dicit Gom. in simili casu in terminis, in q. 12, col. 3. de trien. possess. & sic dicit fuisse decisum in Rota Die 2. Martij, 1530. in vna Conchensi: Dicet quis, quid si dicta pensio, siue census positus fuisset de consensu Episcopi, vtrum fuisset Symoniaca? respondetur affirmatiuè per dicta superius, & quia Episcopus non potest constituere pēsionem, ut dictum est supra, in versi. pensio.

Quartum dubium: Quis possit cum Symoniaco dispensare? Respondetur, quod cum Symoniaco sciente, solus Papa, cum ignorante Episcopus, gl. in c. de symoniacæ, in versi. remanere, & gl. in c. ex insinuatione, in versic. elegerunt, de sym. Sylua. trac. de benef. 3. p. q. 51. nu. 4. & 5. vbi dicit, quod cum ignorante potest Episcopus dispensare in codē beneficio, sed non in eadem dignitate.

Quintum: Symoniacus in ordinibus perdit ordinum exequutionem, gl. in c. per tuas, il 2. de sym. in beneficio verò non est ipso iure suspensus, at acta pęnitentia, & relicto beneficio, potest celebrare, D. Tho. 2. 2. q. 100. ar. 6. Soto lib. 9. q. 8. ar. 2. de iust. & iure, Nau. c. 23. nu. 3. notab. 3.

Sextum: Symonia non est, petere, & accipere aliquid pro actibus spiritualibus, quod erat dari cōsuetum etiam antequam actus ille spiritualis administretur ad euitandas cōtētiones, & molestias, quæ probabiliter putantur futuræ, Nauar. c. 23. nu. 106. ver. ad secū dum. Caiet. in Sum. in versi. symonia, Soto in princ. lib. 9. q. 6. art. 1. & in fine, & q. 7. ar. 1. iuxta medium, de iust. & iure, imò Innoc. in c. ad audientiam, nu. 1. de Rescrip. dicit, hoc posse deduci in pactum.

Septimum: Symoniaci omnes in ordinibus, & beneficijs sunt ipso iure excommunicati Papali excommunicatione, extrauagans Pauli II. quæ incipit; Cum detestabile, sub ti. de sym. Nauar. c. 25. nu. 69. not. 2. & cap. 23. num. 3. not. 3. 4. & 5. Nec obstat quod dictū est superius, nimirum, posse Episcopum dispensare, cum sit Papalis excom. quia præsupponitur præuia absolutione, vel a Sum. Pontefice, vel ab ipso Episcopo, per Conci. Trid. Sess. 24. c. liceat, nec obstat dictum quintum, quia Symoniacus in beneficio solū eget absolutione ab excommunicatione, & non a suspensione ita Nau. loco ci. versi. 5.

Octauum: Nullus Symoniacus præterquā in benef. & ordine est ipso iure excommunicatus, & Syl. in ver. Symonia, q. 19. Nauar. loco cit. & hoc de iure com. Secus per aliquas Constitutiones diuersarum Diœcesum, quæ videndæ sunt, & vltra has pœnas in ordinibus, & beneficijs, videto alias in Bulla Pij V. quæ est 5. incipit: Cum primū, vbi vltra Suspensionem ab exequutione ordinum per decenniū, & ad priuationē beneficiorum obtentorum, & inhabilitas ad obtinenda, addit etiam annum carceris, si conuicti fuerint.

Nonum: Notandum est, quod illa Extrauagans solum hēt locum in Symonia reali, & non in mentali, & conuentionali solum, Gom. q. 13. in fine, de trien. poss.

Decimum: Symoniacus licet fuerit confirmatus p̄ Papam, pōt iñ puniri per Ordinarium, vide Innoc. in c. de cætero, nu. 3 de re iudica.

Vndecimum: Seruiens p̄lato, vt ei bñficiū cōferat quis, symoniā cōmittit, c. cū esset, & ibi gl. in verb. p̄miserat, hoc tit. Couar. lib. 1. c. 20. nu. 3. var. resol. Nauar. c. 23. nu. 106. notab. 5. q̄d dēt intelligi, qñ principaliter, secus si ob persone dignitatem, ob stipēdiū, vel pro victu quotidiano, & minus principalr, spe cōsequēdi ab eo bñficiū Ecclesiasticū, tālr p̄latus, si ei illud cōferret, vt se ab oblīone ciuili, legali, naturali, uel antidorali eximeret, Couar. ibi, nu. 4. ver. scribit, Nau. ibi, nu. 106. no. 4. Gerar. sing. 27. Dec. in l. 2 de dona. Cap. ye. dec. 42. Tiraq. in p̄remio, de vtroq. retrac. nu. 77. idē de mutuāte, c. cōsului-
tu, de vsur. Nau. c. 17. nu. 2 9. Couar. ibi, ver. 3. idem de seruiente alicui Ecclesiæ in diuinis

nis officijs, Couar. ibi ver. 4. Nauar. c. 23. nu. 100. not. 5. & de Hor. Can. c. 18. gl. in c. vnico, de cler. non resi. lib. 6.

Vigesimosexto, testis deponēs falsum, si est subditus illi iudici, in cuius tribunali falsum deposuit, l. nullum, C. de testam. fallit in Clerico, prout dixi in uer. Pragmatica, §. 2. ad 3. testis falsum deponens corā iudice spirituali, potest per illū puniri, torqueri, & castigari, & ita dicit fuisse decisum in Cap. Tolos. q. 378. Hoc tñ fallit in clerico, qui si deposuerit falsum coram iudice Laico, non pōt ab illo puniri, sed à suo competenti. Addit. ibi cum uulgaris, cætera uide in Additionibus magnis.

Vigesimoseptimo, testis deponens falsum pro quo quis est in periculo uitæ, uel bonorũ, qđ agere debeat, uide Nau. c. 25. n. 17. Not. 23. Sot. li. 4. q. 6. art. 3. circa tertium dubium, de iust. & iure, & Couar. li. 2. c. 9. nu. 1. uar. resol.

Vigesimooctauo, testis deponens falsum absq. sua culpa, quid agere debeat? vide Sot. loco cit. li. 5. quæst. 7. art. 4. ad primum; Caiet. 2. 2. q. 70. art. 4. in principio.

Vigesimonono, testis quando ex timore excusetur a testificatione, uide Sotum de rat. tegen. vel deteg. secret. q. 7. memb. 2. concl. 3. f. 212.

Trigesimò, testes deponentes falsum coram iudice Ecclesiastico, an possint puniri à Iudice Sæculari, Vinc. de Franc. decis. 147. nu. 4. dicit, quod sic, & contrariũ fuit tentum, & sententiatum in Archiepiscopali Curia Compzana, dum esse ibi Vicarius, licet casus ucntilatus esset Neap. tamen Francus non negat utrumque.

Trigesimoprimò, testis unus quando faciat probationem, uide Syluest. in uer. testis, §. 5.

Trigesimosecundò, testes de auditu probant confines antiquos, & faciunt plenam probationem, Abb. in c. cum causam, de probat. in principio. Nouel. de iure prothom. §. quin tus, nu. 66. & 67.

Trigesimotertiò, testis deponens ultra id, de quo interrogatur, non ualet testimoniũ eius, reddit enim se suspectum, Inn. in c. inquisitionis, nu. 1. de accus.

Trigesimoquartò, testes proficiscentes extra domum, deberent habere expensas, cap. ueniens, 4. q. 3. & Anchar in c. statutum, §. insuper, de Rescr. li. 6. similiter de indic.

Trigesimoquintò, testes in causa criminali, etiam existentes extra prouinciam, debent remitti ad Iudicem causæ, Abb. in c. constitutus, nu. 10. de fideiussor.

Titulus Beneficii.

QVando quis teneatur ostendere titulum beneficij, uide in uer. Bullæ, §. 6. & Rebuf. tit. de rescript. ad benef. uacant. n. 20. uide Bal. in Marga. Inn. in uer. titulum, quando quis cogatur ostendere titulum, & Anch. in c. beneficium, nu. 9. & sequenti, de Regul. iur. li. 6. & quando titulus, seu possessio iudicetur colorata, ut quia est defectus in conferente, uide Abb. in c. cum nostris, col. 1. de concess. præb. & c. 2. in princ. ne sede vadãte; & Ioan. de Sylua tract. de benef. c. 3. p. q. 11. nu. 34. & Gom. in q. 27. de trien. possess. & q. 57. de ann. posse.

Trigesima.

TRigesima, siue quota litis, an possit introduci per consuetudinem, ut debeatur Iudici pro munere iudicandi, uide gl. in Clem. Statutum, in uer. ex iurisdictione, & ibi Abbas, nu. 1. de electione, & in c. cum ab oi, n. 1. & 9. de uita, & honest. Cler. Fel. in c licet, col. 1. de offic. ord. ubi de sportulis etiam habetur, Iason in l. ius ciuile, ff. de iust. & iure, tamen hodie indifferenter vr obseruari in Curijs spiritualib. & a Reuerendis Dominis Auditorib. Rotæ, quia eis pro extraordinario salario sportulæ soluuntur. Nauar. cons. 21. de rescript. & Afflic. in Constit. De trigesima. Rub. 70. nu. 5. dicit, quod trigesima potest exigi ab Epis a litigantib. & in Cõstit. de q. 2. notab. n. 2. & hoc ante finem.

Vacatio.

PRIMO, per solam electionem Episcopi uacant officia, quæ prius ipse obtinebat, sed non bñficia, nisi per consecrationem. Addit ad decisi. Rotæ 17. de offic. deleg. in nouis. nu. 4. sed reuera beneficia non dñr uacare, nisi post ademptã pacificã possessionẽ, gl. in Clem. 1. in uer. collatio, ut lite pend. Gom. de expectat. nu. 65. & 78. & in q. 47. de ann. possess. & Abb. in Clem. 1. nu. 3. ut lite pend. gl. in c. si tibi cõcessio, in uer. vacare, de pb. li. 6. Sylua. trac. de benef. 3. p. q. 28. & q. 2. nu. 23. & 2. p. q. 15. Inn. in c. in nostri, num. 3. de Rescript.

Secundò, quando dicantur uacare bñficia per ingressũ Religionis, uide c. beneficium, de Regular. li. 6. c. 1. 17. q. 2. Staph. de lite grat. fo. 136. nu. 1. in resignatione aũt sufficit, qd quis ingressus sit Religionem re ipsa, Bulla Pij V. 58. f. 1014.

Tertiò, an dicant̃ uacare in Curia bñficia Epi, qn ipse in Curia consecrat̃, vr̃, qd sic, glo. in Clem. 1. in uer. collatio, si prius ipse hẽbat possessionẽ: sed si habita consecratione in Curia postmodũ uadat ad partes sui Episcopatus, & capit possessionem, non dicuntur vacare in Curia, gl. ibid. in ult.

Quartò, an pensio dicatur uacare per promotionem, ad aliud beneficium, uide Gom. in q. 17. de i nfir. resig. col. fi. & q. 21. de ann. possess.

Quintò,

Quintò, quando dicatur vacare primum beneficium per assequutionem secundi, iuxta dispositionem extrau. Execrabilis, vide in ver. beneficium, §. 3. conclus. 3.

Sextò, si electus moriatur in Curia, an beneficium, in quo quis fuit electus dicatur ibidē vacare, videtur quod non, Sylua. loco cit. q. 12. nu. 21. in fine Gom. de impetrand. bene fi. per obit. famil. Card. q. 24. de non tollendo iure quæsito. q. 1. col. 3.

Septimò, quot modis dicatur vacare beneficium; vide extensum Staphi. a fol. 110, & infra, vbi enumerat sex modos, & Abb. in c. si quis clericorum, num. 1. 6. & 7. de cohab. cler. & mulier. vbi habes, quando detur vacatio per matrimonij, vel sponsaliorum cōtractum, & in c. sanè, & in c. diuersis fallacijs, de cler. coniug.

Octauò, vacantis Ecclesiæ fructus non potest is, ad quem eius collatio pertinet, sibi retinere, sed ei de rectore prouidere, etiam si beneficium fuerit manuale, sed potest eius habere custodiam, donec fuerit prouisum de Rectore, Abb. in c. ad aures, de excess. prælat. sed bene custodire. Innoc. in c. cum vos, de offic. ordin.

Vestimenta sacra.

SVMMARIVM.

1 *Quot sint.*
2 *Quis benedicere ea possit.*
3 *An quis posset vti aliquibus, non benedictis.*
4 *Tobalę altaris cuius quantitatis esse debeant.*

AD PRIMVM, vide Syluest. ver. benedictio, §. 5.

AD SECVNDVM, iure communi. Primo pertinet ad Episcopum. Secundo, ex priuilegio Papæ Ministri, & Prouinciales Fratrum Minorū, possunt benedicere corporalia, & ijdem, & Custodes, & Guardiani ornamenta pro ordine suo, & pro Monialibus Sanctæ Claræ, totiusque ordinis, sed non pro alijs: Nauar. capitulo 25. nume. 94. notab. 18. prope finem. Idem censet de Abbatibus, Anchar. in c. Abbates, nu. 3. ver. 7. de priuileg. lib. 6. & idem, (excepto corporali,) possunt simplices sacerdotes ordinis Prędicatorum, Syluest. loco cit. in fine, §. 3. & idem credo, pro vsu suarum Ecclesiarum, prout de fratribus Minoribus dictum est.

AD TERTIVM, peccat grauiter, qui vtitur in missa vestibus non benedictis, Sylue. in ver. Missa, nu. 2. Armil. eo. ver. nu. 6. Soto 4. Sent. dist. 13. q. 2. & 4. Astens. lib. 4. tit. 14. ar. 4. q. vlt. Nauar. loco cit. Angel. in ver. Missa, nu. 35. Sum. Sacram. q. 98.

AD QVARTVM, videto instructiones in actibus Mediolanensis Ecclesiæ, ubi multa habes de ornamentis altarium.

Vasa sacra:

VTRVM possint tangi a constitutis in minoribus ordinibus? videtur ꝙ non, per ca. cum in sancta, & c. vestimenta, de consecr. dist. 1. vbi dr, solum debere tangi a personis sacratis, tamen per c. non licet primo, & secundo, 23. dist. dr posse Acolitum illa tāgere, similiter Corporalia, sed solum ante sacrificium, in sacro, Subdiaconum ante, & post sacrif. Diaconum in ipso sacrificio, Gem. in d. c. Syluest. in ver. corporalem, num. 2. quo fit, constitutos in minoribus ordinibus citra Acolytatum, ea tangere non posse absque peccato, ut patet iuribus allegatis.

Vicarius.

EPiscopus potest nedum vnum, sed plures vicarios generales in sua Ciuitate, & Diœcesi constituere, c. quoniam, de offic. Ordin. c. ad hæc, de offic. Archid. c. 1. de celebrat. Missæ.

Missa. Abb. in repet. §. quia verò, nu. 13. de præb. & Anchar. in Clem. 2. nu. 2. de Rescri. & ibi Abb nu. 1. Sylua. Tract. de benef. 2. p. q. 14. nu. 7. ver. & si plures. & 4. p. q. 7. nu. 2. ver. secundus. Archid. in c. cum in generale, de offic. Vic. lib. 6. Rebuf. prac. benef. infor. Vicariatus, nu. 203. & potest taliter eos constituere, quod alter non dependeat ab altero, & quod sint æquales, & insolidum, vel quod sit vnus principaliter, etiam si constituatur alter in vno, alter in alio loco, quia non attenditur generalitas loci, sed commissionis causarum, & sic facerent vnum Consistorium cum Episcopo, Syluest. in ver. Vicarius, §. 4. ver. primum, sicuti in vna Ecclesia possunt esse Archidiaconi, & Dignitates, Boer. decis. 286. nu. 1. Felyn. in c. eam te, de Rescript. facit l. vnica, ff. de offic. Consul. Hinc sumuntur multa, & primum quod quando appellaretur ab istis Vicariis, sic generaliter constitutis, non posset appellari ad Episcopum, c. 2. de Consuetud. lib. 6. c. Romana, de appellat. eod. lib. sed ad Metropolitanum, & fallit in causis Religionis, seu Hæreseos, quia ab Episcopo, vel eius Vicario generali non appellatur ad Metropolitanum, sed ad Papam, vel ad supremum inquisitionis Senatum. Penga Com. 31. in 3. p. Direct. Inquisit. Cano. de locis Theolog. lib. 6. c. 4. in princip. c. vt debitus, in fine, & ibi glo. in vers. causis, de appell. & ibi Apostillator.

Secundum, quòd a vicariis foraneis, qui constituuntur per diœceses, verbigratia quisquis in terra sua, appellatur, vel ad Episcopum suum, vel ad vicarium Generalem eiusdē, gl. in Cle. 2. in ver. foraneo, de Rescript. d. c. Romana, §. ab archidiaconis. Mara. 4. part. dist. 5. a nu. 13. & infra, & in tit. de appellat. a num. 380. & infra, decis. Rotæ, 5. de offic. Vic. in nouiss. D. Anto. 3. par. tit. 19. c. 10. §. 2. Gemin. in c. Romana, vers. oppono secundo, de appel. lib. 6. & in c. 2. vers. glossa super verbo auditorum, de consuetud. lib. 6. vbi hoc extendit in causis omnibus subditorum episcopi, vel eius delegati, uel delegati ipsius Vicarij, nam ab istis appellatur ad ipsum Episcopum, vel eius officialem, & i ver. quæro an isti foranei, dat rationem, quare ab istis appellatur ad Episcopum, quia non habent potestatem ordinariam, sed delegatam, de offi. ordin. lib. 6.

Tertium, quod licet à sententia diffinitiua Vicarij Generalis non possit appellari ad Episcopum constituentem, Guid. Pa. q. 436. nu. 41. tamen potest ab interlocutoria, Addit. ad d. decis. vbi dicit, sic fuisse decisum in facto, & citat Francum, in d. c. 2. de consuetudine: immo si Vicarius detulit appellationi, potest Episcopus eam reuocare, & reijcere, Phil. Franc. in c. dilecti. il 2. nu. 45. de appellat.

Quartum, a collatione beneficij facta a Vicario generali, potest appellari ad Episcopum, decis. 7. in nouiss. eo. tit.

Quintum, a sententia Vicarij generalis potest dici de nullitate, uel per restitutionem in integrum coram suo Episcopo, & è contra, Maran. loc. cit. nu. 383.

Sextum à sententia delegati ab Episcopo, cui commisit ipse causam, cum fuerit fortassis allegatus suspectus potest appellari ad eundem Episcopum, & tunc non vt iudicet, quia et esset suspectus, sed ut alteri personę non suspectæ deleget causam, gl. in c. si quis contra clericum in vertic. exequutor, de foro compet. nam a delegato Episcopi nō potest appellari ad Metropolitanum. gl. ibidem, & c. dilecti, il. 3. de appellat. licet Guido Pa. loco cit. nu. 42. dicat, quod etiam ad Metropolitanum, & confirmat hoc ex Ioannē Monacho, & Io. Andrea, in d. c. Romana.

Septimum, ab eo, cui Episcopus commisit causam aliquam particularem, uel uices suas, appellatur ad ipsum Episcopum, uel ad eius Vicarium Generalem, d. decis. 3. citata, & Cardin. in Clem. 2. q. 24. de Rescr. Couar. prac. q. c. 4. num. 8. conclusio. 5. hoc tamē fallit, quando Episcopus uellet delegare semel, aut pluries causas, frustrando Metropolitani audientiam, & hoc esset in fraudem appellationis, ad superiorem deuoluendæ; nā tunc non prodesset hæc fraus Episcopo, quia posset ad superiorem appellari, omisso delegante. Speculator, in tit. de appellat. § 4. num. 6. Ioan. And. Gemin. & Fran. in d. c. Romana, in prin. Couar. loc. cit. ver. his tamen utcunque. Imo Gem. loc. cit. uers. oppono

no

no tertiò, dicit, quòd Archiepiscopus, potest proferre sententiam excommunicationis generalem, contra eos, qui delegarent causas fraudulenter, per c. Romana, §. caueat, de sent. excomm. lib. 6. & ista sententia excommunicationis ligaret Episcopum suffraganeum, sic fraudolenter delegantem, quia Archiepiscopus est Iudex ordinarius Suffraganei. Gemin. in d. c. 1. de offi. ord. lib. 6. in prin. sed non potest proferre specialem excõmunicationem contra dictum Suffraganeum, nisi causa probata: idem Gem. & Ioan. Andr. ibidem.

Octauum, quòd excommunicato Episcopo, Vicarius non potest exercere iurisdictionem ipsius Episcopi, c. Romana, & ibi gl. in ver. ipsi, de offi. Vic. lib. 6. Rebuf. loco cit. n. 217. Maran. 4. p. dist. 5. nu. 75. Sylua. tract. de benef. 2. p. q. 14. nu. 4. vide Abb. in ca. 2. nu. 6. ut lite pen. & in Clem. 2. nu. 7. de Rescrip. & in Clem. procuratorem, nu. 8. de procur. hoc fallit in delegante excommunicato, nam tūc eius delegatus posset exercere iurisdictionem, gl. in c. licet, in vlt. de offic. delegat.

Nonum, Vicarius non potest conferre beneficia, sine speciali concessione Episcopi, capitulo secundo, de offic. Vic. lib. 6 patet ibi per omnes Scribentes. Gom. q. 27. colum. 3. casu 3. de trien. poss. immo quando Vicarii conferunt beneficia, ex hac speciali concessione, debent hoc asserere in Bullis, argum. cap. cum in iure peritus, de offi. deleg. c. praeterea, de dilatio. Rebuf. lo. cit. num. 138. Maran. lo. cit. num. 59. & ibi Foller. nu. 60. & an, & qñ collatio beneficii facta per Vicarium det titulum coloratum, vide Caputaq. decis. 176. 1. parte.

Decimum, nec potest accipere resignationes, nec permutationes beneficiorum sine dicta speciali concessione, Rebuf. vbi supra, nu. 110. Calder. cons. 3. incipiente: An renunciatio, in tit. de renouat. Staph. de litt. grat. fol. 120. nu. 20. Anchar. in c. vnico, num. 2. de rer. permut. lib. 6.

Vndecimum, Nec põt praestare assensum donationib. iuris patronatus, sine dicta cõcessione, Sylua. vbi sup. 1. p. q. 14 nu. 4. Ratio est: quia hoc est iurisdictionis gratiosę, & nõ necessariae, prout in c. vnico, de iure patron. lib. 6.

Duodecimum, Nec praestare assensum alienationibus bonorum Ecclesiasticorum, sine dicta concessione, Staph. loco ci. Cap. Tolos. q. 97.

Decimumtertium, Nec praestare assensum donationi, fundationi, & aedificationi iuris patronatus, Sylua. loco cit. 1. p. q. 6. num.... & 2. p. q. 14. nu. 4. Rebuf. loco cit. nume. 184. sine dicta facultate.

Decimumquartum, Vicarius potest sine speciali facultate instituere praesentatos, c. ex frequentibus, de instit. Sylu. loco cit. in prin. Abb. in c. auctoritate, decis. Rotae 5. de offic. Vic in nouiss. Boer. decis. 30. nu. 4. quamuis oppositum habeat Rebuf. loco cit. nu. 126. & 137. & infrà, quod etiam põt Capitulum, Sede vacante, c. 1. de institut. lib. 6. & an possit Vicarius conferre beneficium existēs extra Diœcesim, dato quòd ad hoc habeat speciale mandatum? vide in versi. benef. 10. Host. in Sum. tit. ne Sede vacante, §. & in quibusdam, Afflic. in Constit. de Quaest. notab. 2. Idem Gemin. in c. quanquam, versic. sed hic quaerit, de elect. lib. 6. & in c. praesenti, vers. sed quid, de offic. leg. eod. lib. vbi assignat rationem, quia conferre est voluntaris, instituere necessitatis.

Decimumquintum, Vicarius Episcopi Generalis pręcedit Archidiaconum, Staph. de lit. grat. f. 202. nu. 14. Addit. ad decis. Ro. primā, n. 5. de offi. Vic. in nouiss. Abb. cõs. 20. & 22. incipiens casus, sup quo cõsiliū petit talis est, vbi cõcludit, non valere consuetudinē in contrariū. Fely. in Rub. de maio. & obed. Rebuf. lo. cit. nu. 7. Roman. Sing. 262. fallit, qñ Vicarius esset Canonicus, vel esset cõstitutus a Cap. qa tūc sedere dēt in loco suo, & nõ pcedere antiquiores, Rebuf. vbi sup. nu. 28. Boer. tract. de auctor. mag. cons. par. Franc. nu. 66. Capyc. deci. 27. ēt si sit constitutus ab Epo, & hoc in casib. Canonicorū, & nõ in aliis: & Ratio est: qa Vicarius dr in dignitate cõstitutus, Rebuf. ubi sup. nu. 4. hoc intellige, qñ sederet ut simplex Canonicus, nā secus qñ sedet vt Vicarius, quia tūc in primo loco

loco post Episcopum, Caputaq. decis. 307. nu. 6. 1. p. & idem in Episcopo, ibidem, sed Nauar. consi. 1. de maior. & obed. dicit, valere consuetudinem, vt Archidiaconus, & alij antiquiores in promotione praecedant Vicarium generalem Episcopi, immò ipsum Episcopum, quando interest Capitulo, vt Canonicus, & quod Vicarius Canonicus debeat sedere in loco suo, intellige, vbi consuetudo non est in contrarium. Nauar. loco cit. consi. 2.

Decimumsextum, potest dispensare in omnibus irregularitatibus ex dicto occulto prouenientibus, excepta ea, quae oritur ex homicidio volūtario, & exceptis alijs deductis ad forum exterius, similiter ab omnib. casib. reseruatis Sedi Apostolicae occultis absoluere, Conc. Trid. Sess. 24. lib. 6. de reform.

Primum dubium, an possit Vicarius absoluere in crimine haeresis, in foro poenitentiae? & videbatur, quod non, quia Conc. ibidem, dicit in fine, non eorum Vicarij, sed ibi Cóc. non intelligit de Vicarijs Generalibus, sed de poenitentiarijs, qui ab episcopis constituuntur in Ecclesijs Cathedralibus, Flor. Theol. 4. Sent. de confess. fol. 232. sed hoc cessat hodie, cum etiam hoc sit Epis sublatum, per ea, quae dixi in versiculo absolutio, §. 5. sed stando iuri communi dicti Sac. Concilij, dico, quod potest Episcopus hoc specialiter committere suo Vicario, Nauar. consi. 1. nu. 88. de constitut.

Secundum dubium, an possit dispensare in irregularitate, non proueniente ex delicto occulto, prout est in Iudice condemnante ad poenam mortis, siue mutilationis, aut milite interficiente in bello iusto, & videtur quod sic: quia qui concedit maius, & minus concedere videtur, & vbi minor culpa, facilior veniae impetratio, tamen oppositū est verius, Nauar. c. 27. nu. 134. in fine.

Tertium dubium, an si quis casu occiderit aliquem, & est occultum, posset dispensare cū eo Episcopus, seu eius Vicarius generalis? Respōdetur quod sic, primò, quia Conciliū solum loquitur de homicidio voluntario, sed non de casuali, vbi interueniret aliqua culpa, siue mortalis, siue venialis, quia delictum vtrumque sonat, iuxta illud Psal. Delicta quis intelligit, ut non adhibita diligentia, vel in clerico exercente sibi actum illicitum, quia si esset merè casualis, ibi non esset nec irregularitas, Nau. loco cit. nu. 220. no tab. 3. in fine, Armil. in ver. irregularitas, nu. 13. Caiet. in Sum. in ver. Irregularitas.

Quartum dubium, an cum ordinato ante aetatem legitimam, hoc sciente, exercente ordinem, quo fit irregularis, possit Episcopus, vel eius Vicarius generalis dispensare? Respōdetur affirmatiuè, quia est irregularitas cum delicto, caetera huius generis de dispensatione, vide in ver. dimissoriae, §. 4. & hoc intelligendum est de Vicario generali habente specialem auctoritatem.

Quintum dubium, an possit dispensare cum eo, qui contraxit irregularitatem cum delicto occulto, excepta, &c. & is est alterius dioecesis, & videtur, quod non, quia Conc. loc. cit. dicit, delinquentes, quoscunque sibi subditos in dioecesi sua, ergo non potest cū suis non subditis dispensare: tamen mihi videtur oppositum verius, saluo meliori iudicio, & dico, ꝙ si aliquis contraxit irregularitatem, prout sup. Neap. quod posset cum eo dispensari ab Archiepiscopo Mediolanensi, vel eius Vicario generali Mediolanensi, supposito quod ille irregularis sit Neapolitanus, & Neapoli contraxerit irregularitatem: Ratio est: prima, quia si hoc ualet in confessione peccatorum, prout dixi sup. in ver. Cōfessio. multo magis in hoc secundo, ex doctrina Caiet. in opuscu. tomo 2. in quaesito, an Sacramenti poenitentiae minister possit esse Sacerdos absq. iurisdictione, & ibi in corpore concludit duplicem esse auctoritatem, siue iurisdictioné, vnā ordinariā, siue coactiuā, sub qua ordinariè, & coactiuè quis subditur suo praelato, aliā delegatam, seu voluntariā, sub qua quis se voluntariè submittit, & exēplificat in Papa, ibidē in rñsione, ad primū. Sic dico, qñ quis Dioecesanus possit dispēsare sup Irregularitate, vel absoluere sup aliq b. casib. occultis, Sedi Apostolicae reseruatis a suo Epō, vel eius Vicario, hoc facit coactè, qa ei coactiua iurisdōne subdit: qñ vero aliqs alienae dioecesis hoc petit, di-

eo, quod est iurisdictio voluntaria, & sufficit, & voluit hoc innuere Sac. Conc. quando dixit, quoscunque subditos, & non subditos, simpliciter, quia subiectio aliqua est coacta, aliqua voluntaria, & dat exemplum in iudicio arbitrorum, à parte tantum potestatem habentium, facit c. statutum, §. in nullo, de Rescript. lib. 6. vbi de consensu partium prorogatur Iurisdictio, c. P. & G. de offi. deleg. Nauar. c. 27. num. 255. notab. 6. vbi dicit, posse Confessarium ex consuetudine sic introducta, absoluere confessum a peccatis, vbicunque commissis, etiam reseruatis Episcopo, si ad id habeat potestatem, & dicit se nunquam vidisse Confessarium hanc potestatem habentem remittere quem ad Episcopum alterius Episcopatus; ergo si hoc potest confessarius, multo magis Vicarius, vel Episcopus, idem confirmat Gom. in c. 2. §. statuto, nu. 60. de Const. lib. 6. accedit praxis, quia ita vidi seruari a doctis, piisque confessariis, mittentes suos pœnitentes irretitos huiusmodi vinculis, ad Episcopum, seu Vicarium loci, vbi audiunt confessiones, quamuis pęnitentes sint alterius Diœcesis; Similiter sic de illo, qui est alterius Territorij, & contraxit irregularitatem, nam possunt dispensari ab Episcopo illius Diœcesis, vbi reperiuntur, & vbi illam contraxere, licet ad hoc posset dici, quod ratione delicti sortiatur forum, c. fi. de foro comp. sed hoc quamuis sit uerum in foro exteriori, non tamen valet in foro conscientiæ, Couar. pract. q. cap. 11. nu. 4. ver. primum, gl. in c. placuit, il 1. 19. q. 1. facit quod notat Anch. in c. ea quæ, nu. 2. de reg. iur. lib. 6. vide Nau. in cons. 31. de pœnit. & remiss. vbi hoc admittit in persona exempta, imò etiam uidetur dubitare vniuersaliter, & consi. 48. num. 12. ver. ad quintum, dicit, quod potest Episcopus absoluere excommunicatum aduenam, quia per submissionem, qua in iurisdictionem illius se submisit, quæsiuit dictam absolutionem, & consi. 56. num. 2. 3. & 7. dicit, Laicos ratione submissionis posse se submittere iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, vbi non obstat aliqua lex in contrarium, & ratio rationis est: nam quisque potest renunciare foro suo, modo per hoc non præiudicet superiori suo, cap. si diligenti, cum vulgatis iurib. de for. comp. Sed in hoc nulli fit præiudicium, cum simus in foro poli. Præterea faciunt, quæ dicit Gemin. in c. cum Episcopus, ver. ex secundo, de offic. ordin. lib. 6. ubi habes, quod Prælatus pôt habere ordinariam potestatem in aliquos, rōne delicti rei sitæ, & contractus, licet alibi habeant domicilium, vide in 2. p. in ver. subditi, quia potest facere pro multis, facit Gloss. in c. nuper, in ver. tunc erit, & Gloss. in Clem. quamuis, in ver. subditos, de foro comper.

Decimūseptimū, sequit' qd Vicarius ēt posset cōcedere excōicationes illas, q̄ monitionib. p̄missis, ad finē reuelationis, vt aiunt, aut p deperditis, seu subtractis reb. fieri solēt, q̄uis Conc. Trid. Sess. 25. c. 3. in prin. de refor. videat' id solū concedere Epo, cū dicat a nemine prorsus, p̄terq̄ ab Ep̄o decernantur; Ratio huius dicti est quia Vicarius pôt ea, quæ Episcopus quo ad iurisdictionem, & ita declarauit Sacra Congr. Dilucid. 12. dummodo ipsemet Vicarius magna maturitate causæ cognitionem adhibeat.

Decimumoctauum, potest etiam facere alias excommunicationes, quas pôt Ep̄s: Rō est; quia idem faciunt Consistorium, Cle. 2. de Rescript. & ibi gl. & c. 2. de consuet. lib. 6.

Decimumnonum, pôt ea omnia, quæ Ep̄s quo ad iurisdictionalia, si hoc sibi Ep̄s specialiter concesserit, quo ad ea, quæ speciali concessione concedi debent, vel generaliter ea, quæ generali Clausula conceduntur, gl. & tex. in c. 2. de offic. Vic. lib. 6.

Vigesimum, an, & quando à sententia Vicarij in criminalib. possit appellari ad Ep̄m? vide Marant. 4. p. dist. 5. nu. 16. & de appellat. num. 384. Diaz in pract. Cri. Can. c. 3.

Vigesimumprimum, multa alia copiosè circa formam Vicariatus necessaria poteris videre in Rebuf. loco cit. & Couar. lib. 2. c. 5. nu. 8. & 9. var. resol.

Primimum dubium, Episcopus cogitur tenere Vicarium, c. inter cætera, & c. quoniam, de offi. ordi. & ibi Abb. Sylua. loco cit. 1. pa. q. 5. nu. 174. Boer. Decis. 347. Rebuf. in tit. an plura. collat. fir. poss. num. 16. & quid debeat facere Capitulū circa electionem Vicarii, mortuo Ep̄o, vide superius in ver. Capitulū, & Sac. Congr. Declar. 304. cēsuit, quod vacāte

Sede

Sede Episcopali, Vicarius debet eligi Doctor, alias electio est irrita, & nulla, imò si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor eligere, ita censuit Sac. Congreg. Declarat. 255. in meis: ex quo deducuntur duo, primum, q Episcopus potest tenere Vicarium, non Doctorem: Ratio; quia cum ipse Episcopus sit Doctor, vt patet vulgatis iurib. sufficit, quicquid sit Vicarius; Secundum, q hoc debet intelligi, vbi commodè fieri potest: nam vidi in multis Episcopatibus Sede vacante in practica, eligi Vicarium non Doctorem, Surrenti, Campzæ, Minori, quod posse fieri arbitror, argu. Sacr. Conc. Trid. Sess. 24. c. 12. ver. Archidiaconi, & quia cum fructus Sede vacante ipsius Episcopatus sint Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, ut patet ex Bullis, quis dabit salariū Vicario Doctori? dices adsunt emolumenta, dico, & vbi nulla sunt emolumenta, quis Doctor feret hoc pondus, sine mercede? ita censet Nau. consi. vnico, de offic. Vicar.

Secundum dubium, an Vicarius constitutus a Capitulo Sede Vacante, possit reuocari ab eodem Capitulo durante dicta vacatione? Respondetur affirmatiuè, & ita dicit se consuluisse D. Ant. 3. par. tit. 19. §. 2. c. 10. & hoc ampliatur, etiam si Cononici iurassent, vel promisissent sub certa pœna, eum non reuocare, c. fi. de procurat. lib. 6. etiam sine iusta causa, D. Anton. loco cit. Sylua. vbi supra, 3. par. q. 27. nu. 2. prope finem, Rebuf. ibidem, nu. 193. & idem dicit in Episcopo, sed dicit ob hoc incurri periurium, & opus esse absolutione a iuramento, Boer. decis. 347. vbi multa dicit de Vicario.

Tertium dubium, an Episcopi possint cōmittere causas criminales, & omnes alias suo Vicario generali: vel an intelligatur data cum Clausula generali, addita aliqua particulari, prout gl. in c. licet, in ver. committantur, de offi. Vicar. lib. 6. Et vr, quod non, p dictum capitulum, de offic. Vicar. lib. 6. tamen relictis disputationibus, Conclusio est, qd possit, cum de consuetudine ita hodie obseruetur: Couar. lib. 3. c. 20. n. 4. var. resol. Diaz. loco cit. Confirmatur per Conc. Trid. Sess. 13. cap. 4. vbi loquens de actuali degradatione, quæ non imponitur, nisi ob graue delictum, tam Episcopum, quam eius generalē Vicarium, hoc posse facere, cum suis requisitis decernit, & sic cessant ea, quæ dicit Maran. 4. par. dist. 5. nu. 16. quod a causis, in quibus requiritur speciale mandatum, prout criminalibus beneficialibus, & alijs similibus, posset appellari a Vicario ad Episcopū, tamen propter Capitulum secundum, citatum, & propter contrariam consuetudinē, & quia faciunt vnum Consistorium, per c. 2. de Consuetu. lib. 6. aliter concludunt Couar. & Diaz, loco cit. & Vicarius habet Iurisdictionem ordinariam, Innoc. in c. tua nobis, de offic. Vicar. sed non potest constituere alium Vicarium, Host, in c. Cleric. de offi. Vic. Bal. in Marg. Innoc. in ver. Vic. Host. in Sum. tit. de offic. Vic. num. 2.

Quartum dubium, an Vicarius generalis Episcopi possit substituere alium Vicarium? Respondetur q ex causa ad modicum tempus bene potest, Glo. in Clem. Vt professores, in ver. locum, de Reg. & gl. in c. 1. de offic. Vic. lib. 6. & ibi Apostilla. Font. Phil. Frā. decis. Rot. 4. & addit. ibi in nouiss. de offic. Vic. Maran. loco cit. nu. 22. Guid. Pap. q. 374. nu. 6. similiter, quando causa esset necessaria, vel quia infirmus, vel causa absentiæ pro modico tempore, & hoc intellige, si habeat hanc potestatem substituendi, quia secus non posset, Rebuf. loco cit. nu. 73. Anch. in d. c. nu. 2.

Quintum dubium, an de causa delegata Episcopo, possit cognoscere suus Vicarius generalis, & è contra, dic q non, per ea, quæ habet Rebuf. vbi supra, nu. 161. & ideo hodie de stylo Curiæ signaturæ solet committi Episcopo, & Vicario generali, in hæc verba: Venerab. fratri Epō N. & dilecto filio Vicario eius generali. Sed hoc ego intelligerem, qn̄ cōmittit nudū ministeriū, vel aliqua cā spālis, vbi eligeret industria psonæ, c. fi. §. fi. de off. deleg. & c. fi. de off. ordin. secus vero, qn̄ Epō cōmitteret cā gnal'r, p cap. is cui, de pb. nā deleg. a Principe, pōt subdelegare, l. a iudice, C. de iud. c. fi. & c. pastoralis, de offic. deleg. Syluest. in ver. delegatus, §. 8. nu. 10. ver. primū, & hoc qn̄ Eps, cui commissa erat cā, delegasset cā suo Vicario, secus verò non posset cognoscere de ea Vicarius, qa in tm̄

Vicari

Vicarius potest cognoscere de causis delegatis suo Episcopo, quatenus vel committitur insolidum, vel alternatiuè; prout supra, vel sibi ab Episcopo subdelegetur, prout patet iuribus vulgatis, c. prudentiam, & c. super quæstionem, de offic. deleg.

Sextum dubium, Vicarius quando reuocari posset, & ei notificanda sit reuocatio, vide Boer. decis. 347. nu. 14. per totum.

Septimum dubium, Vicarius Episcopi, an possit esse Clericus coniugatus, etiam non bigamus? respondet Anch. in c. Romana, nu. 3. de offic. Vicar. lib. 6. quòd non, nec compromissor in causa spirituali, & Abb. in c. 2. nu. 2. de cler. coniug. sed potest esse Vicarius Episcopi habentis iurisdictionem temporalem, Fel. in c. 1. nu. 6. col. 4. ver. fallit primò, de iud. Zachar. in Additio. ad Abb. litera A. cap. in noua, 16. q. 7. Rebuf. prac. ben. in forma Vicaria. Archiepiscopi, nu. 35.

Octauum dubium, Vicarius potest esse iudex in causa Episcopi, nec q̃n datur suspectus eliguntur arbitri, sed de stylo signaturæ datur adiunctus. Addit. in decis. Rotæ prima, de offic. vic. in nouiss. Eelyn. in c. cum venissent, nu. 8. de iud. & Bald. ab eo citatus, imò, si Vicarius recusaretur, vt suspectus, causa suspitionis erit assignanda coram Episcopo, & non coram arbitris, Abb. in c. super quæstionum, de offic. deleg. §. quem verò, & ibi Felyn. num. 15.

Visitatio.

SVMMARIVM.

1 *A quo fieri debeat.*
2 *Quando.*
3 *Quid visitandum.*
4 *Ad quid se extendat generaliter.*
5 *Quid in ea agendum.*
6 *Quid accipiendum.*
7 *Visitator, an habeat iurisdictionem ordinariam, vide Bal. in c. singulis, de statu mon.*

AD PRIMVM, relictis alijs, quæ erant de iure antiquo, dico, à tribus personis posse fieri visitationem, ab Episcopo per seipsum, vel per Vicarium generalem, vel p deputandum in visitatione, Conc. Trid. Sess. 24. c. 4. de refor. & sub nomine Episcopi, intelliguntur omnes habentes ordinariam iurisdictionem in aliquos, ut patet iurib. vulgatis, & per Syluest. in ver. visitatio, §. an capitulum possit visitare, Sede vacante, vide, & distingue cum Panor. in Clem. 1. nu. 10.

AD SECVNDVM, respondetur, quod quotannis, si diœcesis non sit satis ampla, & lata, quod si ita est, singulis annis maiorem partem, ita, ut totam biennio visitare nõ prętermittant. Conc. loco cit. initio.

AD TERTIVM, Archiepiscopus suam Metropolitanam, & Diœcesim visitare potest, sed non Cathedralē, & Diœceses suorũ Suffraganeorũ, prout disponebatur in c. Romana, de cens. lib. 6. & c. ppetuo, eo. tit. q̃ modo p Conc. vñr reformata, & solũ hīc pñt locũ, cã cognita in Conc. Prouin. p p absentiam Epi, vel negligentiã, vel aliquod huius generis, §. sed aliud est, 9. q. 3. & ibi gl. in ver. negligẽtia, & c. conq̃stus, ibidē, & Syluest. in versi. visitatio, §. 9. ver. tertiũ, & sede vacante ob ne ligẽtiã Capituli, Abb. in c. 1. num. 7. ne sede vacan. Nec obstat Conc. Trid. quia loquit viuente Epo: Et attingendo solũ necessaria, dico Primò, quod singulis annis visitare debet bñficia curata, ēt si sint ppetuò, vnita, & annexa Cathedralibus Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque; Conc. Sess. 7. & ca. 7. de reformat. Secundò, Ecclesias

quascunque

quascunque,& quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica,etiam si sint sine cura animarum,quia Conc.dicit, & cura animarum,(si qua illis immineat,)ead.Sess.c.8. Tertiò omnes Ecclesias sæculares,quę nullius Diœcesis esse dicuntur,& hoc ab Episcopo Cathedralis Ecclesiæ, quę est proximior, si id constet, alioquin ab eo, qui semel in Conc. Prouin.a prælato illius loci electus fuerit, tanquam Sedis Apostolicæ delegato,non obstantibus, & c.Sess.24.c.9. de refor. & ista electio semel facta a prælato, loci nullius Diœcesis pro visitationibus, ligat etiam successores, ita censuit Sac. Congreg.declar.7.Quarto,monasteria commendata,& Abbatiæ prioratus,& præpositutæ nuncupatæ, in quib.nō viget Regularis obseruantia. Quinto, beneficia,tam Curata, quā non Curata, Secularia, & Regularia,qualitercunque commendata,& exempta tanquam Sedis Apostolicæ delegato,Sess.21.c.8. de refor.Sexto,Hospitalia,confraternitates,eleemosynas montis pietatis,& pia loca omnia,Sess.22.c.8.de refor.Septimo, oratoria,in quibus celebratur de licentia Episcopi,vide in ver.Missa,§. 1.con.4.Octauò,Archipresbytoratus,qui est nullius Diœcesis,dēt visitari a uiciniori Epō hoc elicit a Sac.Conc.Trid.Sess.24.c.9.sed Sac.Congr.clare hoc definit Decla.274.in meis.

Primum dubium,quia dictum est in 3.& 4. membro, ꝙ Episcopus potest visitare omnes Ecclesias exemptas,& non Curatas,an hoc extendatur ad Ecclesias Hierosolymitanorū,&videtur quod sic,per dicta superius , verū oppositū censuit Sac. Congr: Declara.77.in hæc verba,ipsi verò Equites Hierosolymitani nō , nisi quatenus obtineant beneficia curata,visitari possunt,& Pius V.Bul.139.quæ incipit: Exposcit,solū in his,quæ concernunt curam animarum,& administrationē Sacramentorum.

Secundum dubium,an Confraternitates,quę sunt intra Ecclesiam Regularium, & videtur Primo,ꝙ sic,quia Concilium non excipit: Nec obstat Bulla Pij V. quæ est 38. quia Greg.XIII.reuocauit,reducens illam ad terminos iuris communis , Bulla sua 15.Host. in Sum.tit.de offic.Ordi.§. sunt autem quædam , & Rebuf. prac. benef.tit. quotuplex sit beneficium,num.6.vbi dicit,quod capellę fundatæ in Monasterijs,præsumūtur Regulares,nisi p sæculares tenere sint solitæ:cap.cū de beneficio,lib.6.de pb.

AD QVARTVM, breuiter respōdetur, ꝙ ad tria,nempe ad personas,loca,& res , de primo habetur Sess.6.c.4.Sess.25.c.6.sed hic notandum est,ꝙ dicit in d.c.Sac. Cōcil. vt videlicet initio cuiuslibet anni,&c.quia intelligi debet de Capitulis exemptis a iurisdictione Episcopi,in Sac.Congreg.Declar.487.de secundis dictum est superius ad tertium,de tertio intelligitur de omnibus rebus,ad Ecclesiam pertinentibus, quo fit, ꝙ Episcopus potest compellere Clericos suos,ad ostendendum omnes titulos suorum beneficiorum,etiam quæ haberent extra suam Diœcesim propter rationem,quā tangit Gom.in q.9.col.4.de ann.possel.Ratio est,quia Episcopi officium est perquirere, an aliquis sit beneficiatus.Caputaq.decis.374.par.2.

AD QVINTVM, primo debet Episcopus per se,vel per alium alioqui idoneum proponere Verbum Dei,& semper dum visitat pascere gregem suum Prædicationibus, & sermonibus,quod annuit Sac.Conc.loc.cit.§.visitationem,vbi dicit,causam finalem,& scopum ipsius esse, sanam orthodoxamq; doctrinā, ad imitationem Saluatoris nostri,qui volens visitare nos oriens ex alto , quando venit illa beata plenitudo tēporis,incępit a sancta prædicatione,vt Matth.4.vix egressus è deserto dicit:Exinde cępit Iesus prædicare,& docere,Matc.c.1.Venit Iesus in Galilęam,prædicans Euangelium Regni Dei,& Luc.c.4.& Ioan.1.& mittens Apostolos suos,tanquam Epos,visitatores totius orbis terrarum,Matth.vlt.inquit:Ite,docete omnes gentes,& Mar.vlt. Ite per vniuersum mundum,prædicate Euangelium,& D.Pau.ad Timoth.2.c.4. Prędica verbum,&c.& in c.placuit,10.q.1,vbi dr̄,postquam consumpta erit dies prima circa eruditionē clericorum,alia die Eps conuocata plebe ipsius Ecclesiæ doceat eos, vt errores fugiant,& in c.Romana,§.hanc,de cens.lib.6.circa Innoc. IIII. sanè hmōi impensurus officium,proposito verbo Dei,Sylues.in ver.Visitatio,§.4.& est cōmunis

opinio,

opinio,& ego scio,quantum fructus afferat prædicatio uerbi Dei diebus visitationis, quam alia extrauagantia,quæ fieri solent a visitatorib.sed ipsi viderint,& hoc vidi obseruari, & audiui a quamplurimis Prælatis pijs, qui modo sunt in alia vita fruentes fructibus suorum laborum,hoc idem in c.,pcurationes,ver.porro,extra, de cens.Host. in Sum.tit.de offic.Ordin.§.sunt autem quædam,& Inn.in c.Romana,n.2.de cens.

Secundò,circa clericos personasq. Ecclesiasticas inquirere dēnt iuxta seriem,c.placuit,10. q.1.& d.§.sanè,quo ad mores inquirere,& interrogare debent sigillatim singulos clericos,ut quisque deponat circa vitam alterius,etiam cum iuramento, ut notat gloss. in d.§.sanè,in uerbo,coactione,& Syluest.in uer.visitatio,§.6.uer.quartum, & in uer. inquisitio,nu.15.§.9.ver.4.& in c.1.de offic.ord.& in l.cōgruit,de off.præsi.ista inquisitio debet fieri eo ordine,quo insinuat Soto.li.de rat.teg.& deteg.sect.2.q.6. conclus.& ins. & Bar.& in l.2.ff.ad l.Iuliam,post gl.in §.si publico,& in Extrauag.ad reprimend. & Canonistæ,in c.inquisitionis,& c.qualiter,& qñ,de accus.& c.1.de offic. ord. & in d.§. sanè,glos.& in Extrauag Execrabilis,Ioannis xxii.de præb.in fi. in ver. inquirere, & potest eos cogere per excommunicationem ad dicendā ueritatem;Inn. lo.cit. num. 5;

Primum dubium,an prælati scientes aliquid contra aliquem per istam visitationē inquisitionis,possunt procedere ad castigationē illius,ob hanc informationē? Rñdetur Primo,quòd si est merè occultum,ut quia per confessionē sciuerunt,vel denuncians dicat hoc,solum se,vel alterum scire,Soto.4.Sent.dist.18.q.4.art.5.col.fin.& tūc non possūt, nec secretè,nec publicè illum castigare,patet,in d.§.sanè, & Soto.lo.cit.in 2. conclus. dub.1.in princ.Diaz,in prac.cri.Can.c.6.ubi dicit,q. de occulto crimine, Prælati Ecclesiastici non permittant accusari clericum,nisi sufficiente probatione per delatorem, ergò deficiente delatione,& probatione,nō poterūt procedere ad vlteriora,Flor.Theo. 4.Sent.tracta.de correct.fraterna,art.3.1.Concl.& § hinc pessimè,Couar.lib.1.c. 2.nu. 6.ver.sextum,uar.resol.Host.in Sum.tit.de offic.ord.§.quid pertinet,uer.occultos peccatores,nu.7.Si uerò adest denunciator,sed non potest probari, vt quia solū duo sciūt, & dicunt,se nolle deponere in scriptis,(quia non sunt cogendi ad hoc,per d.§.sanè, & Abb.in c.1.in gl.1.de off.ord.& Aretinus in c.qualiter,& qñ,il 2.col.3. de accus.) tunc per pœnitentiam,& correctionem salutarē debent illos corrigere,Maran.6.p.tit.de inquisit.nu.14.& §.sanè,ubi dicitur,ad ipsorum emendationē per salubria monita, nūc leuia,nūc aspera,&c. sed caueant ipsi visitatores,ne dent pœnitentiam publicam ex his,quia hoc esset contra charitatem,& infamarent illum, & esset peccatum mortale grauissimum,Gem.in d.§.sanè,uide Innoc.in capitu.inquisitionis,num.1. de accusat.

Tertiò,si potest probare,ut quia de aliquibus orta fuerit infamia,vel notorietas,tunc poterunt procedere uia ordinaria ad emendam,uide in d.§.& c.1.de offic.ord.Maran.lo. cit.nu.86.Felin.in c.his,uer.4.limita,de accusat.& si episcopus circa hoc erit negligēs, Archiepiscopus sufficiet,nec hoc est reformatum per Conc.Trid.ses.24.c.20. de refor. & Sess.13.c.1.de refor.ut dictū est in uer.Appellatio.Interea videat gl.in c. pastoralis, in uer.exceptis,de off.ord.& ad hanc inquisitionē clericorū faciendā in visitatione, nō solū personæ Ecclesiasticę sunt audiēdæ,uerū laici hortādi,,put patet in Rubr. Pontificalis,de visitatione.limitat primū dictū,nō ,pcedere in casib.exceptis,quos refert Soto lo.cit.& Flor.Theol.& D.Tho.2.2.q.68.art.1.in corpore,& ad tertiū,& q.70.art. 1. ad scdm,& q.33.art.7.in corpore,& ad quintū,Nau.c.25.n.32.& ins.notab. 6. & 7. ex quib.locis nō solū plati ipsi inqrentes,uerū subditi denūciātes poterūt colligere,qñ hi pñt,& dēant denūciare,& illi,uel secreto corrigere,vel publicè castigare,& ea,q Eps, seu Visitator inquirit per inquisitionem generalem in visitatione, potest postea punire per inquisitionem specialem.Nau.cons.10.de offic.ordin.sed vide cōs. 5. de accusat. Vide Gemin.in c.quia plerisque,vet.item fit talis inquisitio,de offic.ordin.li. 6.ubi habes quando agitur de imponenda pœnitentia pro medicina animæ,uel temporali;Vide eundem in c.non est,uer.q ro an,de consuetud.co.li.& in 2.p.in ver.inquisio, §. 3.

Præterea, debent quanto citius possunt se expedire, ne grauent subditos suos expensis, ut in Conc. Tolet. 7. c. 4. & habetur in ca. inter cætera, uel cum verò, 7. q. 3. disponitur, vt vna die solum commoretur in visitatione vniuscuiusque Basilicæ, & c. placuit, 10. q. 1. duobus diebus, vno pro instructione cleri, altero pro populo, & c. cum Apostolus, in initio, in uersi. quocirca, & de cens. & Conc. Trid. loco cit. dicit, studeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, visitationem ipsam absoluere, & ne se occupent alijs negotijs ad visitationem haud pertinentib. sed laborare debent assiduè, ad hoc, ut quanto citius terminetur visitatio, alioquin ad restitutionem tenerentur, si subditi, plusquam solitum est, expenderent, & habetur exemplo D. Pauli ad Tessal. c. 2. & secunda, ca. 3. & 2. Cor. c. 10. & c. cauendum, 10. q. 3. & gl. in c. cum Apostolus, de censi. in uersi. consumment, & ne laborent parum manè, & parum vesperi, sed imitari debent Summum omnium Pastorem, & Episcopum Animarum nostrarum, Ioan. c. 4. quando defatigatus ex itinere, sedebat supra fontem, & erat hora quasi sexta, & c. 8. diluculo uenit in templum, & Luc. c. 6. pernoctabat in oratione Dei, & videas rare dictum D. Ber. Non bene manent membra delicata sub capite spinoso: Nec est maior seruus domino suo, Io. c. 15. & Sac. Congr. declarat. 445. in meis censuit in facto pro Capitulo Grandicensi, in verba: An Episcopus teneatur suam uisitationem concludere intra certum determinatum tempus iuxta latitudinem suæ Diœcesis, & particulariter suam ecclesiam Cathedralem, & suos Capitulares iuxta numerum clericorum, qui paruus est, & Ciuitas similiter, & si teneatur, ei assignetur terminus, Cong. Conc. censuit nullum certum tempus fuisse præfixum a Concilio, sed id relictum arbitrio Episcopi, quod tamen debebit esse moderatum, & discretum.

AD SEXTVM, solam procurationem potest recipere a uisitatis, quæ quidem procuratio nihil aliud est, nisi uictus illius diei, quo uisitat, quæ sunt esculenta, & poculenta, ita in iuribus vulgatis, & Conc. dicit, exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderateque pro temporis tantum necessitate, & non vltra, erunt ministrāda, & d. c. Romana, §. procurationes dicit, q. in victualibus expensas tantum recipiat moderatas, quæ procuratio non potest præscribi, ut paret iuribus vulgatis, ratio est, quia obnoxius Epi iurisdictioni, tenet ad pcurationem, Abb. in Clem. cum sæ, n. 2. de cens.

Primum dubium, an possit recipere aliquod munus, vt fructus, pisces, caseum, & cæt. & quid simile, quod tamen non exiret a mensa, sed in illa comederetur? respondetur primò, quod Concilium dicit, solum illud esse ministrandum, quod requiritur pro temporis necessitate, & sic cum ista non sint necessaria, non posse recipi. Secūdò, quod possunt recipere, modo comedantur ibi, & non extrahantur: Ratio est, quia dum comeduntur illa, non consumuntur alia. Tertiò, quod intentio Concil. est auferre grauamina, & munera, & non istas minucias. Quartò, quia nulla lex obligat cum tanto rigore, & lex domini est iugum suauè, & de illis minimis parum curatur. Quintò, Phil. Frā. in d. c. 3. concedit, ea posse recipi, quæ comeduntur ibi, nec asportantur aliò, idem Inno. Io. Andr. Host. & Apostillat. in c. exigit, in ver. munera, de cens. & Anchar. in c. 1. nu. 7. ver. 15. de cens. lib. 6. dicit, posse ista recipi, & asportari etiam. Sextò, dicerem, qd melius facerent nihil accipiendo, iuxta illud Isaiæ c. 33. Soluas manum tuam ab omni munere, & c. sunt nonnulli, 1. q. 1. & illud Dauidicum: Munera super innocentē non accepi, Anch. vbi supra, & sic vidi obseruari a Prælatis pijs; facit illud D. Aug. sup Ps. De profundis, minuta sunt, sed si congeres multa minuta, & facies ingentē aceruum, gl. in c. exigit, in ver. munera, de cens. lib. 6. & sic cessant, quæ a simili dicit gl. in c. statutum, in §. insuper, in ver. paucis, de Rescr. lib. 6. vide omnino Dynum in cap. certum, nu. 5. de reg. iur. lib. 6. vbi optimè hoc declarat. & Gem. in c. si Eps, de offic. ord. li. 6. in 2. notab. dicit, qd appellatione expēsarū victualiū cōprehendunt illę, q̄ cōsistūt in Victu, nō aūt illa q̄ cōcernunt alia necessaria psonæ, puta, si vellet visitator sumere medicinam, vel aliqua extra victum.

Secun-

Scdm dubiū, an id, qđ p victū sibi necessariū contingebat, possit in pecunia taxare visitator? Rn̄detur negatiuè, qa in optione visitatorū hoc reliquit Sac. Côc. & nō visitantiū, lo. cit. ver. sit tn̄ in optione eorū, q visitant si malint soluere id, quod erāt de ipsis soliti certā pecunia taxata, an verò prædicta uictualia subministrare, c. fęlicis, de censi. lib. 6. Extrauagās unica, de decim. Syluest. lo. cit. §. 5. & sic correctū est c. exigit, de cens. li. 6. vbi hoc phibebat, verū si in pecunia malint uisitari soluere, q̄tū dēat qlibet parochialis, seu basilica? rn̄det ex Côc. Tolet. 7. can. 3. & hr̄ in c. inter cętera, 10. q. 3. ꝙ nō ultra duos solidos, quorum summa quanta sit, vide in ver. alienatio, §. 6. & in ver. ius Carhedraticum, & pro pecunia, intellige omnia, prout Anchar. in capitu. fœlicis, de censibus, libro sexto.

